Ex huius nobis lectionis verbis, fratres karissimi, Iohannis humilitas commendatur, qui cum tante virtutis esset ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est et non negavit, confessus est quia non sum ego Christus. Sed qui dixit Non sum, negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat, ut veritatem loquens eius membrum fieret cuius nomen fallaciter non usurparet. Dum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex oratione alia redemptoris nostri sententia ad memoriam reducatur, ex huius nobis lectionis verbis questio valde generatur. Alio quippe in loco requisitus a discipulis Dominus de Helie adventu respondit: Helyas iam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quecumque voluerunt. Et si vultis scire, Iohannes ipse est Helias. Requisitus autem Iohannes dicit: Non sum Helyas. Quid est hoc, fratres karissimi, quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde namque inter se diversa sunt: Ipse est, et Non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat quomodo contrarium non sit invenitur. Ad Zachariam namque de missione Iohannis angelus ait: Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Helie. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Helie dicitur, quia sicut Helyas secundum Domini adventum preveniet, ita Iohannes prevenit primum. Sicut enim ille precursor venturus est iudicis, ita iste precursor factus est redemptoris. Iohannes igitur in spiritu Helias erat, in persona Helyas non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Iohannes denegat de persona. Quia nimirum sic erat ut et discipulis Dominus spiritualem de Iohanne sententiam diceret, et Iohannes turbis carnalibus non de spiritu suo sed de corpore responderet. Contrarium ergo videtur esse quod Iohannes sonuit, sed tamen a veritatis tramite non recessit. Nam cum et prophetam se negat, quia videlicet non solum redemptorem predicere sed etiam demonstrare poterat. Sed iam narratio quid dicat subiungit: Dixerunt ergo ei: Tu quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto. Scitis, fratres karissimi, quia unigenitus Filius Verbum Patris vocatur, Iohanne attestante qui ait: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia prius vox sonat ut verbum postmodum possit audiri. Iohannes ergo vocem se esse asserit, quia Verbum precedit. Adventum itaque dominicum precurrens vox dicitur, quia per eius ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur. Qui in deserto clamat, quia derelicte ac destitute Iudee solacium redemptoris annuntiat. Quid autem clamet insinuat, cum subiungit: Dirigite viam Domini, sicut dixit Ysaias propheta. Viam Domini ad cor dirigit qui veritatis precepta humiliter audit; viam Domini ad cor dirigit qui ad preceptum vitam preparat. Unde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo superbit mente, quisquis avaricie estibus anhelat, quisquis se luxurie inquinationibus polluit, cordis hostium contra veritatem claudit, et ne ad se Dominus veniat, claustra animi seris viciorum damnat. Sed adhuc qui missi fuerant perscrutantur: Quid ergo baptizas si tu non es Christus neque Helias neque propheta? Quod non studio cognoscende veritatis sed malitia exercende emulationis dicitur, evangelista tacite innotuit, qui subiungit dicens: Et qui missi

fierat eam expressionis. Ac si aperte diceret. Inter hec de suis actibus requirunt qui
doctrinam nesciunt querere sed inutile et quisque status et pensa mente requisita atque
sine studio non inveniatur. In Iohannes et adversa in iudicio predicationem vindicat mite
Iam primus adiungit: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.
Iohannes non spiritu sed aqua baptizat quia peccata solvere non valens baptizatorum corpora per aquam
lavat sed tamen mentem per veniam non lavat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptisma non rela-
xat nisi ut precursionis sue ordinem servans qui nasciturum nascendo prevenerat bap-
tizaturum quoque Dominum baptizando preveniret et qui predicando factus est precursor Christi baptizando etiam
precursor imitatione sacramenti. Inter hec misterium nostri redemptoris annuntians hunc
in medio hominum stetisse asserit et nesciri quia per carnem veniens Dominus et visibilis extitit cor-
pore et invisibilis maiestate. De quo et subditur: Qui post me venit ante me factus est. Ante
me enim factus est acsi dicat antepositus. Post me ergo venit quia postmodum natus. Ante
me autem factus est quia michi prelatus est. Sed hec paulo superius dicentes prelationis
eius causas aperuit cum subiunxit: Quia prior me erat. Acsi aperte diceret: Hunc me et
nascendo superat quem nativitatis sue tempora non angustant. Nam qui per matrem
in tempore nascitur sine tempore ex patre generatur. Cui quante reverentie humilitatem debeat subdendo ma-
nifestat. Cuius non sum dignus ut solvam corrigiam calciamenti. Mos apud veteres fuit
ut si quis eam que sibi competeret accipere uxorem nollet, ille ei calciamentum solveret qui ad
hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus nisi sancte Eccle-
sie sponsus apparuit? De quo et idem Iohannes dicit: Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Iohannem homines esse Christum pu-
taverunt, quod idem Iohannes negat, recte se indignum ad solvendam corrigiam calciamenti eius esse
denuntiat, ac si aperte dicat: Ego redemptoris nostri vestigia denudare non
valeo, quia sponsi nomen immerito non usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest. Quis enim
nesciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus vero Dominus veniens quasi cal-
ceatus apparuit, quia in divinitate sua morticina nostre corruptionis assumpsit. Unde et per
prophetam dicit: In Idumeam extendam calciamentum meum. Per Idumeam quippe gentilitas de-
signatur, per calciamentum vero mortalitas assumpta signatur. In Idumeam ergo Dominus cal-
ciamentum suum extendere asserit quia dum per carnem gentilibus innotuit quasi calciata ad
nos divinitas venit. Sed huius incarnationis misterium humanus oculus penetrare non
sufficit. Investigari enim nullatenus potest quomodo corporatur Verbum, quomodo summus et vivi-
ficator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet et exi-
stit et concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura misterii. Iohannes itaque solvere corrigiam
calciamenti eius non valet quia incarnationis eius misterium nec ipse investigare sufficit qui
#R hanc per prophetie spiritum agnovit. Quid est ergo dicere non sum dignus solvere corrigiam calcia-
menti eius, nisi aperte et humiliter suam ignorantiam profiteri? Acsi aperte diceret: Quid mirum si
michi ille prelatus est, quem post me quidem natum considero sed nativitatis eius misterium non appre-
hendo? Ecce Iohannes prophetie spiritu impletus mira scientia emicat et tamen quid de se ignoret
indicat. Qua in re, fratres karissimi, pensandum est et cum magna consideratione cogitandum quomodo sancti viri
ut in se virtutem humilitatis custodiant, cum mira quedam sciunt, ingerere sue menti student
ea que nesciunt, ut dum ex alia parte infirmitatem suam considerant, ex ea parte qua perfecti sunt
mens eorum non se extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas custos virtutis.
Restat ergo ut mens humilitatis tota se perpendat, quatenus illud bonum quod scientie virtute congregat
humilitatis custodia servet. Cum bona, fratres, agitis, semper ad memoriam mala acta revocate, ut dum
caute culpa conspicitur, numquam de bono opere animus incaute letetur. Proximos vero nostros
magis quam nos estimemus, eos etiam quos nobis inferiores cernimus, quia quid agant
occulte nescitis. Magnus quidem... studeat
aliquis ... non ...
... sed ... etenim ...
prudentes sint ...

Saul dicitur cum esses parvulus in oculis tuis caput te constitui in tribubus israel. Quasi aperte
dicat Cum tu te parvulum consideres ego pre ceteris magnum feci. Quia vero nunc te co-
sideras magnum ante me parvus estimaris. Econtra David cum regni sui potentiam cor-
am archa federis domini saltando despiceret dixit ludam et vilior fiam plus quam
factus sum et ero humilis in oculis meis. Quem enim non extolleret ora leonum frangere ursorum
brachia dissipare despectis prioribus fratribus eligi reprobato rege ad regni guberna-
cula ungi timendum cunctis uno lapide goliam sternere a rege proposita extinctis allophi-
lis numerosa preputia reportare regnum promissum accipere cunctumque israeliticum popu-
lum nulla contradictione possidere. Et tamen in cunctis se despicit qui in suis oculis se
[illegible] Cum [illegible] et tam fortia agens despectus in propriis oculis videt se
[illegible] fuit qui in ore [illegible] Et si quibus
[illegible] Quia [illegible]
sed quia [illegible] Et inde
aliquis sic [illegible]
operis [illegible] superiores sed quibus ad [illegible] celestis aspira-
tione [illegible] exemplum proponitis [illegible]
intelligatis Quod ipse nobis prestare dignetur qui vivit et regnat.

Quiedm In illo tempore Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus orbis.
Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino Et ibant omnes ut profiterentur
singuli in suam civitatem
Et reliqua Omelia b. gregorii pape de eadem lectione.

Quia largiente domino missarum sollempnia ter hodie celebraturi sumus loqui diu de
evangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere de ipsa redemptoris nostri
nativitate compellit. Quid est quod nascituro domino mundus describitur nisi hoc quod
aperte monstratur quia ille veniebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate.
Quo contra de reprobis per prophetam dicitur Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur.
Qui bene etiam in bethleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est
qui ait Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Locus ergo in quo dominus nascitur domus
panis antea vocatus est quia futurum profecto erat ut ibi per materiam carnis appareret
qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo sed in via
nascitur ut profecto ostenderet quia per humanitatem quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alienum dico
non secundum potestatem sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est In propria venit.
In natura etenim sua ante tempora natus est in nostra venit ex tempore. Quia ergo eternus
manens temporalis apparuit alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur omnis
caro fenum factus homo deus fenum nostrum vertit in frumentum qui de semetipso ait nisi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Unde et natus
in presepio reclinatur ut fideles omnes videlicet sancta animalia carnis sue frumen-
to reficeret ne ab eterne intelligentie pabulo ieiuna remanerent. Quid
est quod pastoribus vigilantibus angelus apparet eosque dei claritas circumfulsit nisi
quod illi pre ceteris videre sublimia merentur qui fidelibus gregibus preesse sollicite
sciunt. Dumque ipsi pie super gregem vigilant divina super eos gratia largius corus-
cat. Regem natum angelus nuntiat eiusque vocibus angelorum chori concinunt et congau-
dentes clamant Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone volun-
tatis. Prius quippe quam redemptor noster per carnem nasceretur discordiam cum angelis ha-
buimus a quorum claritate atque munditia per prime culpe meritum per cotidiana de-
licta longe distabamus. Quia enim peccando extranei eramus a deo extraneos
nos a suo consortio deputabant angeli cives dei. Sed quia nos cognovimus
regem nostrum recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim celi rex terram
nostre carnis assumpsit infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit.

Ad pacem nostram angeli redeunt intentionem prioris discordie postponunt et quos in[firmos] abiectosque despexerant iam ut socios venerantur. Hinc est enim quod Loth et Iosue angelos adorant nec tamen adorare prohibentur. Iohannes vero in Apocalypsi angelum adorare voluit sed idem angelus ne se debeat adorare compescuit dicens: Vide ne feceris; conservus enim tuus sum et fratrum tuorum. Quid est autem quod ante Redemptoris nostri adventum angeli ab hominibus adorantur et tacent postmodum vero adorari refugiunt, nisi quod naturam nostram quam prius despexerant postmodum vero hanc super se assumptam conspiciunt, substratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se velut infirmam contempnere ausi sunt quam super se videlicet in celi rege venerantur. Nec habere dedignati sunt hominem socium qui super se adorant hominem Deum. Curemus ergo fratres karissimi ne nos ulla immundicia polluat quia in eterna prescientia et Dei cives et angelis eius equales sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram; nulla nos luxuria inquinet, nulla turpis cogitatio accuset, nulla malitia mentem mordeat, non invidie rubigo consumat, non elatio inflet, non ambitio per terrena oblectamenta dilaniet, non ira inflammet. Dii enim vocati sunt homines. Defende ergo o homo contra vitia honorem Dei quia propter te factus est Deus homo qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. ¶

Apoc. 22° [illegible]

In illo t. dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta alii autem duo alii vero unum unicuique secundum propriam virtutem et profectus est statim ~~reliqua~~ Omelia ix

Omelia b. Gregorii pape de eadem lectione ¶

Lectio sancti evangelii fratres karissimi sollicite considerare nos admonet ne nos qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi inde gravius iudicemur. Cum enim augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum promptior quisque debet ex munere quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscens servos suos vocat eisque ad negotium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur bene operantes pro apportato lucro remunerat servum vero a bono opere torpentem dampnat. Quis itaque iste homo qui peregre proficiscitur nisi redemptor noster qui in ea carne quam assumpserat abiit in celum. Carnis enim eius proprius locus terra est que quasi ad peregrinandum ducitur dum per redemptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo qui peregre proficiscens servis suis bona sua tradidit quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et uni quinque talenta alii duo alii vero unum commisit. Quinque enim talenta sunt quinque corporis sensus videlicet visus auditus gustus odoratus et tactus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum id est exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est. Quia sunt nonnulli qui etsi interna ac mistica penetrare nesciunt pro intentione tamen superne patrie docent recta quos possunt de ipsis exterioribus que acceperunt dumque se a carnis petulancia et terrenarum rerum ambitu atque a visibilium voluptate custodiunt ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati intellectum atque operationem percipiunt subtilia de internis intelligunt mira operantur. Cumque et operando et intelligendo aliis predicat quasi duplicatum de negotio lucrum reportat. Bene autem duo [illegible] referuntur [illegible]. Sed is qui unum talentum acceperat abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium terrenis actibus implicare lucrum spirituale non querere cor a terrenis cogitationibus numquam levare. Sunt enim nonnulli qui donum intelligentie perceperunt sed tamen sola que carnis sunt sapiunt. De quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta dedit rationem positurus redit quia

nunc per spiritualia dona et bona discrete iudicio multa cogitat quid accepit ac
ceperit consideret et que sibi de acceptis reputet pensat. Servus qui geminata ta-
lenta in duplicata dicto laudatur domini et ad eternam remuneracionem perducitur cum ei voce be-
nigna dicitur Euge serve bone et fidelis intra in gaudium domini tui. Pauca quippe
sunt bona omnia presentis vite quamlibet multa videantur. Sed tunc fidelis servus super mul-
ta constituitur cum devicta omnis corrupcionis molestia de eternis gaudiis in
illa celesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfecte intromittitur cum in patria eterna
assumptus atque angelorum cetibus admixtus sic interius gaudet de munere vocacio-
nis ut iam exterius non doleat de corrupcione. Servus autem qui operari de talento
noluit ad dominum cum verbis excusacionis redit dicens Domine scio quia homo durus es me-
tis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti et timens abii et abscondi talentum
tuum in terra ecce habes quod tuum est. Notandum quod inutilis servus durum dominum vocat cui ta-
men [illegible] desinit dissimulat et timuisse se dicit aliud talentum [illegible]
non solum tamen debuerat ut non [illegible] sub lucro ad dominum reportaret. Sunt etenim plerique
in ecclesia quorum iste servus ymaginem tenet qui meliores vias aggre-
di metuunt et tamen iacere in ocio corporis non pertimescunt. Cumque se peccatores con-
siderant sanctitatis vias arripere trepidant et remanere in suis iniquitatibus non formidant. Exi a
Quorum Petrus adhuc infirmus typum tenuit cum in miraculo piscium dixit
me Domine quia ego homo peccator sum. Si enim te peccatorem consideras oportet ut a te Dominum non
repellas. Qui idcirco melioris vite vias et iter vite [illegible] appetere de arte non
[illegible] fatentur quia infirmos se esse considerant et peccatores se esse fatentur et Dominum repellunt
cum quo sanctificari debuerant fugiunt et nec in peccato consistere [illegible] non habent
dum [illegible] timet Dominus respondit serve male et piger sciebas
quia meto ubi non semino et congrego ubi non sparsi oportuit ergo te dare pecuniam meam
nummulariis et ego veniens recepissem utique quod meum est cum usura. Ex verbis
suis servus constringitur cum Dominus dicit Meto ubi non semino et congrego ubi non sparsi de
si aperte dicat si ut tu asseris et hoc exquiro quod non dedi quanto magis a
te exquiro quod ad erogandum dedi. Oportuit ergo te dare pecuniam meam
nummulariis et veniens recepissem utique quod meum est cum usura. Pecuniam
dare nummulariis est ei scientiam predicacionis impendere qui hanc valeant
et actibus et verbis exercere. Sed sicut nostrum periculum cernitis si dominicam pecuniam teneamus
ita vestrum fratres karissimi sollicite pensate quia a vobis cum usuris exigitur quod auditis.
In usura quippe exigitur ut id quod datum est reddatur. Cum ergo [illegible] reddat quod accepit
[illegible] et illud superaddit quod acceptum non est. Pensate igitur fratres karissimi qua de
[illegible] acceperit ubi pecunia usuras solvit et timete ne plus quam audistis et aliter
[illegible] exaliis collegetis [illegible] distinctis
[illegible] audistis [illegible] ex aliis collectis talenti districtis
[illegible] quia verbis predicatoris [illegible] considerare [illegible]
[illegible] audiamus Tollite ab eo talentum et date ei qui habet
x talenta. Oportunum valde videbatur ut ei potius daretur qui duo quam qui
quinque talenta acceperat dari. Illi enim dari debuit qui minus
habebat quam qui plus habuit. Sicut superius diximus per quinque talenta
[illegible] exteriorum scientia designatur per duo autem intellectus et operacio
[illegible] qui duo quam qui quinque talenta percepit [illegible] quinque
exteriorum ministracione meruit [illegible]
talentum quo intellectum significari diximus illi dari debuit qui bene exteriora que ac-
ceperat ministravit. Quod cottidie in sancta ecclesia cernimus quia plerique dum bene ministrant ex-
teriora que acceperunt per adiunctam sibi graciam ad interiorem quoque intelligenciam perducuntur
ut et ministrare de interna intelligencia polleant qui exteriora fideliter ministraverant.
[illegible] mox subdit Omni enim habenti dabitur et habundabit
ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo. Quisquis

caritate habet et donat aliud ... [illegible]

[illegible]

263 [illegible]

[illegible]

q^a 20 Cum natus esset Iesus in Bethleem Iude in diebus Herodis regis ecce magi ab oriente venerunt Ierosolimam dicentes ubi est qui natus est rex Iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Mathei ij. Dm x

Sicut ex lectione evangelii ... audistis ... [illegible]

[illegible]

hunc sol lucis sue radios abscondit. Hunc saxa cognovit et parietes quia tempore mortis eius scis-
sa sunt. Infernus cognovit quia hos quos continebat mortuos reddidit. Et
tamen quem deum omnia insensibilia elementa senserunt adhuc infidelium iudeorum
corda deum esse minime cognoscunt et duriora saxis scindi ad penitendum
nolunt. Eumque confiteri abnegant quem elementa ut diximus aut signis aut scissi-
onibus deum clamabant. Qui ad cumulum dampnacionis sue eum quem nascitu-
rum lege presciunt [illegible] et non solum quia nasceretur noverunt sed et ubi nasce-
retur. Nam ab herode requisiti locum nativitatis eius exprimunt quem ex scripture au-
ctoritate didicerunt. Testimonium proferunt quod bethleem honoratur nativitate novi du-
cis ut eorum scientia et illis fieret ad testimonium dampnationis et nobis ad ad-
iutorium credulitatis. Quos bene ysaac cum iacob filium suum benediceret desig-
navit. Qui caligans oculis et prophetans in presenti filium non vidit cui tamen multa in
posterum previdit quia nimirum iudaicus populus prophetie spiritu plenus et oculis cecus eum de quo
multa in posterum predixit in presenti positum non agnovit. Sed nato rege cognito
herodes ad callida argumenta convertitur et ne terreno regno privaretur requi-
ri ubi puer inveniretur postulat adorare se velle simulat ut hunc si inve-
nire posset extingueret. Sed quid est humana malitia contra consilium divini.
Scriptum namque est non est sapientia non est prudentia non est consilium contra dominum. Nam et
que apparuit magos stella perduxit natum regem reperiunt munera deferunt et
ne ad herodem redeant admonentur sicque fit ut ihesum quem querit
herodes invenire non possit. Cuius persona quid aliud quam ypocritarum figuram qui du(m)
ficte querunt invenire dominum numquam merentur. Sed inter hec sciendum est quod priscilla-
niste heretici nasci unumquemque hominem sub constitutionibus stellarum putant et hoc in ad-
iutorium sui erroris assumunt quod nova stella exiit cum dominus in carne appa-
ruit cuius fuisse fatum eandem que apparuit stellam putant. Sed si evangelii verba pen-
samus quibus de eadem stella dicitur usque dum veniens staret supra ubi erat puer
non puer ad stellam sed stella ad puerum cucurrit et si dici liceat non stel-
la fatum pueri sed fatum stelle is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelium cordi-
bus ut esse aliquid fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creavit
administrat. Neque enim propter stellas homo sed stelle propter hominem facte sunt. Et si stella fatum
hominis dicitur ipsis suis ministeriis subesse homo perhibetur. Certe cum iacob de
utero egrediens prioris fratris plantam manu teneret prior perfecte nequaquam egredi po-
tuit nisi et subsequens inchoasset et tamen cum uno tempore eodemque momento utrum-
que mater ediderit non una utriusque vite qualitas fuit. Sed ad hec mathe-
matici solent respondere quod vim constellationis habeant puncta temporis. Quibus
dicendum quod magna est mora nativitatis. Si ergo in momento mutatur punctum et constellatio permutatur
necesse est tot dicant fata quot sunt membra nascentis. Solent etiam mathematici dicere
quod quisquis in signo aquarii nascitur in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscato-
res vero ut fertur getulia non habet. Quis ergo dicat quod nemo illic in stella aquarii nasca-
tur ubi piscatores omnino non sunt. Et certe ipsi quos signo libre asserunt trapezitas
[illegible] gentes [illegible] penitus ignorant trapezitarum officium [illegible] est
[illegible] Ipsi quoque [illegible]
[illegible] signum [illegible] eodemque mo-
menti hora et tempore ex simili constellatione nascitur et regum filius uno eodemque
sydere cum filius natus ad regnum proficit servus qui secum fuerat genitus in ser-
vitute moritur. Hec de stella breviter diximus ne mathematicorum stultitiam
indiscussam preterisse videamur. Magi non aurum thus et mirram deferunt. Aurum
quippe regi congruit thus vero in sacrificiis ponebatur mirra autem mortuorum

corpora dicit. Et nemo magis quam adorat et misit in iustis atque innumeris predicat anno
regem Christum deum immo mortalem. Dicit nemo nouisti Christum qui sicut deum credunt
sed utique regnare negant credunt tamen pro eo ei Christus offerunt sed offert ei Christum nolunt
Et scit nouisti qui sicut regem confitentur sed deum negant thus uero ei aurum offerunt sed of-
ferre thus nolunt Et sunt nolunt Christum et deum et regem fatentur sed assumpsisse carnem
mortalem negant thus mirram ei aurum et thus offerunt sed offerre mirram assumpte mor-
talitatis nolunt Nos autem tria vero offeramus ei aurum ut sicut ubique regnantem fa-
teamur offeramus thus ut credamus quod is qui temporaliter apparuit deus ante tempora extitit
offeramus mirram ut eum quem credimus sua divinitate impassibilem credamus et in nostra
fuisse carne mortalem. Aurum thus et mirra et aliter intelligi possunt. Au-
ro namque sapientia designatur Salomone attestante qui ait Thesaurus desiderabilis
requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur virtus orationis expri-
mitur attestante psalmista Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per mirram vero carnis
nostre mortificatio figuratur unde sancta ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro deo certan-
tibus dicit Manus mee distillaverunt mirram. Nato ergo regi aurum offerimus si
in conspectu illius claritate superne sapientie resplendemus. Thus offerimus si cogitationes
carnis per sancta orationis studia in ara cordis incendimus ut suave aliquid per
celeste desiderium deo olere valeamus. Mirram offerimus si carnis vitia per abstinentiam mor-
tificamus. Per mirram namque ut diximus agitur ne mortua caro putrescat. Mortua
namque carne putrescere est hoc mortale corpus fluxui luxurie deservire sicut de qui-
busdam per prophetam dicitur Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta namque in stercore suo pu-
trescere est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Mirram igitur offerimus deo quando hoc
mortale corpus a luxurie putredine per continentie condimentum custodimus. Magnum
nobis aliquid magi innuunt quod in regionem suam per aliam viam reuertuntur. In eo
namque quod admoniti faciunt nobis profecto innuunt quid faciamus. Regio quippe nostra pa-
radysus est ad quam Ihesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione
enim nostra superbiendo inobediendo visibilia sequendo cibum vetitum gustando dis-
cessimus. Sed ad eam necesse est ut flendo obediendo visibilia contempnendo atque appeti-
tum carnis refrenando redeamus. Per aliam viam ad regionem nostram redimus quoniam
qui a paradysi gaudiis per delectamenta discessimus ad hec per lamenta revocamur. Unde ne-
cesse est fratres karissimi ut semper pavidi semper suspecti ponentes ante oculos cordis hinc
culpas operis illinc extremi iudicii districtionem. Pensemus quam districtus iudex ve-
niet qui iudicium minatur et latet terrores peccatoribus intendat et tamen adhuc sustinet
et ideo venire citius differt ut minus inveniat quos condempnet. Puniamus fletibus
culpas et eius presentiam sicut psalmista dicit preveniamus in confessione. Nulla nos fal-
lat decipiat leticia seducat. Prope namque est iudex qui dicit
Ve vobis qui nunc ridetis quia lugebitis et flebitis. Hinc rursum Salomon dicit Risus do-
lore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Hinc rursum dicit Risum reputavi er-
rorem et gaudio dixi quid frustra deciperis. Hinc iterum dicit Cor sapientum ubi tristicia est
et cor stultorum ubi leticia. Pertimescamus igitur precepta dei si celebramus veraciter sollempnitatem
dei. Gratum namque deo sacrificium est afflictio contra peccatum sicut testatur ait Sacrificium deo
spiritus contribulatus. Percepta namque veniam baptismatis per peccatum carnalitatis vitam
immisimus. Scelera committimus que lavacrum baptismatis fecimus lavari que per baptisma vitam
unius vita baptismi lavari non possunt. Per aliam viam ad regionem nostram per lamenta
reperientes qui per carnalia delectamenta discessimus iterum nostris amaritudinibus
redeamus. Ad superna dignetur. Dominica XI post Pentecosten
Tunc dixit Ihesus discipulis suis: Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro
quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet

et emit agrum illum. et reliqua.

Celorum regnum fratres karissimi ideo terrenis rebus simile dicitur ut ex hiis que animus novit surgat ad incognita quae non novit, ut exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat et per ea que usu didicit quasi confricatus incalescat ut per hoc quod scit notum diligere discat et incognita amare. Ecce enim celorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est quod inventus thesaurus absconditur ut servetur, quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In presenti etenim vita quasi in via sumus qua ad patriam tendimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat qui thesaurum publice in via portat. Hoc autem dico non ut proximi nostri opera nostra non videant cum scriptum sit: Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est, sed ut per hoc quod agimus laudes exterius non queramus. Sit autem sic opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, ut et de bono opere proximis prebeamus exemplum et tamen per intentionem qua soli deo placere querimus semper optemus secretum. Thesaurus autem celeste est desiderium, ager vero in quo thesaurus absconditur disciplina celestis studii. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renuntians cuncta sua terrena desideria per disciplinam celestis custodie calcat, ut nichil iam quod caro blanditur libeat, nichil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat. Rursum celorum regnum negociatori homini simile dicitur qui bonas margaritas querit sed invenit preciosam. Qui inventa margarita omnia vendens emit, quia celestis vite dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte cognoverit, ea que in terris amaverat libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit, inardescit in celestibus animus, nichil in terrenis libet, deforme conspicitur quicquid de terrene rei placebat specie, quia sola preciose margarite claritas fulget in mente. De quo amore recte per Salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio. Quia videlicet sicut mors corpus interimit sic ab amore rerum corporalium eterne vite dilectio occidit. Nam quem perfecte absorbuerit quasi insensibilem foris desideriis reddit. Neque enim hec sancta mulier cuius hodie natalicia celebramus mori pro deo potuisset ad corpus si prius a terrenis rebus desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in summa virtute animus tormenta despexit, premia contempsit. Armatos reges et presides ducta stetit, feriente robustior, iudicante sublimior. Quid nos hec inter barbati et debiles dicimus qui ire ad celeste regnum puellas per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, elatio perturbat, luxuria inquinat. Qui si adipisci regnum celorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis erubescendum sit quod dominum nolumus sequi in pace regni. Ecce nulli nunc hoc tempore dicit deus pro me morere, sed solummodo illicita desideria occide. Qui ergo in pace carnis desideria nolumus occidere, quando in bello pro domino ipsam carnem daremus. Rursum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti. Que cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sancta ecclesia sagene misse comparatur quia et piscatoribus est commissa et per eam quisque ad eternum regnum a presentis seculi fluctibus trahitur ne in eterne mortis profundo mergatur. Que ex omni genere piscium congregat quia ad remissionem peccatorum vocat sapientes et fatuos, liberos et servos, pauperes et divites, fortes et infirmos. Unde et per psalmistam deo dicitur: Ad te omnis caro veniet. Que sagena tunc omnino repletur cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt et secus litus sedent, quia sicut mare seculum ita seculi finem significat litus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur, mali autem proiciuntur foras, quia et electus quisque in tabernacula eterna recipitur et interni luce regni perdita

ad exteriores tenebras reprobi proicientur. Nunc enim bonos malosque communiter quasi permixtos
pisces fidei sagena continet, sed litus indicat quid sancta ecclesia trahebat. Et quidem
pisces capti qui sunt mutari non possunt, nos autem mali capimur sed in bonitate
permutamur. Cogitemus ergo in captione ne dividamur in litore. Ecce quod [illegible] est
[illegible] hodierne sollempnitatis [illegible] ne modo [illegible]
[illegible] esse contingat. Quandoque multi dicturus est qui a [illegible] mentis et animi
ab electorum societate separatur, qui tenebrescit a luce [illegible]
ne [illegible] et [illegible] gaudere [illegible] sub [illegible] capit [illegible] Sic erit in consummatione
seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent
eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Hec, fratres karissimi,
timenda magis quam exponenda sunt. Aperta enim nunc tormenta peccantium dic-
ta sunt ne quis ad ignorantie sue excusationem recurrat, si quid de eterno supp-
licio obscure diceretur. [illegible] Intellexistis hec omnia? Dicunt ei: Eti-
am. Atque in conclusione subiungit: Ideo omnis scriba doctus in regno ce-
lorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera.
Si per nova et vetera que dicuntur utrumque testamentum accipimus, Abraham doctum fuis-
se denegamus, qui nova et vetera testamenti etsi facta novit, verba minime sapuit.
Moysen quoque docto patrifamilias comparare non possumus, quia etsi testamentum vetus pro-
tulit, novi testamenti dicta nescivit. [illegible]
[illegible] Sed ideo quam [illegible] dicit omnis scriba doctus in regno celorum similis est
patrifamilias, intelligi [illegible] de his qui in [illegible] sunt, sed de his qui in
ecclesia esse potuerunt loquebatur. [illegible] nova et vetera profert [illegible]
[illegible] potest
[illegible]
[illegible]
[illegible] regni [illegible]
[illegible]
[illegible] Prudens
de regni similitudine [illegible] post
[illegible] atque in conclusione [illegible]
[illegible] Ideo doctus scriba in regno celorum similis est patrifamilias proferenti de
thesauro suo nova et vetera, ac si aperte dicat: Ille igitur vere doctus predicator est
qui et nova scit proferre de suavitate regni et vetera dicere de terrore supplicii, ut
vel pene terreant quos premia non invitant. Audiat unusquisque de regno quod amet,
audiat de supplicio quod timeat, ut torpentem animum et terrenis inherentem, si amor
ad regnum non trahit, vel timor impellat. Ecce enim de gehenna dicitur:
Ibi erit fletus et stridor dentium. Quia ergo presentia gaudia secuntur perpetua lamenta,
fratres karissimi, fugite si illic flere formidatis. Nemo enim potest et
hic gaudere cum seculo et illic regnare cum Domino. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] In illo tempore dixit Jesus discipulis suis. Et cetera. Simile est regnum
celorum x virginibus que accipientes lampadas suas exierunt obviam sponso
et sponse. Et reliqua. Omelia xij [illegible]

Sepe vos fratres karissimi admoneo prava opera fugere, mundi huius inquinationem de-
vitare. Sed hodierna sancti evangelii lectione compellor dicere ut etiam que agitis
cum magna cautela timeatis, ne per hoc quod a vobis recte geritur favor aut gratia huma-
na requiratur, ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur intus a mercede

credentium. Patet cum redemptoris voce regnum celorum simile dicitur x virginibus que
omnes dicuntur virgines et in beatitudinis ianua non omnes recepte quia earum
quedam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed primo
querendum nobis est quid sit celorum regnum vel cur x virginibus comparatur que et virgines
prudentes et fatue dicuntur. Dum enim celorum regnum constet quod reproborum nullus in-
greditur et fatuis virginibus cur simile esse perhibetur. Sed sciendum est quod sepe in sacro
eloquio regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur. De quo in alio loco dominus dicit: Mittet
filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala. Nec
enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est inveniri scandala poterunt
que colligantur. Et rursum dicit: Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis
et docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit sic magnus
vocabitur in regno celorum. Mandatum quippe solvit et docet qui hoc quod ipse voce predi-
dicat vivendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis pervenire non valet
qui non vult opere implere quod docet. Quomodo ergo ibi minimus vocabitur qui adhuc illuc minime
tendere permittitur. Quid utique per hanc sententiam nisi ecclesia presens celorum regnum di-
citur in qua doctor qui mandatum solvit minimus vocatur quia cuius vita despicitur
restat ut et predicatio contempnatur. Quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit. Gemina-
tus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo
in collecta est ecclesia, x virginibus similis denunciatur. Que quia mali cum bonis
et reprobi cum electis admixti sunt recte similis virginibus prudentibus et fatuis
esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes qui ab appetitu se exteriorum custo-
diunt et spe ad interiora rapiuntur carnem macerant et toto desiderio ad supernam
patriam anhelant eterna premia expetunt pro laboribus suis recipere laudes humanas
nos nolunt hominum gloriam suam non in ore hominum ponunt sed intra conscientiam conte-
gunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt sed de ipsa sua abstinentia
humanos favores expetunt doctrine insistunt indigentibus multa largiuntur. Ergo fatue
profecto sunt virgines quia solam laudem transitoriam retributionem querunt. Unde apte subditur:
Quinque fatue non sumpserunt oleum secum, prudentes vero acceperunt oleum in
vasis cum lampadibus. Per oleum nitor glorie designatur. Vasa autem nostra sunt cor-
da in quibus ferimus cuncta que cogitamus. Prudentes igitur oleum in vasis suis habent quando nito-
rem glorie intra conscientiam retinent, Paulo attestante qui ait: Gloria nostra hec est testimonium
conscientie. Fatue autem virgines oleum non sumunt secum quia gloriam intra conscientiam non
habent dum hanc ab ore proximorum querunt. Notandum vero est quod omnes lampades ha-
bent sed omnes oleum non habent quia plerumque reprobi bona opera cum electis et reprobi
ostendunt. Sed soli ad sponsum cum oleo veniunt qui de his que foris exercent in-
tus gloriam querunt. Unde et per psalmistam de sancta electorum ecclesia dicitur: Omnis gloria eius filie re-
gis ab intus. Mora autem faciente sponso dormitaverunt omnes et dormierunt.
Quia dum veniente iudice ad extremum iudicium differtur electi et reprobi in mortis sopo-
re dormiunt. Dormire enim mori est. Ante sompnum vero dormitare est ante mortem a salu-
te languescere quia per pondus egritudinis pervenitur ad sompnum mortis. Media autem
nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit. Exite obviam ei. Media nocte clamor factus est, sponso
si clamor media nocte fit quia sic iudicii dies subripit ut previderi non va-
leat. Quapropter scriptum est: Dies domini sicut fur ita in nocte veniet. Tunc
omnes virgines surgunt quia electi et reprobi a sompno sue mortis excitantur et
lampades ornant quia secum sua numerant opera pro quibus eternam recipere beatitudinem
expectant. Sed lampades fatuarum virginum extinguntur quia earum opera que clara homi-
nibus foris apparuerunt in adventu iudicis intus obscurantur et a deo retributionem
non inveniunt quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt. Quid
est autem quod tunc a prudentibus oleum petunt nisi quod in adventu iudicis cum se intus

conspicit

[Iudicis pius]

iudicandum venit testis [illegible] quia et si aspectu [illegible] decipit proximus [illegible]
tamen nos [illegible] sic agere [illegible] dicat de [illegible] nostris quibus quid audistis et
quae videtis [illegible] videt dicetis. Respondere non sufficit nobis et nobis. In
illo enim die quo etiam [illegible] in pace [illegible] quae fecistis loquor [illegible] testis
nimium [illegible] sufficiet [illegible] proximos [illegible]
subdit [illegible] advocatos et [illegible] [illegible] [illegible] adulatores
[illegible] qui eum acceperit [illegible] laudibus [illegible] gloriae [illegible] non
dicit [illegible] oleo [illegible] dicit [illegible] peccatoris non [illegible] capitis mei [illegible]
[illegible] appellatione [illegible] oleum [illegible] peccatoris [illegible]
[illegible] favor adulantis [illegible]
[illegible] proximus [illegible] venit [illegible]
non [illegible] cordis testis est. Hunc diem [illegible] ad [illegible]
[illegible] causa est [illegible] cordis [illegible] quid admirationis
sit quod dixit [illegible] ad [illegible]
[illegible] qui [illegible] suo [illegible]
[illegible] dixit [illegible] non [illegible]
[illegible] dicitur [illegible] admirandi [illegible]
[illegible] angeli archangeli principatus et [illegible] obstupescunt.
Pensate [illegible] ad
[illegible] non erit [illegible] angelorum [illegible] culo [illegible]
[illegible] quis [illegible] cum [illegible]
[illegible] non valet [illegible] Hunc diem [illegible] dies [illegible] dies
dies [illegible] et angustiae dies calamitatis et miseriae dies tenebrarum et caliginis dies
nebulae et turbinis dies tubae et clangoris. Pensate [illegible] dies
super corda [illegible] quid [illegible] nunc [illegible] tot [illegible] non
[illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ad [illegible]
in [illegible] gaudet [illegible] quid [illegible]
[illegible] deus [illegible] amoris [illegible]
[illegible] fugientibus [illegible] fugientibus [illegible]
[illegible] sed [illegible] civitatem [illegible] venit [illegible]
[illegible] venit [illegible] Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile,
ecce nunc dies salutis [illegible] ait: Remitte [illegible] meum [illegible]
est [illegible] [illegible] dicens [illegible] audit [illegible]
[illegible] qui [illegible] est [illegible] subdit: Novissime
venit reliquae virgines dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen
dico vobis, nescio vos. [illegible] non [illegible] qui [illegible]
dicit [illegible] [illegible] regni [illegible]
venit [illegible] dicit [illegible] [illegible]
[illegible] qui [illegible] [illegible] meas
neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo cum vobis quod timebatis
evenerit, cum irruerit repentina calamitas et interitus quasi tempestas ingruerit,
quando venerit super vos tribulatio et angustia. Tunc invocabunt me et non exaudiam; mane
consurgent et non invenient me. [illegible] [illegible]
[illegible] dicentes: Domine domine aperi nobis [illegible]
[illegible] quos deus [illegible] quos non suos [illegible]
[illegible] non agnoscat [illegible]
[illegible] vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. [illegible] deus [illegible]
[illegible] aliud [illegible] ad [illegible]
[illegible] sed qui [illegible] venit [illegible] non [illegible]

Denique quomodo dice debemus timeo quia nichil possumus providere. Ecce sunt tempus, dies in qua
loquimur ad inducias iustamus accepimus. Et tamen nullus questionem facere conversamus
Nos salutem missam non perfecimus sed et que deflere augemus. Ac si aliquas egritudines
tudo corripiat si signa egritudinis sentimus Dominus demittat inducias vivendi quibus
mus ut peccata defleamus et eas cum nichil? ista desideriis petimus quas acceptas
non per mentis servimus Nos frequenter confessio quod si ite cadere velit cautus ubi considera
conte illius vehementer misereatur. Quidam nobilis et valde potens nomine Chry-
saurius fuit qui lingua rustica presbiter nobis valde valde potens
tis plenus vitiis quantum rebus superbie tumore inflatus carnis sue voluptatibus subdi-
tus in acquirendis rebus avaritie facibus accensus. Sed cum tot mala Domi-
nus finire decrevisset corporis molestia tactus est. Qui cum iam ad exitum venisset
eadem hora qua iam de corpore erat egressurus apertis oculis vidit teterrimos et nigerrimos spiritus coram se assiste-
re et vehementer imminere ut ad inferni claustra se raperent. Cepit tremere et pallescere
sudare et magnis vocibus inducias petere filiumque suum nomine Maximum quem ego
iam monachus monachum vidi nimiis et turbatis clamoribus vocare dicens Maxime curre
nichil tibi aliquid mali feci in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus af-
fuit lugens et perstrepens familia convenit. Ipsos autem quos ille importabiliter tole-
rabat spiritus malignos videre non poterant sed eorum presentiam in confusione et
pallore ac tremore illius qui trahebatur videbat. Pavore autem tetre eorum ymagi-
nis huc atque illuc versabatur in lectulo iacebat in sinistro latere aspectum eorum ferre
non poterat vertebatur ad parietem ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse
se desperaret cepit magnis vocibus clamare dicens Inducias vel usque mane inducias
vel usque mane. Sed cum hec clamaret in ipsis suis vocibus de habitaculo sue
carnis evulsus est. De quo nimirum constat quia pro nobis non pro se ista vidit
nobis proficiat quos adhuc divina patientia longanimiter expectat. Nam illi terrores
spiritus cum morte inducias et dilatione petivisse quid profuit qui et easdem inducias quas
petivit non accepit. Nos ergo fratres karissimi nos sollicite ista cogitemus
vacuum quia preterit et ut qui ad bona agenda nunc accipimus tempus de car
ne. Mementote quia in evangelio dicitur Orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato
gis quomodo datum ambulare legimus sabbato non licet hyemis ergo ad ambu-
landum impedimento est quia gressus ambulantium torpor frigoris astringit. Ac
si aperte dicat videte ne quando peccata
ut fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Ac si aperte dicat videte quo fugere licet modo
vestra fugere cum iam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere licet modo
debemus cogitare cum licet. Illa quoque hora extremi exitus semper incedat, contra de peccato
nis admonitio cum metus ad dies sponte unde quia dicit vigilate itaque quia
nescitis diem neque horam. Dominica ... prime post xiii Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris
In illo tempore dixit Jesus discipulis suis Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris et vos
similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape
Sancti evangelii fratres karissimi apertum est vobis lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa
eius planities alta fortasse videatur eam sub brevitate transcurrimus quatenus eius
expositio ita nescientibus fiat cognita ut tamen scientibus non sit onerosa. Quia
enim luxuria in viris in lumbis in feminis vero in umbilico testante Domino qui de diabolo
ad beatum Job loquitur dicens Virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in umbilico
ventris eius. Apparatus (?) sex ... lumbos ... luxuriam designat cum Dominus dicit
Sint lumbi vestri precincti. Lumbos enim precingimus cum carnis luxuriam per continen-
tiam coartamus. Sed quia minus est mala non agere nisi quis studeat et bonis
operibus insudare protinus additur Et lucerne ardentes in manibus vestris. Lucernas
quippe ardentes in manibus tenemus cum per bona opera proximis nostris lucis

exempla monstramus. De quibus profecto operibus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Duo autem sunt que iubentur, et lumbos restringere et lucernas tenere, ut munditia castitatis sit in corpore et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero nequaquam placere potest, si aut is qui bona agit adhuc luxurie inquinamenta non deserit, aut is qui castitate preminet necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi huius honestate contineat, sed eternam(?) ... operationis non intendat, nec per bona opera presentis mundi gloriam querere, sed totam spem in Redemptoris sui adventu constituat. Unde et subditur: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Dominus quippe abiit, cum resurgens a mortuis et ascendens ad celum supernis angelorum agminibus se copulavit, qui nunc recitur(?) a nobis, iam per iudicium manifestatur. Unde et subditur: Ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Venit quippe Dominus cum ad iudicium properat; pulsat vero cum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire etenim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, et videre eum quem contempsisse se meminit iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia letus iudicem sustinet, et cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit. Unde et subditur: Beati sunt servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet; vigilat qui servat operando quod credidit; vigilat qui a se torporis et negligentie tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Evigilate iusti et nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est iam nos de sompno surgere. Rō xiij Sed quid vigilantibus promittat audiamus: Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Precinget se, id est ad retributionem preparabit. Faciet illos discumbere, id est in eterna quiete foveri. Discumbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde alias Dominus dicit: Venient et recumbent cum Abraham, Ysaac et Iacob. Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis sue illustratione nos satiat. Transiens vero dicitur, cum de iudicio ad regnum redit. Vel certe Dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma in divinitatis sue contemplatione nos elevat. Et transire eius est in contemplationem sue claritatis nos ducere, cum eum quem in humanitate in iudicio videmus, etiam in divinitate post iudicium videmus. Sed cum reprobi formam humanitatis tantum videant, quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt, tolletur impius ne videat gloriam Dei. Sed quid si prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia primevum tempus est, id est pueritia. Sed nequaquam desperandum est et a bono opere cessandum vel ... sic patientiam in finibus(?) Dominus subdit: Et si venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia primevum tempus est, id est pueritia. Secunda adolescentia vel iuventus, que auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone: Letare iuvenis in adolescentia tua. Ec̄i xi a Tertia autem senectus accipitur. Qui ergo vigilare noluit, custodiat vel secundam, ut qui a pravitatibus suis in pueritia non evigilavit, ad vias vitae saltem in iuventute evigilet. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit, tertie vigilie remedia non amittat, ut qui in iuventute ad vias vite non evigilat, saltem in senectute resipiscat. Pensate, fratres, quam clementer divina pietas expectat ... Non est itaque quod homo excusationis inveniat. Deus deserentes(?) ... expectat et contemptus(?) se revocat. Multa de tempore suo suscipit et tamen revertentibus premia promittit.

Sed nemo hec cum longanimi[tate] negligat quia tanto districtior instabit iudi-
cio quanto ... [illegible] ... patientiam ante iudicium prolongavit ... [illegible]
Paulus dicit ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit. Secundum duri-
tiam autem tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis
iusti iudicii dei. Hinc psalmista ait: Deus iudex iustus et patiens fortis et lon-
ganimis ... [illegible] ... longanimis ... prius sustinuit ut quos iudices ... [illegible]
[illegible] ... districte iudicabit ... [illegible]
sapiente dicitur altissimus enim est patiens redditor. Patiens enim redditor
dicitur ... [illegible] ... ut ... tollat
[illegible]

[illegible]

Dominica xiii prime partis

In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercennarius autem et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit, et lupus rapit et dispergit oves. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater et ego agnosco patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor. Ex [illegible] Dominice [illegible]

Audistis fratres karissimi ex lectione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono sed essentialiter bonus est dicit: Ego sum bonus pastor, atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit

Jhesus

dicens Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Fecit dominus quod monuit, ostendit
quod iussit. animam suam pro ovibus suis posuit. Et mutatum [illegible] est omnis caro fenum
et quia fenum agri herba est. Bonus pastor animam suam pro ovibus suis ponit ut in sacramento
corpus suum et sanguinem verteret et oves quas redimerat carnis sue alimento satiaret.
Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur. Apposita forma cui imprimamur.
Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus eius impendere. postremum vero si ne-
cesse sit et mortem etiam pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo per-
venitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua vivi-
mus quam terrena substantia quam exterius possidemus. qui non dat ovibus substantiam suam
quomodo pro hiis daturus est animam suam. Et sunt nonnulli qui dum plus terrenam sub-
stantiam quam oves diligunt merito pastoris nomen perdunt. De quibus protinus subditur.
Mercennarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oves proprie videt lupum
venientem et dimittit oves et fugit. Non pastor sed mercennarius vocatur
qui non pro amore intimo oves dominicas sed ad temporales mercedes pa-
scit. Mercennarius quippe est qui locum pastoris tenet sed lucra animarum non
querit. terrenis commodis inhiat honore prelationis gaudet temporalibus lucris pas-
citur impensa sibi ab hominibus reverentia letatur. Iste sunt etenim mercedes merce-
narii ut pro eo quod in regimine laborat hic quod querit inveniat et ab hereditate gre-
gis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit an mercennarius cognosci
veraciter non potest si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis
custodiam sic et verus pastor sicut et mercennarius stat. Sed lupus veniens indicat
quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet
iniustus et raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor
esse videbatur et non erat relinquit oves et fugit quia dum sibi periculum ab eo metuit re-
sistere eius iniustitie non presumit. Fugit autem non mutando locum sed subtrahendo so-
latium. Fugit quia iniustitiam vidit et tacuit. Fugit quia se sub silentio abscondit. Qui-
bus bene per prophetam dicitur. Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo
Israel ut staretis in prelio in die domini. Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet pote-
statibus prave agentibus rationis libere voce obviare. Et in die domini pro domo Israel in
prelio stamus ac murum opponimus si fideles et innocentes contra perversorum iniustitiam
ex iustitie auctoritate vindicamus. Quod quia mercennarius non facit cum venientem lupum viderit
fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione cotidie non corpora sed mentes dilani-
at malignus videlicet spiritus qui caulas fidelium insidians circuit et mortes animarum querit.
De quo lupo mox subditur. Et lupus rapit et dispergit oves. Lupus venit et mercennarius
fugit quia malignus spiritus mentes fidelium in temptatione dilaniat et is qui
locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Anime pereunt et ipse de terrenis
commodis letatur. Lupus rapit et dispergit oves cum alium ad luxuriam pertrahit et alium
in avaritiam accendit alium in superbiam erigit alium per iracundiam dividit hunc
invidia stimulat illum in fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat
cum fidelium populos diabolus per temptationes necat. Sed contra hec mercennarius nullo ze-
lo accenditur nullo fervore dilectionis excitatur quia dum sola exteriora commoda requirit inte-
riora gregis dampna negligenter patitur. Unde et mox adiungitur. Mercennarius
autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Sola ergo causa
est ut mercennarius fugiat quia mercennarius est. Ac si aperte diceretur.
Stare in periculo non potest ovium qui in eo quod ovibus preest non oves diligit sed
lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur dum temporalibus commodis letatur op-
ponere se contra periculum trepidat ne hoc quod diligit amittat. Sed cum redemptor
noster mercennarii vitia ficti pastoris innuerit iterum formam cui debeamus
imprimi ostendit dicens. Ego sum pastor bonus atque subiunxit. Et cognosco o-
ves meas et cognoscunt me mee et cognosco meas ac si diceret diligo et cog-

sequuntur me. Ac si aperte dicat: diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit
adhuc minime cognovit. Sed, fratres carissimi, quia audistis periculum nostrum, pensate in
verbis dominicis et periculum vestrum. Videte si oves eius estis, videte si eum cognoscitis,
videte si lumen veritatis percipitis. Percipitis autem dico non per fidem, sed per amorem. Percipitis
dico non per credulitatem, sed per operationem. Nam isdem ipse qui hec loquitur Iohannes evangelista
testatur dicens: Qui dicit se nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax est.
Unde in hoc loco protinus Dominus subdit: Sicut novit me Pater et ego agnosco Patrem, et
animam meam pono pro ovibus meis. Ac si aperte dicat: In hoc constat quia et cognosco Pa-
trem et agnoscor a Patre, quia animam meam pono pro ovibus meis; id est, ea caritate qua pro ovibus mo-
rior, quantum Patrem diligam ostendo. Rursum vero quia non solum Iudeam sed et gentili-
tatem redimere venerat, adiungit: Et alias oves habeo que non sunt ex hoc o-
vili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus
pastor. Redemptionem nostram qui ex gentili populo venimus Dominus aspexerat, cum se addu-
cere et alias oves dicebat. Hoc cottidie, fratres, aspicimus, hoc reconciliatis gentibus cottidie
videmus. Quasi enim ex duobus gregibus unum ovile efficit, quia Iudaicum et gentilem populum in
sua fide coniungit, Paulo attestante qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.
Dum enim ad eternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium
oves deducit. De quibus profecto ovibus rursus dicit: Oves mee vocem meam audi-
unt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam eternam do eis. De quibus et pa-
ulo superius dicit: Per me si quis introierit salvabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua
inveniet. Ingredietur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad con-
templationem; pascua autem inveniet in eterna refectione. Oves ergo eius pascua inve-
niunt, quia quisquis illum corde simplici sequitur, eterne viriditatis pabulo nu-
tritur. Que autem istarum ovium pascua sunt, nisi eterna gaudia semper virentis paradisi? Pascua
namque electorum sunt vultus presens Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vi-
te cibo saciatur. In istis pascuis de certitudine satietatis leti sunt qui iam vitam eternam (?)
voluptatis corporalis ... [illegible]. Ibi ymnidicus angelorum chorus, ibi societas super-
norum civium, ibi dulcis solempnitas a peregrinationis huius tristi labore rede-
untium, ibi providi prophetarum chori, ibi iudex apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum
victor exercitus tanto illic letior quanto hic durius afflictus, ibi confessorum constantia
premii sui perceptione consolata, ibi fideles viri quos a virilitatis sue robore non
... [illegible] ... potuit, ibi sancte mulieres que cum seculo sexum vicerunt,
ibi pueri qui hic annos suos moribus transcenderunt, ibi senes quos hic etas de-
bilis reddidit et virtus operis non reliquit. Queramus ergo, fratres, hec pascua in
quibus cum tantorum civium solempnitate gaudeamus. Ipsa nos letantium festivitas in-
vitet. Certe si ubi populus nundinas celebraret, si ad alicuius ecclesie dedicatio-
nem conveniretur solempnitatis, concurrere festinaremus omnes, simul inveniri me esse
conaretur, unusquisque satageret quam se damno afflictum crederet si solempnitatem communis leti-
tie non videret. Ecce in celestibus electorum civium letitia agitur, in assumptione (?) desidero
et non ab amore eternitatis tepescimus, in nullo desiderio ardemus,
in superni ... [illegible] ... nos privamur gaudiis et leti sumus. Accendamus
ergo animum, fratres, recalescat fides in id quod credidit, inardescat ad superna nostra de-
sideria, et sic amare iam ire est. Ab interne solempnitatis gaudio nulla nos adversitas
revocet, quia et si quis ad locum propositum ire desiderat, eius desiderium quelibet via asperitas non
immutat. Nulla nos adversitas revocet, prosperitas nulla blandiens
seducat, quia stultus viator est qui in itinere amena prata conspiciens obliviscitur quo
tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo ap-
petat quod constat quia citius relinquat, ut si celestis pastoris veraciter oves sumus,
quia nunc delectatione non figimur, ut illic eternis pascuis in per-
ventione saciemur.

Dnica xv p. pent.

ps. Luca x v.

In illo tempore dixit Jesus turbis similitudinem hanc. Exiit qui seminat seminare se-
men suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est et volucres
celi comederunt illud. Et reliqua.
Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis expositione non indiget sed
admonitione. Quam enim per semetipsam veritas exposuit hanc discutere
humana fragilitas non presumit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione domini-
ca pensare debeatis. Quia si nos vobis semine verbum, agrum mundum, volucres de-
monia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens for-
sitan vestra dubitaret. Unde idem dominus per semetipsum dignatus est exponere
quod dicebat, ut sciatis rerum significationes querere in hiis et que per semetipsum
noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit, quatenus
certos nos redderet cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim
michi unquam crederet si spinas divitias interpretari voluissem, maxime cum ille pun-
gant iste delectent. Et tamen spine sunt quia cogitationum suarum punctionibus mentem
lacerant et cum usque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene in
hoc loco alio evangelista testante nequaquam dominus divitias sed fallaces divitias appel-
lat. Fallaces enim sunt que nobiscum diu permanere non possunt; fallaces sunt que mentis
nostre inopiam non expellunt. Sole autem divitie vere sunt que nos virtutibus divites
faciunt. Si ergo fratres veri divites esse cupitis veras divitias amate. Si culmen veri
honoris queritis ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis in illa super-
na angelorum curia ascribi festinate. Verba dei que auribus percipitis mente retine-
te. Cibus enim mentis est sermo divinus et quasi acceptus cibus stomacho languen-
te reicitur quando auditus sermo in ventre memorie non tenetur. Sed quisquis alimen-
ta non retinet huius profecto vita desperatur. Eterne ergo mortis periculum formidate si ci-
bum quidem sancte exhortationis accipitis sed verba vite id est alimenta iustitie in memoria non
retinetis. Ecce transit omne quod agitis et ad extremum iudicium sine intermissione momentis omnibus
nolentes volentesque properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur. Cur illud quod pervenitur negligitur. Memento-
te quod dicitur: Qui habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui tunc aderant aures
corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus: Si quis habet aures audiendi audiat dicit,
aures procul dubio cordis requirebat. Curate ergo ut acceptus sermo in aure cordis re-
maneat. Curate ergo ne semen iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat et a me-
moria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat et fructum boni ope-
ris sine perseverantie radicibus mittat. Multis enim placet quod audiunt et boni operis
initia proponunt sed mox ut fatigari adversitatibus ceperint inchoata relinquunt.
Petrosa ergo terra humorem non habuit que hoc quod germinaverat ad fructum perseverantie non
perduxit. Multi namque verbum contra avaritiam audiunt et eandem avaritiam detestantur, rerum
omnium contemptum laudant. Sed mox ut viderit animus quod concupiscat oblitus est quod lau-
dabat. Multi cum verbum contra luxuriam audiunt pollutiones carnis non solum perpetrare non
appetunt sed et perpetratas erubescunt. Sed mox ut carnis species eorum oculis apparue-
rit sic ad desiderium rapitur acsi adversus hec nichil sit actum, et ad eadem desideria deli-
berata et dampnata agit que quidem commisisse se meminit ut in ipsa dampnavit. Sepe
et contra culpas compungimur et tamen post fletum ad culpas redimus. Sic Balaam filiorum Israel populi
tabernacula contemplatus flevit et eisdem se similem fieri in morte deposcens dicens: Moriatur
anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Sed mox ut hora compunc-
tionis transiit in avaritie nequitiam exarsit. Nam pro promissis muneribus in eius populi
mortem consilium dedit cuius morti se fieri similem optaverat, et oblitus est quod plora-
verat cum extinguere noluit quod per avaritiam ardebat. // Notandum vero est quod exponens do-
minus dicit quod sollicitudines et voluptates et divitie suffocant verbum. Suffocant enim quia
importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant et dum bonum desiderium in-
trare ad cor non sinunt quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum et quod duo sunt que
divitiis iungit sollicitudines videlicet et voluptates, que profecto et premunt mentem et oppri-

unt et perfluerit resolvitur. Eos enim divitie possessores suos et afflictos et lubri-
cos faciunt. Eos quidem voluptatibus inveniunt per earum afflictione alio quidem
tempore per custodie sue sollicitudinem affligunt atque alio per abundantiam voluptatibus emo-
lliunt. Terra autem bona fructum per patientiam reddit quia nulla sunt bona que agimus
si non equanimiter et proximorum mala tolleramus. Quanto enim quisque altius pro-
fecerit tanto in hoc mundo invenit quod durius portet quia cum a presentis seculi amore mentis nostre dilec-
tio deficit eiusdem seculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et bona
agere et tamen sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque desideria fugiunt
et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem domini fructum per patientiam red-
dunt quia cum humiliter flagella suscipiunt post flagella ad requiem sublimiter suscipiun-
Exem tur. Sic uva calcibus tunditur et in vini saporem liquatur. Sic oliva contusionibus
expressa amurcam suam deserit et in olei liquore pinguescit. Sic per trituram aree a pale-
is grana separantur et ad horreum purgata perveniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia
vincere studeat humiliter purgationis sue flagella tollerare ut tanto post ad iudi-
cem mundior veniat quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. In
ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia fuit quidam Ser-
vulus nomine quem multi vestrum mecum noverunt rebus pauper meritis dives quem longa
egritudo dissolverat. Nam a primeva etate usque ad finem vite paraliticus iacebat.
Quid dicam quia stare non poterat qui numquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat
numquam manum suam ad os ducere numquam se potuit ad latus aliud declinare.
Huic ad serviendum mater cum fratre aderat et quidquid ex elemosina potuisset hoc eorum
manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat sed scripture sacre sibimet co-
dices emerat et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens hos coram se legere
sine intermissione faciebat. Factumque est ut in quantum ad mensuram propriam pertinet plene
sacram scripturam disceret cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper
gratias agere hymnis deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset
ut tanta eius patientia remunerari debuisset membrorum dolor ad vitalia rediit. Cum-
que se iam morti proximum agnovit peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos ad-
monuit ut surgerent atque cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decanta-
rent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret voces psallentium repente compescuit cum
terrore magni clamoris dicens Tacete numquid auditis quante resonant laudes in ce-
lo. Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet sancta illa a-
nima carne illa soluta est. Sed exeunte illa tanta illic fragrantia o-
doris aspersa est ut omnes qui illic aderant inestimabili suavitate replerentur ita ut per
hoc patenter agnoscerent quod eam in celo laudes suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit
qui nunc usque vivit et cum magno fletu attestari solet quod quousque corpus eius sepulture
traderetur ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo fine ex hac
vita exiit qui in hac vita flagella equanimiter tolleravit. Iuxta ergo dominicam vocem bo-
na terra fructum per patientiam reddidit que exarata disciplina vomere ad remunera-
tionis segetem pervenit. Sed rogo vos fratres attendite quo excusationis argumen-
to in illo districto iudicio habituri sumus nos qui ab opere bono torpentes et res et
manus accepimus si precepta domini exequimur et hic manibus implevit. Numquid
nos dominus tunc apostolos ostendet qui ad regnum secum turbas fidelium predicando traxerunt no-
ne et nos martires exhibebit qui ad celestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt.
Quid tunc dicturi sumus cum istum de quo locuti sumus similiter viderimus cui longus
langor brachia tenuit sed tamen a bono opere non ligavit. Hec vobis fratres agite
hec vos ad studium boni operis instigate ut cum bonos nobis modo ad imitandum propo- math xvi
nimus eorum consortes esse valeatis. ¶ Omelia xvi prime partis

Iesus ductus est in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset qua-
qr lo dragınta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et accedens temptator

Dixit ei si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant etc. **Omelia beati gregorii pape**

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit ihesus in desertum ductus propter hoc quod subditur assumpsit
eum dyabolus in sanctam civitatem et rursum assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed vere
et absque ulla questione convenienter accipitur ut a sancto spiritu in desertum ductus esse cre-
datur ut illuc eum suus spiritus duceret ubi hunc ad temptandum spiritus malignus inveniret.
Sed ecce cum dicitur deus homo vel in excelsum montem vel in sanctam civitatem a dyabolo assumptus esse re-
fugit mens humane hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista
cognoscimus si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium dyabolus caput est et huius capitis
membra sunt omnes iniqui. An non membrum dyaboli pylatus fuit. An non membra dyaboli iu-
dei persequentes et milites crucifigentes fuerunt. Quid ergo mirum si se ab illo permisit
in montem duci a quo se pertulit et a membris illius crucifigi. Non est ergo indignum redemp-
tori nostro deo quod temptari voluit qui venerat occidi. Iustum quippe erat ut sic tempta-
tiones nostras suis temptationibus vinceret sicut mortem nostram venerat sua morte supera-
re. Sed sciendum est nobis quia tribus modis temptatio agitur suggestione delectatione
consensu. Et nos cum temptamur plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur quia de car-
nis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus unde certamina toleramus. Deus vero qui in
utero virginis incarnatus est in mundum sine peccato venerat nil contradictionis in semetipso tol-
erabat. Temptari ergo per suggestionem potuit sed eius mentem peccati delectatio non
momordit. Atque ideo omnis dyabolica illa temptatio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem
temptationis eius aspicimus pensemus quanta magnitudine nos a temptatione liberamur. Antiquus
hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit quia hunc scilicet gula vana
gloria et avaritia temptavit. Sed temptando superavit quia eum per consensum sibi subdidit. Ex gu-
la quippe temptavit cum cibum ligni vetiti ostendit atque ad comedendum suasit. Ex va-
na autem gloria temptavit cum diceret eritis sicut dii. Ex profectu avaritie temptavit cum di-
ceret scientes bonum et malum. Avaritia enim non solum pecunie est sed et altitudinis.
Recte enim avaritia dicitur cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam
honoris rapina pertineret nequaquam paulus de unigenito dei filio diceret
Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. In hoc ergo dyabolus parentem nostrum ad super-
biam traxit quod eum ad avaritiam sublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum
hominem stravit eisdem modis a secundo homine temptato succubuit. Per gulam quippe te-
mptat cum dicit dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam temptat cum dicit
si filius dei es mitte te deorsum. Per sublimitatis avaritiam temptat cum regna
omnia mundi ostendit dicens hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Sed et
eisdem modis a secundo homine vincitur quibus primum hominem se vicisse gloriabatur ut a nostris
cordibus ipso aditu captus exeat quo nos aditu ingressus tenebat. Sed est
et aliud fratres karissimi quod in hac temptatione dominica considerare debemus quia temptatus a dyabolo
dominus sacri eloquii precepta respondit. Qui eo verbo quo erat temptatorem suum mergere in
abyssum poterat virtutem sue potentie non ostendit sola divine scripture precepta edidit quatenus
nobis sue patientie prebet exemplum ut quotiens a pravis hominibus aliquid patimur
ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia dei quanta
impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua lesione provocamur furore permoti aut quan-
tum possumus nos ipsos ulciscimur aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversi-
tatem dyaboli dominus pertulit et nichil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quod pu-
nire poterat ut hoc in laude eius excresceret altius si hostem suum non extinguendo sed inte-
rim patiendo superaret. Notandum nobis quod subditur quia recedente dyabolo angeli ministrabant
ei. Quid hic aliud quam unius persone utraque natura ostenditur quia et homo est quem dyabolus tempt-
tat et idem ipse deus est cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam
nostram quia nisi hunc dyabolus hominem cerneret non temptaret. Adoremus in illo divinitatem suam quia
nisi super omnia deus existeret ei nullo modo angeli ministrarent. Sed quia lectio hec diebus
quadragesime hic convenit nos quadraginta dierum abstinentiam in redemptore nostro
audivimus quia quadragesime tempus inchoamus discutiendum nobis est cur hec ab-
stinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Moyses enim ut legem acciperet se

Marginal notes (right margin): //madat (?) / Omelia (?)

eisdem diebus ieiunavit Helyas idest xl diebus ac noctibus abstinuit. Ipse autem auc-
tor hominum ad homines veniens in quadraginta diebus nullum omnino alimentum sump-
sit. Nos quoque in quantum possumus annuo quadragesimo tempore carnem nostram per abstinen-
ciam affligere conamur. Cur igitur in abstinencia quadragenarius numerus custodi-
tur nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti ewangelii impletur. Denarius etenim qua-
ter ductus in quadragenarium surgit quia tunc decalogi mandata perficimus cum
per eos iiii libros sancti ewangelii custodimus. Ex qua re sentiri aliud potest. In hoc enim
mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus et per voluptates eiusdem corporis preceptis divinis
contraimus. Precepta autem divina per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria
decalogi desideria contempsimus dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus.
Omnis dies huius quadragesime tempus est et aliud quod potest dici. Supputati enim die
usque ad paschales ~~gaudium~~ solempnitatis gaudia sex ebdomade veniunt quarum videlicet
dies quadraginta duo sunt. Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinencia subtrahuntur
non plus in abstinencia quam triginta sex remanent. Dum vero per trecentos et sexaginta
quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri deo
decimas damus ut qui nobismetipsis per acceptum annum vivimus auctori nostro nos
in eius decimis per abstinenciam mortificemus. Unde fratres karissimi sicut offerre in lege
iubemini decimas rerum ita ei offerre contendite et decimas dierum. Unusquisque igitur quantum
vires suppetunt carnem maceret eiusque desideria affligat concupiscencias turpes interfi-
ciat ut iuxta vocem Pauli hostia viva fiat. Hostia quippe mactatur et vivit cum homo
ab hac vita non deficit et tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos
ad culpam traxit afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostre per
fructum ligni vetiti precepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per
cibum cecidimus ad hec quantum possumus per abstinenciam resurgamus. Sed nemo abstinen-
ciam tantum solam esse credat posse sufficere cum per prophetam dominus dicat Nonne hoc est magis — Ysa. 58
ieiunium quod elegi? Frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc
in domum tuam. Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium
deus approbat quod ad eius oculos manus elemosinarum levat quod cum proxi-
mi dileccione agitur quod pietate conditur. Hoc quod tibi subtrahis alteri largire ut unde tua caro
affligitur inde egentis proximi caro reparetur. Hinc enim per prophetam dominus dicit Cum
ieiunaretis et plangeretis numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comederetis et biberetis
numquid non vobismetipsis comedistis et vobismetipsis bibistis? Sibi enim quisque co-
medit et bibit qui alimenta corporis que sunt communia dona conditoris sine
indigentibus percipit, et sibi quisque ieiunat si ea que ad tempus subtrahit non — Iohel 2°
pauperibus tribuit sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohel dicitur
Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis operibus aliis dig-
nam deo abstinenciam carnis ostendere. Cessent ergo ire, sopiantur iurgia. Incassum
enim caro atteritur si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur cum per prophetam
dominus dicat Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et
contenciones ieiunatis et percutitis pugno impie et omnes debitores vestros repe-
titis. Notandum quod ait omnes debitores vestros repetitis. Non enim qui a de-
bitore suo hoc quod dedit repetit aliquid iniustum facit, sed dignum est ut quis-
quis se in penitencia macerat et hoc quod iuste competit restringat. Sic ergo sic nobis
afflictis et penitentibus a deo dimittitur quod iniuste egimus si pro amore illius
et hoc quod nobis iuste competit relaxemus. Ipso adiuvante.

Dominica ii. In illo tempore designavit dominus et alios septuaginta duos et misit illos
binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Luce x
Dominus et salvator noster Ihesus Christus fratres karissimi aliquando nos sermonibus aliquando rebus

operibus admonet. Ipsa etenim eius facta precepta sunt quia dum aliquid tacitus facit quid
agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in predicationem discipulos mittit quia duo sunt
precepta caritatis dei videlicet amor et proximi et minus quam inter duos haberi caritas non
potest. Nemo enim proprie ad semetipsum caritatem habere dicitur sed dilectio in alterum tendit ut esse cari-
tas possit. Binos ad predicandum discipulos mittit quatenus hoc nobis tacitus innuat quia
qui caritatem erga alium non habet predicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem
dicitur quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Pre-
dicatores enim suos dominus sequitur quia predicatio prevenit et tunc ad mentis nostre habitaculum
dominus venit quando verba exhortationis precurrunt atque per hec veritas in mente suscipi-
tur. Hinc namque eisdem predicatoribus ysaias dicit Parate viam domini rectas facite semitas dei
nostri. Hinc psalmista ait Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum dominus
namque ascendit quia unde in passione occubuit inde maiorem suam gloriam resurgendo
manifestavit. Super occasum vero ascendit qui mortem quam pertulit resurgendo calca-
vit. Ei ergo qui ascendit super occasum iter facimus cum nos eius gloriam mentibus
predicamus ut eas ipse postveniens amoris sui presentia illustret. Messis autem pre-
dicatoribus quid dicat audiamus. Messis quidem multa operarii autem pauci. Roga-
te autem dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ad messem multam operarii
pauci sunt quod sine gravi merore loqui non possumus quia etsi sunt qui bona audiant de-
sunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est sed tamen in messe dei rarus
valde invenitur operator quia officium sacerdotale accepimus sed opus officii non im-
plemus. Sed pensate fratres mei pensate quod dicitur Rogate dominum messis ut mittat opera-
rios in messem suam. Vos pro nobis petite ut digna vobis operari valeamus ne
ab exhortatione lingua torpeat ne postquam predicationis locum suscepimus apud iustum
iudicem nos taciturnitas accuset. Sepe enim pro sua nequitia pre-
dicantium lingua perstringitur. Sepe vero ex culpa subiectorum agitur ut eis qui pre-
sunt predicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia predicantis lingua re-
stringitur sicut psalmista ait Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas. Ex
vicio subiectorum vox predicantium prohibetur sicut ad ezechielem dominus dicit Lingua
tuam adherere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans quia domus
exasperans est. Ac si aperte dicat ideo tibi predicationis sermo tollitur quia dum me
in suis actibus plebs exasperat non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex
cuius ergo vicio predicatoris sermo subtrahatur non facile agnoscitur quia nostra taciturnitas pa-
storis aliquando sibi aut subiectis nocet certissime scitur. Sed utinam si ad predicatio-
nis virtutem non sufficimus loci nostri officium in innocentia vite teneamus. Nam subditur
Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regiminis iura susci-
piunt ad lacerandos subditos inardescunt terrorem potestatis exhibent et quibus prodes-
se debuerant nocent. Et quia caritatis viscera non habent domini videri appetunt patres se minime
agnoscunt locum humilitatis in elationem dominationis immutant et si quando extrinsecus blandiuntur
intrinsecus seviunt. De quibus veritas alias dicit Veniunt ad vos in vestimentis o-
vium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra que omnia considerandum est nobis
quod sicut agni inter lupos mittimur ut sensum servantes innocentie morsum malicie
non habeamus. Qui enim locum predicationis accipit malum inferre non debet sed tolerare
ut ex ipsa sua mansuetudine iram sevientium mitiget et peccatorum vulnera ipse in aliis
afflictionibus vulnera sanet. Quem et si quando zelus rectitudinis exigit ut erga sub-
iectos seviat furor ipse sit de amore non de crudelitate quatenus et iura disciplinae
foris exhibeat et intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequendo castigat. Pre-
tunc bene rector exhibet cum subiectos diligere per amorem perfectum nescit cum nulla que sunt
mundi appetit cum terrene cupiditatis oneribus nequaquam mentis colla submittit sub

quidē

dicit solite portare sacculum neque peram neque calciamenta et neminem per viam saluta-
veritis. Praedicator enim tantam in deo debet habere fiduciam ut presentis vite sumptus quam-
vis non provideat tamen sibi hos non deesse certissime sciat ne dum mens eius oc-
cupatur ad temporalia minus aliis provideat eterna. Et neminem per viam salutaveritis
concedit ut sublata sollicitudine in itinere praedicationis pergere debeat. Ostendit autem
si quis verba et [illegible] ducit intelligi in sacculo pecunia clausa est pecunia vero
clausa est sapientia occulta. Qui ergo [illegible] sed hic erogatione proximo negligit quia
in sacculo pecuniam tenet et sicut est sapientia abscondita et thesaurus
invisus absconditus occultis quae utilitas in utrisque. Peram vero portare et onus seculi quod
[illegible] loca in mortuorum exemplis operum. Sequitur: Et neminem per viam salutaveritis
[illegible] dignum non est ut omnis sedeant negociorum [illegible] non dicit sed eius
[illegible] debemus ad praedicationem celestem ne [illegible] debemus scientiarum operum exe-
[illegible] ne [illegible] quod per mortuis pellibus cedat imminere gentium et omnino q
[illegible] sicut [illegible] [illegible] nam cum alios talia fecisse videant se
[illegible] licet putant [illegible] quod aliud [illegible] pedes suos ex mortuorum [illegible]
[illegible] pellibus [illegible] Quia nimirum qui salutat in via ex occasione salutat itineris
non ex studio optandae salutis. Qui ergo non amore eterne patrie sed pre-
miorum ambitu salutem audientibus praedicat quasi in itinere salutat quia ex occasione
et non ex intentione salutem audientibus praedicat. Sequitur: In quamcumque domum intraveritis primum
dicite pax huic domui et si ibi fuerit filius pacis requiescet super eum pax
vestra sin autem ad vos revertetur. Pax quae ab ore praedicantis offertur aut requiescet
si in ea filius pacis fuerit aut ad eundem praedicatorem revertitur. Erit autem quisquam
praedestinatus ad vitam et celeste verbum sequitur quod audit aut si nullus audire voluerit ipse
praedicator sine fructu non erit quia ad eum pax revertitur quoniam ei a domino pro labore
sui operis recompensabitur. Ecce autem qui peram et sacculum portari prohibuit sumptus et ali-
menta ex eadem praedicatione concedit. Nam sequitur: In eadem autem domo manete ede-
ntes et bibentes quae apud illos sunt dignus est operarius mercede sua. Si pax nostra
recipitur dignum est ut in eadem domo maneamus edentes et bibentes quae apud illos
sunt ut ab eis terrena stipendia accipiamus quibus praemia patriae celestis offerimus
Unde et Paulus hoc ipsum pro minimo suscipiens dicit: Si nos vobis spiritualia seminavimus
magnum est si nos carnalia vestra metamus. Et notandum est quod subdit: Dignus est operarius
mercede sua quia iam de mercede sunt ipsa alimenta sustentationis ut hic merces
de labore praedicationis inchoetur quae illic de veritatis visione perficitur. Qua in re
considerandum est quod uni nostro operi duae merces debentur una in via altera in patria una
quae nos in labore sustentat alia quae nos in resurrectione remunerat. Merces ergo
quae in presenti recipitur hoc in nobis debet agere ut ad sequentem mercedem robustius tendatur
[illegible] per dilectionem non [illegible] praedicare debemus ut alii [illegible] mercedem recipiunt [illegible]
eam [illegible] recipere debemus ut praedicare sufficiant. Sunt [illegible] praedicant ut hic [illegible]
de [illegible] mercede recipiunt [illegible] sicut Paulus dubio mercede se privavit. Sunt qui
[illegible] quae dicit Paulus placere hominibus [illegible] ut dum placere [illegible] verba non [illegible]
[illegible] veniat ut [illegible] [illegible] praedicatorum [illegible] ne [illegible] voce per ma-
[illegible] Paulus [illegible] mercede [illegible] quae superius
suscipit [illegible] Sed quod nos sine dolore non possumus quod nos [illegible]
agimus [illegible] et mercede [illegible] operam nequaquam [illegible] finem [illegible] sic [illegible]
in [illegible] papirus sed [illegible] praedicatione [illegible]
percipimus [illegible] sit [illegible] mercede [illegible] Ecce [illegible]
[illegible] sed quid paradis [illegible]

vite necessitates

et domui

stipendium sumimus quo predicantes pro peccatis fideles oblationes accipimus et tamen contra peccata ea-
dem vel orationis studio vel predicationis ut dignum est non insudamus. Vix peccata aliena
aperta voce reprehendimus et adhuc quod gravius est aliquando si persona in hoc mundo
potens sit eius fortasse etiam mala laudamus ne si adversum [illegible]
munus subtrahat quod prebebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibus-
Osee dam scriptum est: Peccata populi mei comedent. Curant peccata populi comede-
re nisi quia peccata delinquentium fovent ne temporalia stipendia amittant. Sed et nos
qui ex oblatione fidelium vivimus quam illi pro suis peccatis obtulerunt si comedi-
mus et tacemus peccata eorum procul dubio manducamus. Pensemus ergo quanti criminis sit coram
deo omnis peccatorum pretium manducare et nil contra peccata predicando agere. Audiamus quomodo
beatus Iob voce dicit: Si adversum me terra mea clamat et cum ipsa sulci eius
deflent, si fructus eius comedi absque pecunia. Terra etenim contra possessorem
suum clamat cum contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat. Cuius si sulci deflent
si corda audientium que predecessorum sunt patrum predicationis vomere et vigore
increpationis exarata videntur aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cuius vero fruc-
tus sic possessor comedit si pecunia non manducat quod districtus erogat talen-
tum verbi nec ad rapinam [illegible] de ecclesia stipendium sumit alimenti. Tunc enim ter-
ra nostra cum pecunia fructus comedimus quando sumentes ecclesie subsidium im-
pendimus predicationis laborem [illegible]
nem [illegible] Unde considerandum nobis est ut [illegible]
quis intellectum sufflat interior vetus [illegible] et dulcedinem regni suscepte e-
cclesie in [illegible] recedat. Et qui vult eadem exhortationis voce non sufficit
simul cunctos ammonere debemus singulos in secreto privatis allocutionibus
edificare exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus querere debemus.
Nam pensare [illegible] quod ad apostolos dicitur et per apostolos nobis: Vos estis sal terre [illegible]
tes predicando debemus. Vos qui pastores estis pensate quia dei animalia pascitis
de quibus per prophetam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et sepe videmus
quod petra salis brutis animalibus ponitur ut eadem petra salis lambere debeant et meliorari.
Sic inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdotem
necesse est quid singulis dicat unumquemque qualiter moneat ut quisquis sacerdoti iungitur
quasi ex salis tactu eterne vite sapore condiatur. Sal etenim terre non sumus si corda
audientium non condimus. Quod condimentum profecto ille veraciter proximo impendit qui predica-
tionis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis recta predicamus si dicta rebus ostendimus, si nos
ipsi divino amore compungimur, si cotidiane vite que sine culpa nequaquam ducitur peccat-
is [illegible] maculas lacrimis lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur si studio-
se patrum precedentium facta pensamus ut ex consideratione illorum gloria in nostris oculis vita nostra
sordescat. Tunc vere compungimur cum precepta dei studiose perscrutamur et per hec proficere
ipsi contendimus per que iam profecisse novimus quos veneramur. Hinc enim est quod de Moyse
Exo 33 scriptum: Ponit et labrum eneum in quo lavarent Aaron et filii eius cum ingrederen-
tur sancta sanctorum. Quod fecit de speculis mulierum que excubabant in hostio tabernaculi. Labrum
eneum quippe erexit Moyses in quo sacerdotes lavare debeant per quod utique pre-
cepit ut nos munditia ad penetranda secreta dei inducant ne sit indignus
Hoc vero labrum de speculis mulierum fecit que ad tabernaculi hostium inde-
sinenter excubabant. Specula quippe mulierum sunt precepta dei in quibus sancte anime
se aspiciunt et si que eis sint feditatis macule deprehendunt cogitationum vi-
tia corrigunt et quasi reverentes vultus nec [illegible] imaginem componunt quia

dum precepti divini solicite attendimus [illegible] periculum vel [illegible] celesti nostro placeat vel
quod displiceat agnoscit. Unde cum domini habitaculum sit eternum tabernaculum ingredi presume-
re quisque possit. Sed ad tam [illegible] tabernaculi [illegible] quod [illegible] et cum
ipsum [illegible] caritas [illegible] amore [illegible] continuo [illegible] eternitatis [illegible]
Moyses qui labium sacerdotis defectus [illegible] fecit quia lex domini [illegible]
tionis peccatorum nostrorum maculis [illegible] domini [illegible] sine [illegible] placa-
re [illegible] nobis [illegible] propter [illegible] diligit [illegible] domini [illegible]
[illegible] maculas [illegible] videmus [illegible] maculas [illegible] dolore con-
[illegible] sacerdotes [illegible] speciem(?) [illegible]
nec tamen de nobis [illegible] affectum [illegible] nostrorum [illegible] zelemus [illegible]
[illegible] affectum ne tamen [illegible] non [illegible] Unde enim
[illegible] si amittes [illegible] relinquis proximos [illegible] si amittes
vel zelatores proximos relinquimus [illegible] In [illegible] tabernaculi
[illegible] officii [illegible] cantas [illegible] dei et proximi amore
[illegible] Ille autem [illegible] diligit qui proximum diligit [illegible] auctorem [illegible]
[illegible] et proximi [illegible]
est nobis ut sit [illegible] zelus [illegible] proximorum [illegible]
[illegible] discretionis [illegible] mansuetudinis. Ita etenim sacerdos [illegible]
quod debet esse [illegible] et [illegible] sed [illegible] mitiganda est [illegible]
[illegible] quos corrigimus et corrige quos [illegible] si [illegible] desunt
[illegible] mansuetudine [illegible] sacerdos non sit [illegible] est quod in templi [illegible]
in basibus templi [illegible] leones et boves et cherubin [illegible] sunt cheru-
bin quod est plenitudo scientie. Quid est quod in basibus templi nec leones sine bubus nec bo-
ves sine leonibus sunt. Quid enim aliud designant bases templi nisi sacerdotes [illegible]
[illegible] regimine [illegible] super [illegible]
In basibus quod cherubin [illegible] nisi ut sacerdotum [illegible] plenitudo [illegible]
[illegible] Per leones autem [illegible] per boves autem [illegible] mansuetudinis [illegible]
[illegible] Itaque in basibus nec leones sine bubus nec boves sine leonibus [illegible]
sacerdotalis pectoris [illegible] custodiat [illegible] mansue-[illegible] mansuetudo
[illegible] mansuetudine ne forte dissoluta sit zelus discretionis [illegible] Sed
ista [illegible] loquimur [illegible] factis [illegible] Nobis enim
sacerdotibus [illegible] loquor [illegible] ordinatores agimus
[illegible] et de alienis [illegible] peccati [illegible]
[illegible] non [illegible] attendistis
[illegible] sacerdotes [illegible] redemptor [illegible]
[illegible] vendentium columbas evertit et numularios [illegible] effudit. Quid enim sunt ca-
thedras vendentium columbas [illegible]
[illegible] columbas vendunt nisi qui [illegible] positione [illegible]
[illegible] spiritus sanctus [illegible] datur. Columba quoque [illegible]
[illegible] spiritus sanctus accipit [illegible] Sed redemptor noster [illegible] cathedras
vendentium columbas evertit [illegible] negotiatorum sacerdotum destruit. [illegible]
[illegible] sacerdotes [illegible]
[illegible] simoniace [illegible] Cathedras vendentium columbas
[illegible] ordinibus [illegible] Cathedras [illegible]
[illegible] qui [illegible] sacerdotes [illegible]
[illegible] Et quidem [illegible] pastorum [illegible]
[illegible] pastores [illegible] conspicit [illegible]
[illegible] non erubescunt [illegible] dies ille

p[ro] vitiis

in loco est quo pastor appellatur et unusquisque ... in publicum de ovili exit. Et qui
non pro vitiis subditorum vapulat, tunc pro vitiis malas fomes ... ipse
dampnatur. Unde Jesus ingressus in templum ipse cum flagello de funiculis fecit et de domo
Dei pellens negotiatores eiecit et cathedras vendentium columbas evertit.
Crimina subditorum quando ... pastores feriunt, sed pastorum ... personam
ipsam ferit. Ecce non negari potest quod placet agit ... non est minus
est cum tacendo quaeque se non potest celare quae negando non potest fallere. Est et
aliud fratres karissimi quod in vita pastorum nimis affligit, sed ... in memoria
sua videtur. Fortasse quod assero nec quisquam ... eius barbarici timo-
ris compulsus valde in terris ... ad exteriora enim negotia
delapsi sumus. Et aliud ex honore suscepimus atque aliud officio actionis ex-
hibemus. Ministerium praedicationis relinquimus et ad poenam nostram ut video episco-
pi vocamur qui honoris nomen non virtutem tenemus. Relinquunt namque Deum hi qui no-
bis commissi sunt et tacemus. In pravis actionibus iacent et correptionis manum non
extendimus. Cotidie per multas nequitias pereunt et eos ad infernum tendere negligenter
videmus. Sed quomodo nos vitam corrigere valeamus alienam si negligimus
nostram? Curis enim saecularibus intenti tanto insensibiliores intus efficimur quanto in
his quae foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe terrenae occupationis a caelesti
desiderio obdurescit animus, et dum ipso suo usu durus efficitur per ea quae mundi sunt ad
ea mollescere non valet quae pertinent ad caritatem Dei. Unde bene sancta ecclesia de membris
suis infirmantibus dicit: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non cu-
ondit. Quid est ergo quod nato domino non in albis vestibus, ascendente autem domino in albis vestibus apparent, nisi quod magna solempnitas tunc angelis facta est cum celum deus homo penetravit. Quia nascente domino videbatur divinitas humiliata, ascendente vero domino humanitas est exaltata. Albe etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humiliationi. In assumptione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in nativitate sua apparuit deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere, fratres karissimi, in hac sollempnitate pensandum est, quia deletum est hodierna die cyrographum dampnationis nostre, mutata est sententia corruptionis nostre. Illa enim natura cui dictum est: Terra es et in terram ibis, hodie in celum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostre sublevatione per figuram beatus Iob dominum avem vocat. Quia enim ascensionis eius misterium Iudea non intelligere conspexit, de infidelitate eius beatus Iob sententiam protulit dicens: Semitam ignoravit avis. Avis enim recte appellatus est quia corpus carneum ad ethera libravit. Cuius avis semitam ignoravit quisquis eum ad celum ascendisse non credidit. De hac sollempnitate per psalmistam dicitur: Elevata est magnificentia tua super celos. De hac ergo rursus ait: Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. De hac iterum dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altum captivam duxit captivitatem, qui corruptionem nostram virtute sue incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus, quia misso desuper spiritu alii sermonem sapientie, alii sermonem scientie, alii gratiam virtutum, alii gratiam curationum, alii genera linguarum, alii interpretationem sermonum tribuit. Dedit ergo dona hominibus. De hac gloria ascensionis eius etiam Abacuc ait: Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine nisi dominus, et quis lune nomine nisi ecclesia designatur? Quousque enim dominus ad celos ascendit, sancta eius ecclesia adversa mundi omnimodo formidavit. At postquam eius ascensione roborata est, aperte predicavit quod occulte credidit. Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo, quia cum dominus celos peteret, sancta eius ecclesia in auctoritate predicationis excrevit. Hinc rursum ecclesie voce per Salomonem dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus et transiliens colles. Considerabat namque tantarum operum culmina et ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis, fratres karissimi, ipsos eius saltus agnoscere? De celo venit in uterum, de utero venit in presepio, de presepio venit in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro venit in celum. Ecce ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit, quia exultavit ut gygas ad currendam viam, ut nos ei ex corde diceremus: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Unde, fratres karissimi, oportet ut illuc sequamur corde ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus, nil nos iam delectet in infimis, qui patrem habemus in celis. Et hoc nobis magnopere pensandum est, quia is qui placidus ascendit terribilis redibit, et quicquid nobis cum mansuetudine precepit, hoc a nobis cum districtione exiget. Nemo ergo indulta penitentie tempora parvipendat, nemo curam sui dum valet agere negligat, quia redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior veniet, quanto nobis ante iudicium magna pietate prerogavit. Hec itaque vobiscum, fratres, agite, hec in mente sedula cogitatione versate. Quamvis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet, iam tamen spei vestre anchoram in eternam patriam figite, intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad celum ascendisse dominum audivimus. Hoc ergo servemus in meditatione quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit, Ihesus Christus dominus noster, qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum.

sec. Iohem

Jo xiiii°

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Si quis diligit me sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape.

Omelia

Libet fratres karissimi verba lectionis sub brevitate transcurrere ut post diutius liceat in contempla-
tione tante solempnitatis immorari Hodie namque spiritus sanctus repentino sonitu super dis-
cipulos venit mentes carnalium in sui amore permutavit et foris apparentibus linguis
igneis intus facta sunt corda flammancia quia dum deum in ignis visione susceperunt per amo-
rem suaviter arserunt Ipse namque spiritus sanctus amor est unde et iohannes dicit deus caritas est qui er-
go mente integra deum desiderat profecto iam habet quem amat Neque enim quisquam deum posset
diligere si eum quem diligit non haberet Sed unusquisque vestrum requiratur an diligat deum
tota fiducia et secura mente respondet diligo In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas
dicit Si quis diligit me sermonem meum servabit probatio ergo dilectionis exhibicio operis est Hinc
in epistola sua idem iohannes dicit quia qui dicit diligo deum et mandata eius non custodit
mendax est Vere deum diligimus si ad mandata eius a nostris nos voluptatibus coartamus Nam qui ad-
huc per illicita desideria defluit profecto deum non amat quia ei in sua voluntate contradicit
Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et apud eum mansionem faciemus Pensate fratres karissimi
quanta sit sollempnitas habere in cordis hospicio adventum dei Certe si domum vestram quisquam dives ac
potens amicus intraret omni festinancia domus tota mundaretur ne quid fortasse esset quod oculos
intrantis amici offenderet Tergat ergo sordes pravi operis qui deo preparat domum mentis Sed vi-
dete quid veritas dicat Veniemus et mansionem apud eum faciemus In quorundam enim corda venit et
mansionem non facit quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt sed temptacionis tempore
hoc ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur sicque ad perpetranda peccata redeunt ac si hec minime plan-
xissent Qui vero deum vere diligit et eius mandata custodit in eius corde dominus venit et
mansionem facit quia sic eum divinitatis amor penetrat ut ab hoc amore temptacionis
tempore non recedat Ille ergo vere amat cuius videlicet mentem delectatio prava consensu non superat
Nam tanto quisque a superno amore disiungitur quanto inferius delectatur Unde et adhuc sub-
ditur Qui non diligit me sermones meos non servat Ad vosmetipsos ergo fratres karissimi in-
trorsus redite si deum vere amatis exquirite Nec tamen quisquam sibi sufficere credat quicquid
sibi animus sine operis attestacione responderit De dilectione conditoris lingua mens et vita
requiratur Numquam est dei amor ociosus operatur etenim magna si est si vero operari renuit
amor non est Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris Scitis
fratres karissimi quia ipse qui loquitur unigenitus filius verbum est patris et ideo sermo quem loquitur filius
non est filii sed patris quia ipse filius verbum est patris et ideo sermo quem loquitur Hec locutus sum vobis
apud vos manens Quando non manet apud eos quos ascensurus deserere promittit de quibus dicitur Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi Sed verbum incarnatum et manet
et recedit Recedit corpore manet divinitate Apud eos ergo tunc mansisse perhibetur quia qui in-
visibili semper potencia preerat corporali visione recedebat Paraclitus autem spiritus sanctus quem
mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecunque dixero
vobis Nostis plurimi fratres mei quod greca locucione paraclitus advocatus dicitur vel consolator Qui
ideo advocatus dicitur quia pro errore delinquencium apud iusticiam patris intervenit qui unius
est substancie cum patre et filio exorare pro delinquentibus perhibetur quia eos quos repleverit exo-
rantes facit Unde per paulum dicitur Ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabi-
libus Minor vero est qui postulat quam qui postulatur Quomodo ergo spiritus postulare dicitur qui minor
non est Sed ipse spiritus postulat qui ad postulandum eos quos repleverit inflammat Con-
solator autem idem spiritus vocatur quia de peccati perpetracione merentibus dum spem venie preparat
ab afflictione tristicie mentem levat De quo recte promittitur Ipse vos docebit omnia quia
nisi idem spiritus cordi audientis assit ociosus est sermo doctoris Nemo ergo docenti
homini tribuat quod ex ore docentis intelligit quia nisi intus sit qui doceat doctoris
lingua exterius in vacuum laborat Ecce unius loquentis voce omnes pariter auditis

net in pre sensu audire vocis percipitur. Cum ergo vox dispar non sit cur in cordibus audiencium
dispar est vocis intelligencia nisi quia preter vocem loquentis communiter admonentem est
magister interior qui de vocis intelligencia quosdam specialiter docet. De hac unctione spiritus
1 Jo. 2 rursum per Johannem dicitur: Sicut unctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruitur cum mens
per spiritum non ungitur. Per vocem ergo non instruitur. Sed cur ista dicimus hominibus loquentibus qui et ipse conditor
non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini etiam per spiritum non loquitur. Cayn non loquitur prius quam
fratricidium opere perpetravit, audivit: Peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus vocem admo-
nitionis est non unctionem per audire verba dei potuit set servare contempsit. Requirendum vo-
bis est cur de eodem spiritu dicatur: suggeret vobis omnia. Nisi suggerere soleat ad memoriam
nostram. Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare invisibilis spiritus suggerere dicitur non
quia nobis scienciam ab ymo conferat sed ab occulto. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do
vobis. Hic relinquo illic do. Sequentibus relinquo, pervenientibus do. Karissimi fratres si verbi
verba patris lectionis sub brevitate discussimus, nunc in contemplatione tante sollempnitatis ani-
mum tendimus. Sed quia ex lectione evangelica verba et actuum apostolorum lectio recitata est, ergo aliquid
mentis nostre contemplationis trahamus. Audistis enim etenim quod spiritus sanctus super discipulos in igneis lingu-
is apparuit omniumque etiam linguarum dedit etc. Hoc miraculo designatur nisi quia sancta ecclesia eodem
spiritu repleta omnium gentium voce erat locutura. Qui vero turrim post diluvium edificare conati sunt commu-
nem unius lingwe perdiderunt intellectum; in hiis autem qui deum diligenter metuebant lingwe omnes
unite sunt. Hic ergo humilitas virtute meruit, illic superbia confusionem. Sed querendum nobis
est cur spiritus sanctus patri et filio coeternus in igne apparuit, cur in igne simul et lingwis, cur ali-
quando in columba aliquando vero in lingwa igne demonstratur, cur super unigenitum filium apparuit in columbe
specie, super discipulos in igne, ita ut neque super dominum veniret in igne, neque super discipulos mon-
straretur in columba. Per quatuor itaque hec quomodo possimus solvendo recedamus. Patri namque
et filio coeternus spiritus in igne monstratur, quia incorporeus atque ineffabilis ignis est deus
attestante paulo: Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur quia per hunc peccatorum
rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram et quid volo
nisi ut ardeat. Terra enim vocata sunt corda terrena que dum in se infima semper sibi cogitationes
congerunt a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram misit, cum afflatu sancti
spiritus cor carnalium incendit. Et terra ardet cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum
relinquit concupiscencias presentis seculi incenditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus
quia ab omni corde quod replet torporis frigoris excutit et hoc desiderio sue eternitatis
accendit. In lingwis autem monstratus est quia isdem spiritus coeternus est filio
qui habet cognacionem maximam lingwa cum verbo. Verbum quippe patris est filius. Et quia
unius est spiritus et verbi substantia, isdem spiritus monstrari debuit in lingwa. Vel certe quia per lingwam
procedit verbum in lingwis apparuit spiritus, quia quisquis sancto spiritu tangitur dei verbum id est uni-
genitum filium confitetur, et negare verbum dei non valet quia iam sanctus spiritus lingwam habet.
Vel certe in lingwis igneis apparuit spiritus quia omnes quos replet ardentes pariter et loquentes
facit. Lingwas igneas doctores habent quia dum deum amandum predicant corda audiencium in-
flammant. Nam otiosus sermo docentis est si prebere non valet incendium amoris. Hoc
doctrine incendium ab ipso veritatis ore conceperant qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens ex
erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas. Ex audito quippe sermone
inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concu-
piscenciis terrenis aliena. Amor verus qui hanc replet in fletibus cruciat. Sed.

Dedimus tali ardore cruciatur ipsius sui cruciatibus pascitur audire talibus praecepta caelestia et
quod mandatis instruitur quasi tot facibus inflammatur et quae torpebat per desideria ar-
det pro modo verba vero per Moysen dicitur In dextera eius ignea lex Sinistra quippe reprobi
qui ad sinistram ponendi sunt dextera autem Dei appellantur omnes electi In dextera autem lex ignea
est quia electi mandata caelestia nequaquam frigido corde audiunt sed ad haec amoris intimi
facibus inardescunt Sermo ad aures ducitur et mens eorum sibimet irata ex intimae dulce-
dinis flamma concrematur In columba vero sanctus spiritus in igne monstratur quia omnes quos
repleverit simplices et ardentes facit simplices puritate ardentes aemulatione Neque
etenim placet aut simplicitas sine zelo aut zelus sine simplicitate Hinc ipsa Veritas dicit
Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae Qua in re notandum est quod disci-
pulos suos nec de columba sine serpente nec de serpente sine columba voluit Dominus admo-
nere quatenus et columbae simplicitatem astutia serpentis accenderet et serpentis astutiam columbae
simplicitas temperaret Hinc Paulus ait Nolite pueri effici sensibus Ecce prudentiam
serpentis audivimus nunc de simplicitate columbae amoneamur Sed malitia parvuli esto-
te Hinc de beato Iob dicitur Erat vir simplex et rectus Quae enim est aut rectitudo sine simplicitate
aut quae simplicitas sine rectitudine Quia ergo et rectitudinem docet iste spiritus et sim-
plicitatem et in igne monstrari debuit et in columba quatenus omne cor quod eius gratia tangitur
et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo iustitiae accensum fiat Sed Domino vero apparendum
nobis est ait in ipso redemptore nostro mediatore Dei et hominum per columbam apparuit in disci-
pulos vero per ignem Certe unigenitus filius iudex est generis humani Sed quis eius iusti-
tiam ferret si priusquam nos per mansuetudinem colligeret culpas nostras per zelum rectitudinis
examinare voluisset Homo ergo pro hominibus factus mitem se hominibus praebuit Noluit peccatores
prius ferire sed colligere Prius voluit mansuete colligere ut haberet quos postmodum in iudicio
salvaret In columba ergo apparere super eum spiritus debuit qui non veniebat ut peccata iam per
zelum percuteret sed adhuc per mansuetudinem tolleraret At contra super discipulos in igne debuit
spiritus sanctus demonstrari ut hii qui erant simpliciter homines atque ideo peccatores contra
semetipsos spiritalis fervor accenderet et peccata quibus Deus per mansuetudinem portaret par-
ceret ipsi in se per penitentiam puniret Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato qui adhaerebant
caelesti magistro Iohanne attestante qui ait Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos
seducimus et veritas in nobis non est In igne ergo in hominibus venit in columba vero apparuit
in Domino quia peccata quae pie Dominus per mansuetudinem tolerat nos debemus per zelum recti-
tudinis continue conspicere et ardore paenitentiae cremare Igitur per columbam spiritus in redemptore
monstratus est per ignem vero hominibus quia quanto nobis iudicis sua est severitas temperata
tanto ergo se debet fieri nostra infirmitatis accensio Ornatior itaque pro portione expleta ratione
ad dona eiusdem spiritus contemplanda transeamus De isto quippe scriptum est Spiritus eius orna-
vit caelos Ornamenta enim caelorum virtutes sunt praedicantium Quae videlicet ornamenta Paulus
enumerat dicens Alii datur per spiritum sermo sapientiae alii sermo scientiae secundum eundem spiritum alii
fides in eodem spiritu alii gratia sanitatum in uno spiritu alii operatio virtutum alii prophetia alii di-
scretio spirituum alii genera linguarum alii interpretatio sermonum Haec autem omnia operatur unus
atque idem spiritus dividens singulis prout vult Quot ergo bona sunt praedicantium tot sunt
ornamenta caelorum Hinc rursum scriptum est Verbo Domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis
virtus eorum Verbum enim Domini filius est Patris Sed eosdem caelos videlicet sanctos apostolos ut tota simul
sancta Trinitas ostendatur operata repente de sancti Spiritus divinitate adiungitur et spiritu oris eius omnis
virtus eorum Caelorum ergo virtus de spiritu sumpta est quia mundi huius potestatibus contraire non

presumerent in eos sancti spiritus fortitudo se diffudisset. Et quales doctores sancte ecclesie ante adventum huius
spiritus fuerint scimus, et post adventum illius cuius sint fortitudinis sancti conspicimus. Certe ipse iste
pastor ecclesie ad cuius sacratissimum corpus sedemus quante debilitatis quanteque fortitudinis ante
adventum spiritus fuit, ancilla hostiaria requisita dicat. Ubi una enim mulieris voce percus-
sus dum mori timuit vitam negavit. Pensandum vero est quod comprehensus Petrus negavit
in terra quem suspensus latro confessus est in cruce. Sed vir iste tante formidinis qua-
lis post adventum spiritus existat audiamus. Fit conventus magistratuum atque seniorum, cesis
denunciatur apostolis ne in nomine Ihesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respondit:
Obedire oportet deo magis quam hominibus. Et rursus: Si iustum est in conspectu dei vos potius
audire quam deum, iudicate. Non enim possumus que audivimus et vidimus non loqui. Et illi quidem
ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati. Ecce
gaudet Petrus in verberibus qui ante timebat in verbis, et qui prius ancille voce requisitus
post adventum spiritus sancti vires principum cesus spernit. Libet oculos fidei in virtute huius opificis
No | attollere atque sparsim atque patres testamenti novi et veteris considerare. Ecce apertis eis
oculis fidei David Amos Danielem Petrum Paulum Matheum intueor et spiritus iste sanctus qualis
sit artifex considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharedum
puerum et psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sicomoros vellicantem et prophetam
facit. Implet abstinentem puerum et senum iudicem facit. Implet piscatorem et predicatorem
facit. Implet publicanum et evangelistam facit. O qualis est artifex iste spiritus. Nulla ad discen-
|| Implet persecutorem et predicatorem gentium facit | dum mora agitur in omne quod voluerit. Mox ut tetigit mentem docet, solum quod tetigisse docu-
isse est. Nam humanum animum subito illustrat immutat, abnegat hunc repente quod erat,
exhibet repente quod non erat. Pensemus sanctos predicatores nostros quales hodierna die reperit,
nota | quales fecit. Certe qui in una [illegible] pro metu Iudeorum residebat natio sive singuli lin- | natio sive
guam noverant et tamen nec in ipsa lingua quam noverant aperte de Christo loqui presumebant. Venit
spiritus sanctus et in ore eorum per diversitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate ro-
boravit. Ceperunt et in aliena Christum loqui qui prius de illo in sua lingua loqui
metuebant. Inflammati etenim corde despexerunt tormenta corporis que ante metuebant.
Vicit vim carnalis formidinis amor conditoris, et qui prius suis adversariis succumbebat
formidine eius, iam preerat auctoritate. Causa ergo tante celsitudinis eos culmine erexit quia
aliud divini iuris quod mentes terrenorum hominum celum fecit. Pensate fratres karissimi post incar-
nationem unigeniti filii qualis sit hodierna sollempnitas de adventu spiritus sancti. Sicut enim
illa ita hec quoque est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem,
in ista vero homines venientem desuper susceperunt deum. In illa deus naturaliter factus est homo, in
ista homines facti sunt per adoptionem dii. Si ergo carnales remanere nolumus, hunc fratres karissimi
vivificantem spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, dicit fortasse carnalis cogitationis
aliquis: quomodo diligere valeo quem ignoro? Et nos concedimus quia mens visibili-
bus intenta videre nescit invisibilia. Nulla enim nisi visibilia cogitat, ea etiam cum non
cernit ymagines intrinsecus ad se trahit. Dumque in ymaginibus corporeis iacet, surgere
ad incorporea non valet. Unde fit ut tanto deterius creatorem nesciat, quanto in cogitatione
sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed tamen deum videre non possumus, habemus aliquid
iter fuit | per quod agamus, ubi ~~[illegible]~~ quo ad eum nostre intelligentie oculus veniat. Certe quem videre
in se nullo modo valemus, hunc in suis famulis videre vel possumus cernentes dum mira co-
spiciamus agere etiam nobis sit in eorum mentibus dum habitare. Iure autem corporea arbores.

corporalibus visum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem solem inspectum illius intendendo valet con-
spicere quia tensi in eius radios oculi reverberantur. Sed sole illustratos montes aspicimus
et quia iam sol ortus est videmus. Quia ergo solem iustitie in seipso videre non possumus
illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet apostolos qui virtutibus eminent miraculis
coruscant quos nati solis claritas perfudit et cum in seipso sit invisibilis per eos nobis quasi per
illustratos montes se visibilem prebuit. Virtus enim divinitatis in se quasi sol in celo est, virtus
divinitatis in hominibus sol in terra. Solem ergo iustitie intueamur in terra quem videre non
possumus in celo. Sit dominus in offenso pede operis per hunc in terra quem dum ad illum intuendum
cordis oculos et in celum levemus. Sed in offenso pede iter nostrum in terra agitur. Si deus ac
proximus integra mente diligitur ut deus vere sine proximo nec proximus vere diligitur sine deo. Hinc
est quod sicut in alio sermone iam diximus idem spiritus sanctus legitur discipulis datus prius
a domino in terra degente (paupere) postmodum a domino celo presidente. In terra datur quippe spiritus ut di-
ligatur proximus, e celo vero ut diligatur deus. Sed cur prius in terra postmodum e celo nisi quod pa-
tenter datur intelligi quia iuxta Iohannis vocem qui fratrem suum non diligit quem videt, deum
quem non videt quomodo potest diligere. Diligamus proximum fratres, amemus eum qui iuxta nos
est ut pervenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod
exhibeat deo ut perfecte mereatur gaudere in deo cum proximo. Tunc ad illam superne frequentie
letitiam pervenimus de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore ten-
damus in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum civium societas certa, ibi solempnitas
certa, ibi requies secura, ibi pax vera data est que nobis iam tunc non relinquitur. Sed datur per dominum
nostrum ihesum christum qui vivit et regnat cum patre deus in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

[Ho]milia xi — xi — particula — Luc[e] — am[en] ff

In illo tempore dixit ihesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam pla-
tatam in vinea sua et venit querens fructum in illa et non invenit etc.

Dominus ac redemptor noster per evangelium suum aliquando verbis loquitur aliquando rebus, aliquando aliud
verbis atque aliud rebus, aliquando autem hoc verbis quod et rebus. Duas etenim res ex evangelio fratres au-
distis: ficulneam infructuosam et mulierem curvam, et utrique rei est pietas impensa.
Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea
infructuosa quod mulier inclinata, et ficulnea reservata quod mulier erecta. Dominus vinee tribus ve-
nit ad ficulneam et fructum minime invenit et mulier que erecta est decem et octo annis curvata om-
nia hec autem decem et octo annorum numero signatur quod tribus dominus vinee ad infructuosam fi-
culneam venisse perhibetur. Quia ergo pretitendo summatim tota perstrinximus nunc per-
lectionis ordine singula disseramus. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua et
venit querens fructum in illa et non invenit. Cuius arbor fici nisi humana natura signat
quod mulier inclinata, quam eandem naturam significando denuntiat. Que et bene plantata est
sicut ficus et bene creata sicut mulier. Sed in culpa sua sponte lapsa neque fructum servabat
operationis neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens quia fructum
obedientie ferre noluit statum rectitudinis amisit. Que ad dei similitudinem condita
dum in sua dignitate non perstitit quod plantata vel creata fuerat servare contempsit. Tribus
dominus vinee ad ficulneam venit quia nature humane ante legem, sub lege, sub gratia ex-
pectando, ammonendo, visitando requisivit. Dixit ad cultorem vinee: Ecce anni
tres sunt ex quo venio fructum querens in ficulnea hac et non invenio. Venit ante
legem quia per naturalem intellectum quod unusquisque exemplo sui cognosceret
erga proximum agere debuisset innotuit. Venit in lege quia per preceptum docuit. Venit
post legem per gratiam quia pietatis sue presentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus

annis se fructum non invenisse conqueritur quia quorundam pravorum mentes nec inspirata lex
naturalis corrigit nec precepta erudiunt nec miracula eius incarnationis convertunt. Sed quid vero
per cultore ficulnee nisi prepositorum ordo exprimitur qui dum presunt ecclesie domini vi-
nee curam gerunt. Huius enim vinee primus cultor Petrus apostolus extitit. Hunc nos indigni
sequimur in quantum predicando docendo precipiendo increpando laboramus. Sed tamen mag-
no iam timore audiendum est quod cultori vinee de infructuosa arbore dicitur Succide
ergo eam ut quid etiam terram occupat. Unusquisque quod suo modo iuxta quantitatem loci vite presentis
tenet si fructum bone operationis non exhibet velud infructuosa arbor terram occupat quia
in eo loco in quo ipse est et aliis operandi occasionem negat. Sed in hoc seculo potens
quilibet si fructum non habet bone operationis etiam impedimentum prestat ceteris quia quicumque sub
ipso sunt exemplo pravitatis illius quasi umbra pressionis premuntur. Stat desuper arbor infruc-
tuosa et subter terra sterilis iacet. Infructuose arboris desuper umbra densatur et solis gra-
dius ad terram descendere nequaquam permittitur quia dum subiecti quilibet patroni perversi per-
versa eius conspiciunt ipsi quoque infructuosi remanentes veritatis lumine privantur et pressi umbra
calore solis non accipiunt quia mente remanent a Deo frigidi. Ubi in hoc seculo male pregn-
ant. Sed de hac persona quolibet et potente pene iam requisito dicendum non est. Postquam enim se pro di-
xit querendum postremo est cur et alios privat. Unde et verbis eiusdem vinee cultori Dominus di-
xit ut quid etiam terram occupat. Terram quippe occupat qui mentes alienas gravat. Terram
occupat qui locum quem tenet in operibus bonis non exercet. Sed tamen iterum est prelatis deprecati-
onem cultor vinee quid dicat audiamus Domine dimitte illam et hoc anno usque dum fodiam circa
illam. Quid est circa illam fodere nisi infructuosas mentes increpare. Omnis quippe fossa in
imo est et omnis increpacio dum mente sibi demonstrat humiliat. Quotiens ergo de pecca-
to suo aliquem corripimus quasi ex cultura debita circa infructuosam arborem fodimus post
fossionem vero quid dicat audiamus Et mittam cophinum stercoris. Quid nisi memoria
peccatorum. Peccata etenim carnis stercora vocantur. Unde et per prophetam dicitur Computruerunt
iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere est carnales quasi
in fetore luxurie vitam finire. Nos itaque quotiens carnalem mentem de suis peccatis in-
crepamus quotiens ad eius memoriam vitia ante acta reducimus quasi infructuose
arbori cophinum stercoris versamus ut malorum que egit recolat et ad compunctionis
gratiam quasi de fetore pinguescat. Mittit ergo cophinum stercoris ad radicem arboris quando
pravitatis sue conscientiam tangit memoria castigationis. Cumque se per penam ad lamenta
mens excitat atque ad bone operacionis gratiam reformat quasi a tactu stercoris redit
ad fecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se meminit displicet quale
fuisse se recolit intentionem contra se dirigit atque ad meliora animum accendit. Ex fe-
tore igitur ad fructum revivisciat arbor quia de consideratione peccati ad bona se opera re-
suscitat animus. Et sunt plerique qui increpaciones audiunt et tamen ad penitentiam redire con-
temnunt et infructuosi in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quod ficulnee cultor
adiungat Si quidem fecerit fructum. Sin autem in futuro succides eam. Quia profecto qui hic
non vult ad fecunditatem pinguescere per increpationem ille cadit unde iam surgere per penitentiam
non valet et infructuosus succidetur quamvis hic sine fructu viridis stare videatur. Erat autem docens
in synagoga sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem
et octo. Paulo ante iam diximus quia hec cunctis admonens Deum ad infructuosam
ficulneam quam decem et octo annorum inclinata mulier signat. Sexto enim die homo

factus est atque eodem sexto die opera domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum
ductus decem et octo fiunt. Quia ergo homo qui sexto die factus est perfecta opera habere noluit sed
ante legem sub lege atque in exordio gratie infirmus exstitit decem et octo annis inclinata
fuit. Et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitans
celestia non requirens sursum respicere non valet quia dum desideria inferiora sequitur a mentis
sue rectitudine curvatur et hoc semper videt quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra karissimi
fratres redite quod habetis omnibus in cogitationibus vestris volvitis aspicite. alius de honoribus
alius de pecunia alius de prediorum ambitu cogitat. Cuncta hec in imo sunt et cum mens
talibus implicatur a statu sue rectitudinis flectitur et quia ad celeste desiderium non adsur-
git quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequitur. Quam cum videret Ihesus vocavit
eam ad se et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus et con-
festim erecta est. Vocavit et erexit quia illuminavit et adiuvit. Vocat sed non erigit cum
quidem per eius gratiam illuminamur sed exigentibus nostris meritis adiuvari non possumus. Ple-
rumque etenim videmus que agenda sunt sed hec opere non implemus. nitimur et infirmamur. mens
rectitudinis iudicium sed ad hoc opus fortitudo succumbit quia iniunctum iam de pena peccati est
ut ex dono quidem possit bonum aspici sed tamen ab eo quod aspicitur contingat per meritum re-
pelli. Usitata etenim culpa obligat mentem ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem.
Conatur et labitur quia ubi sponte diu perstitit ibi et cum noluerit coacta cadit. Bene de
hac incurvatione ex typo humani generis per psalmistam dicitur. Incurvatus sum et humiliatus
sum usquequaque. Contemplatur quippe quod ad superna luce condita homo conditus fuerat
sed peccatis exigentibus foras missus mentis sue tenebras portat superna non appetit
in imis intendit celestia nequaquam desiderat terrena sepe in animo versat et hoc quod de
suo genere doluit in se ipso exclamavit dicens Incurvatus sum et humiliatus sum us-
quequaque. Contemplationem namque celestium perderet si sola carnis necessaria homo cogitaret
incurvatus et humiliatus esset sed non usquequaque non esset. Sed quia a supernis cogitationibus
non solum necessitas deicit sed et voluptas illicita sternit non solum incurvatus sed usque-
quaque incurvatus est. Hinc et alius propheta de immundis spiritibus dicit qui dixerunt anime
tue incurvare ut transeamus. Erecta quippe stat anima cum superna desiderat et nequaquam
flectitur ad yma sed maligni spiritus cum hanc in sua rectitudine stare conspiciunt per eam
transire non possunt transire namque illorum est immittere illi desideria corrupta. dicunt ergo incurvare ut
transeamus quia si ipsa se ad yma appetenda non deicit contra illam illorum pravitas illatus
convalescit et transire per eam nequeunt quia se rigidam in superna intentione per-
manere sentiunt. Nos ergo fratres karissimi nos vera malignis in nobis spiritibus dum cum terre-
na concupiscimus tamen ad temporalia appetenda curvamur. Pudeat ergo terrena concupiscere
et dorsa mentium ascendentibus adversariis prebere. Terra quippe intuetur qui curvus est
et quo primo sit receptus non meminit qui yma querit. Hinc et per Moysen dici-
tur qui gibbosus fuerit nequaquam ad sacerdotium provehitur. et quotquot Christi sanguine re-
dempti sumus membra eiusdem summi sacerdotis efficimur. Unde nobis per Petrum dicitur
Vos autem genus electum regale sacerdotium. Sed qui gibbum tollerat yma semper intue-
tur a sacerdotio ergo repellitur quia quisquis solis terrenis intentus est ipse sibi testis est quod
membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursum pisces qui pinnulas non habent
ab esu filiis Israel prohibentur. Pisces quippe qui pinnulas cum squamis habent saltare

saltus etiam super aquas solent. Quid ergo per piscatores pisces nisi electe anime signantur que perfecte sole in celestis etiam corporis tundunt que modo virtutum pennis fulte saltus dare per celeste desiderium sciunt ut supra per contemplationem appetant summa, in se ipsis iterum ex mortalitatis relabantur. Si ergo iam bona patrie celestis agnoscimus displiceat nobis fratres karissimi quod sumus. Ponat ante oculos mens nostra [illegible] et arbor infructuosa. Reminiscamur malorum que fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris ut hic in recordacionis fructum pinguescat hoc quod mente nobis per penitentiam fetebit. Et si virtutum summa operari non possimus ipse Deus ingaudet lamento in [illegible] exordia incohamus placebimus qui iniusta que fecimus punimus. Non mora erit in fletibus quia terget citius descendentes lacrimas et ad gaudia mansura pervenire faciunt.

Omelia Luce — In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam cottidie et sequatur me. Et reliqua. — secundum Matheum, Omelia XI [illegible]

Quia dominus ac redemptor noster novus homo venit in mundum nova precepta dedit mundo. Vite etenim nostre veteri in vitiis enutrite contrarietatem opposuit novitatis sue. Quid enim vetus quid carnalis homo noverat nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si rapere non posset. Sed celestis medicus singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine calida frigidis et frigida calidis curantur, ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis preciperet humilitatem. Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret dixit: Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis per nove conversationis studium vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat audiamus: Qui vult post me venire abneget semetipsum. Ibi dicitur ut abnegemus nostra, hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus precepit ut renuntiemus nostris, quia quique ad fidei agonem venimus luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nichil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum nudo luctatur citius ad terram deicitur quia habet unde teneatur. Quid enim terrena sunt omnia nisi quedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat vestimenta abiciat ne succumbat. Nichil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat, ne unde ad contegendum se utitur inde ad casum teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus et nos. Quid est ergo dicitur relinquamus et nos? Si enim nos metipsos relinquimus, quo imus extra nos? Vel quis est qui vadit si se deserit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi, aliud quod fecimus, aliud ad quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus et maneamus nos ipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce enim qui superbus fuit si ad Christum conversus humilis factus est semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire iam desinit et largiri didicit qui prius aliena rapiebat procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios et non erunt. Conversi namque impii non erunt, non quia omnino non erunt in essentia, sed soli erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc nos metipsos abnegamus cum vitamus

per prauitatem fuimus et ad hoc mittimur quod per nouitatem uocamur. Pensemus quo se Paulus abne-
gauerat qui dicebat Viuo autem iam non ego. Extinctus quippe fuerat seuus ille persecutor et
viuere ceperat pius predicator. Si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed qui se viuere dene-
gat, dicat unde est quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat. Viuo ait. Viuit vero in
me Christus. Ac si aperte dicat. Ego quidem a memetipso extinctus sum, quia carnaliter non vi-
uo. Dicat ergo veritas, dicat. Si quis vult post me venire abneget semetipsum, quia nisi
quis a semetipso deficiat, ad eum qui super eum est non appropinquat, nec valet apprehendere quod ultra
ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sic olera plantata transponuntur ut proficiant, atque ita
ut de suo loco eradicentur ut crescant. Sic enim semina terre admixtione deficiunt ut
in reparatione sui generis verius assurgant. Unde enim videtur perdidisse quod erat, inde acci-
pit hoc apparere quod non erat. Sed quia quis se a vitiis abnegat, exquirende ei virtutes
sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est, qui vult post me venire abneget semet-
ipsum, protinus additur, tollat crucem suam cotidie et sequatur me. Duobus etenim modis crux
tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur
animus. Pensemus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tulerat qui dicebat.
Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte aliis predicans ipse reprobus effi-
ciar. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis, audiamus nunc in compassionem
proximi crucem mentis. Ait enim. Quis infirmatur et ego non infirmor, quis scandalizatur et
ego non uror. Perfectus quippe predicator, ut exemplum daret abstinentie, crucem portabat
in corpore. Et quia in se trahebat dispendia infirmitatis aliene, crucem portabat in
mente. Sed quia ipsis virtutibus quedam vitia iuncta sunt, dicendum nobis est quod vitium
abstinentia carnis et quod obsiderat compassionem mentis. Sepe namque abstine-
ntiam carnis non numquam vana gloria obsidet, quia dum tenuitas in corpore, dum pallor
in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur, et tanto se festinans foras fundit, Deum
quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem exit. Et plerumque fit ut quod causa Dei
agi creditur, pro solis humanis fauoribus agatur. Quod bene Simon ille significat qui
in itinere crucem Domini in angaria portauit. Aliena quippe honera in anga-
ria que plantantem corpus affligunt portat. Quem ergo per Simonem designat nisi ab-
stinentes et arrogantes, qui per abstinentiam quidem carnem affligunt, sed fructum ab-
stinentie intus non requirunt. Crucem ergo Domini in angaria Simon portauit, quia cum
opus ad bonum ex bona voluntate non exhibet, rem nisi sine fructu perdere operatur. Unde
idem Simon crucem portauit sed non moritur, quia abstinentes et arrogantes per abstine-
ntiam quidem corpus affligunt, sed per desiderium glorie viuunt. Compassionem vero animi
plerumque latenter obsidet falsa pietas, ut hanc non numquam usque ad defendendum
vitia pertrahat. Nam ad culpas quis inclinari non debeat compassione ... Compassio
quippe homini et rectitudo vitiis debetur, in uno eodem homine diligamus bonum quod factus
est et persequamur malum quod fecit, ne dum culpas incaute remittimus iam non per caritatem
compati, sed per negligentiam condescendisse videamur. Sequitur. Qui enim voluerit animam
suam saluam facere perdet eam. Et qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet eam.
Hic dicitur fideli, qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam, et qui perdiderit animam
suam propter me inueniet eam. Ac si agricole dicatur. Frumentum si seruas perdis, si seminas
renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cum in semine mittitur perit ab oculis, in terra
deficit. Sed unde putrescit in puluere, inde virescit in renouatione. Causa vero sancta ecclesia aliud

tempus hēt pstionis atq ad psecutionis receptor in ipa eius tpa distingwit in precept
Nam psecutoris tpe ponendū est anima patris ante tpe ei que amplius comitti possit frange
da sunt desideria terrena vix in die dr̄ Quid enim pficit homo si lucret totum mundū se ante
pdat et detrimētū sui faciat Cum psecutio ab adiscētibus de est valde vigilantius cor custo
diendum est Nam patris tpe qualiter vnde liber eciā ambire eme pfecto animal bn co
pescat si ipe status ambientis sollicite consideret Nam cum instet ad colligendū qui no
state pt ipe qui colligit Cum si ergo sum quisq consideret et cognoscat ḡ posse sufficere
pna que hēt sz fortissime metuit ne minus vite inc suptus desit longū vita desideria
intercepet via breuis Antiquissimi multū portauit cū mo est quo pgit plerumq at et anian
mus vincimus sz adhuc obstat q vias tendimus minores tenemus custodia per
fectionis Nam sepe labencia cuncta despicimus sz eā adhuc humane vendere usum
pedimur ut certitudine qua sumus in mente no dum consprie valemus in vote et amico
dei facem ad iusticie defensione negligimus quo humanas faces ꝯ iusticia verem
Et hinc quoq vulnera egrum subiugitur medicamentū eā dns dicit Qui enim Vom me
erubuerit et meos sermones huc filius hominis erubescet cū venit in maiestate
sua et patris et scorum anglorum Ore ꝯ apud se inue dicit homines nos ia dnm ꝯ sermones
eius no erubescimus quia apud eius vote psitent Cunctis ego video ꝯ in hac plebe
xpiana sunt nonnulli qui xpm ia confitent quia cunctos vanos ee aspiciunt Nam sino
me xpi in tantū hodie eccā no eet tot pfessores xpi sta eccā no haberet Non ergo ad
pbatione fidei vox sufficit pfessionis qua defendit a inuidia pfessio gñalitatis
Est tū ubi se quisq interroget ut in confessione xpi se vaciter pbz sz no ia nomē
eius erubescat sz plena vtute metus humanū pudore subsidit certe exm psecucio
ius tpe erubescere potuit fideles subponitis demittet dedignitatibus eā increduli
in tpe erubescere patit fideles subponitis ... ꝯ ius psecutoribus desit Est aliud ubi orta
affligi patris ant tpe quia talia hēt ꝯ ius psecutoribus desit Est aliud ubi orta
nobis venent sepe a pximis despici dedignamur iniurias vbis tollerare si contin
git virginū fortissime cū pximo erubescimus iporeos satisfacere Cor quippe carnale dū
hius vite gl̄am querit humilitate respuit Et plerumq ipe homo qui nascit dig
cordiam sit reconciliari appetit sz ire ad satisfaciendū porerubescit Pensemus
sta virtute ut videamus quo iaceat ire piritas actiones Si enim membra sumus
capitis sumus imitari eū cū concertum debemus Quid namq ad ire erudicionē
eorum paulus egregius pdicator dicit Pro xpo legacione fungimur tanq̄ deo exhor
tante p nos obsecramus pro xpo reconciliamini deo Ecce inter nos et deum discor
diam peccando fecimus et cū ad nos deus suos legatos por misit ut nos qui q
peccauimus ad pace dei rogati veniamus Erubescat ergo humana supbia confundat
quisq si no satisfaciat por pximo qui post culpas nras et ei reconciliari debemus
et ipe qui offensus est legatis intervenientibus obsecrabat deus Sequit dico enim vo
bis vere sunt hic aliqui stantes qui no gustabunt mortē donec videant regnum dei Regnū
dei sperat hinc no semp in statu eloquio ventura regnū dicit sz no nunq̄ pns
ecclā vocari vñ scriptum est mittet filius hominis anglos suos et colligent de
regno eius omnia scandala In illo quippe regno no erunt scandala ubi pfecto
reprobi no admittent Uno dē ꝯ collighit q hoc loco regnū dei pns eccā
vocari Et quia no nulli ex discipulis usq a deo in corpore victuri erant ut eccā
dei constructā conspicerent et contra mundi huius gl̄am erectā consolatoria pmissione dicit

Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Quia tanta
dure subeunde mortis precepta erant quia necessarium fuit ut adhuc subito promissione vei-
ret eos. Quod si subtiliter attendimus quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus. Disci-
pulis enim rudibus de presenti vita aliquid promittendum fuit ut possint robustius in futurum
solidari. Sic israelitico populo ex egypti terra liberato repromissionis terram promittit et in-
vocandus erat ad dona celestia terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc nisi ut dum esset
aliquid in proximo quod perciperet illud iam fidelius crederet quod de longinquo audire potuisset. Car-
nalis etenim populus si presentia non acciperet magna non crederet. Operator deus qui largiendo terre-
na suadet ad celestia ut percipiendo quod videret sperare disceret quod minime videbat et tanto
solidior de invisibilibus videret fieret quanto enim ad spei certitudinem visibilia promis-
sa sentiret. Unde recte quoque per psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium et labores
populorum possiderunt ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Sic ergo hoc
loco rudibus discipulis vitas loquens videndum regnum dei promittit in terra ut ab hoc
ab eis fidelius in celo presumatur. Ex ipso itaque regno quod iam videmus in mundo esse sub-
limatum speremus regnum quod in celo credimus percipiendum. Nam sunt non nulli qui sanctitatis
nomine censentur sed [illegible] nobiscum fide esse sola visibilia estimant invisibilia non appetunt
que utique esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora consistimus fratres mei. Numquid ipsi carnem suam
in morte dederent nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent. Ecce qui
ita crediderunt miraculis coruscant. Ad extincta namque corpora eorum viventes egri veniunt
et sanantur, periuri veniunt et a demonio vexantur, demoniaci veniunt et liberantur. Quo ergo
vivunt illic ubi vivunt si in tot miraculis vivunt hic ubi mortui sunt. Carissimi fratres
dico breve verbo sed non parva merito quod religiose quibusdam senioribus narrantibus nobis
agnovimus. Gothorum tempore matrona quedam fuit valde religiosa que ad horum martyrum
ecclesiam crebro veniebat. Quadam autem die dum ex more adorandum venisset egredi-
ens duos stantes sub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos credidit, largi-
ri aliquid eis elemosine precepit. Sed prius quam eius erogator eis ad largiendam elemo-
sinam appropinquasset adstiterunt illi vicinius et dixerunt: Tu nos visitas modo, nos te
in die iudicii requiremus et quicquid possumus prestabimus. Et hoc dicto ab oculis eius ablati sunt.
Territa illa adorandum rediit, se sepius in lacrimis prolixius effudit, et facta est post hec tan-
to instantior in prece quanto certior de promissione. Si autem iuxta Pauli vocem est fides
sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium, nequaquam iam dicimus ut beatam
vitam credatis quia ecce ipsi in illa vivunt humanis obtutibus visibiliter putantur. Quod
enim videri potest melius dicitur sciri quam credi. Venturam ergo vitam nos dominus magis
voluit scire quam credere qui eos quos invisibiliter recepit apud se vivere
nobis et visibiliter ostendit. Hoc ergo fratres karissimi in causa vestri operamini quam in dis-
tricto iudicio hos patronos facite hos in die tanti terroris illius defensores
adhibete. Certe si apud quemdam magnum iudicem causa quelibet vestra esset die crasti-
no ventilanda totus hodiernus dies in cogitationibus duceretur. Patronum vestra
firmitas quereret magnis precibus ageret ut apud tantum iudicem sibi defensor veni-
ret. Ecce districtus iudex Ihesus venturus est timendi illius angelorum archange-
lorum quod concilii terror adhibetur. In illo conventu causa distruitur nostra et tamen nos
patronos modo non querimus quos tunc defensores habeamus. Assunt defensores nostri

sed iniquos rogari nolunt atque ita ut dictum querunt ut querantur hos adiutores inter-
cessionis querite hos protectores vestros in iudicio quia ne puniri peccatores debeant rogari
volt et ipse qui iudicat unum et tam longo tempore comminatur iram et tamen misericordiam expectat Sic
autem et nos iram eius resonat ut nullo modo negligentes reddat Sic pietatem iram prohibet
ut nos iram in desperationem non provocat quatenus et si metuentes presumimus presumentes metuimus
et metuentes speramus et regnum tuum adepturi sumus Per eundem qui vivit et regnat deus. Dominica xvi — sec. Lucam

Luc. vij. — In illo tempore Rogabat Ihesum quidam de phariseis ut manducaret cum illo et ingressus — ō 33
domum pharisei discubuit Et reliqua.

Cogitanti mihi de Marie penitencia flere magis libet quam aliquid dicere Cuius enim vel saxeum
pectus ille huius peccatricis lacrime ad exemplum penitendi non emolliant Considera-
vit namque quid fecit et noluit moderari quid faceret Super convivantes ingressa est non iussa
venit inter epulas lacrimas obtulit Discite quo dolore ardet que flere et inter epulas
non erubescit Hanc vero quam Lucas peccatricem mulierem Iohannes Mariam nominat illam esse Mariam
credimus de qua Marcus septem demonia eiecta fuisse testatur Et quid per septem demonia nisi
universa peccata designantur Quia enim septem diebus omne hoc tempus comprehenditur recte septenario
numero universitas figuratur Septem ergo demonia Maria habuit que universis viciis plena fuit
Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit lavandas ad fontem misericordie cucurrit convivantes
non erubuit Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus nichil esse credidit quod vere-
cundaretur foras Quid ergo miramur fratres Mariam venientem an dominum suscipientem Suscipi-
entem dicam an trahentem Dicam melius trahentem et suscipientem quia nimirum ipse eam
per misericordiam traxit intus qui per mansuetudinem suscepit foras Sed iam textum sancti ewangelii per-
currentes ipsum quoque ordinem quo venerit sanandam videamus Attulit alabastrum
unguenti et stans secus pedes Ihesu lacrimis cepit rigare pedes eius et capillis capitis
sui tergebat et osculabatur pedes eius et unguento ungebat Liquet fratres quod illicitis
actibus prius mulier intenta unguentum sibi pro odore sue carnis adhibuit Quod ergo turpiter
sibi exhibuerat hoc iam deo laudabiliter offerebat Oculis terrena concupierat sed hos iam
per penitentiam conterens flebat Capillos ad compositionem vultus exhibuerat sed iam capillis la-
crimas tergebat Ore superba dixerat sed pedes domini osculans hoc in redemptoris sui vesti-
gia figebat Quot ergo Maria in se habuit oblectamenta tot de se invenit holocausta
Convertit ad virtutum numerum numerum criminum ut totum serviret deo in penitentia quidquid ex se deum
contempserat in culpa Sed hec phariseus intuens despicit et non solum venientem peccatricem
mulierem sed etiam suscipientem dominum reprehendit dicens intra se Hic si esset propheta sciret utique
que et qualis est mulier que tangit eum quia peccatrix est Ecce phariseus vere apud se
superbus et fallaciter iustus egram reprehendit de egritudine medicum de subvencione
et quia ipse quoque de elacionis vulnere egrotabat ignorabat Inter duos autem egros me-
dicus aderat sed unus eger in febre integrum sensum tenebat alter vero in febre
carnis et sensum perdiderat mentis Illa quippe flebat quod perpetraverat phariseus
autem falsa iusticia elatus vim sue infirmitatis exaggerabat In egritudine
ergo et sensum perdiderat qui falsa iusticia hoc ipsum quoque quod ad salute longe esset
ignorabat Sed inter hec nos gemitus cogit quod quosdam nostri ordinis viros intueri
qui sacerdotali officio praediti si quid fortasse iuste exterius egerunt protinus
subiectos despiciunt et peccatores quosque in plebe positos dedignantur eosque compati
culpa sua confitentibus nolunt ac velud pharisei more a peccatrice muliere tangi

despiciunt. Quae profecto mulier si ad pedes pharisei venisset, nimirum calcibus repulsa disce-
deret. Inquinari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc falsa sua iusticia replebat,
de alieno peccato egrotabat. Unde necesse semper est ut cum peccatores quosque corripimus,
nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi
sumus aut labi possumus, si lapsi non sumus. Et si censura magisterii debet semper virtu-
te discipline vicia persequi, sed tamen ut sollicite discernamus quia districtionem debemus
viciis, compassionem nature. Nam si est feriendus peccator, nutriendus est proximus. Cum vero iam
per penitenciam percutit ipse quod fecit, iam noster proximus peccator non est, quia cum dei se iusticia contra
se dirigit et hic in se punit quod iusticia divina reprehendit. Sed iam ipse superbus et arrogans
qua sua condempnatur audiamus. De duobus quippe ei debitoribus parabola opponitur,
in quorum unus minus, alter amplius debet, et utroque debito dimisso, quis amplius
largitorem debiti diligat interrogatur. Quibus verbis ille protinus respondit: Ille plus
diligit cui plus dimittitur. Qua in re notandum est quia dum sua sententia phariseus
convincitur, quasi freneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur ei bona peccatricis, enu-
merantur falsi iusti mala, cum dicitur: Intravi domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hec
autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti; hec
autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non
unxisti; hec autem unguento unxit pedes meos. Post enumeracionem vero subinfertur
sententia: Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Quid ergo, fratres mei,
quid dilectionem credimus nisi ignem, et quid culpam nisi rubiginem? Unde nunc dicitur: Remittuntur ei
peccata multa quia dilexit multum, ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati ru-
biginem, que arsit valide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo
consumitur, quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Ecce eadem que
ad medicum venerat egra sanata est, sed de salute eius adhuc alii egrotant. Nam simul
discumbentes coeperunt intra se dicere: Quis est hic qui et peccata dimittit?
Sed celestis medicus egros non respicit, quos et de medicamento fieri deteriores
videt. Eam vero quam sanaverat, propietatis sue sententia confirmat, dicens: Fides tua te salvam
fecit, vade in pace. Fides etenim salvam fecit, quia hoc quod petiit posse se accipere
non dubitavit. Sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat, a quo
per spem eciam salutem querebat. In pace autem ire precipitur, ut a veritatis itinere in
viam scandali ulterius non declinet. Unde et per Zachariam dicitur: Ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Ut enim gressus nostros in viam pacis dirigimus, cum per id actionum
iter pergimus in quo ab auctore nostri gracia non discordamus. Hec, fratres karissimi,
hystorica exposicione transcurrimus. Nunc si placet eadem que dicta sunt mystice [illegible]
disseramus. Quid namque phariseus de falsa iusticia presumens nisi iudaicum populum,
que peccatrix mulier ad vestigia domini veniens et plorans nisi conversam gentilitatem
designat? Que cum alabastro venit, unguentum fudit, retro secus pedes stetit,
lacrimis pedes rigavit et capillis tersit, eosdem quoque quos infundebat et ter-
gebat pedes osculari non desiit. Nos ergo nos illa mulier expressit, si toto corde
ad dominum post peccata redeamus, si eius penitencie luctus imitemur. Quid namque unguento
nisi odor bone opinionis exprimitur? Unde et Paulus dicit: Christi bonus odor sumus

mystice

Sed more solito dicimus quia ita opera agimus quibus opinionis bone odore etiam respergimus
quid in domini corpore nisi unguentum fundimus. Sed secus mulier pedes stetit. Contra pedes
enim domini stetimus cum in peccatis positi eius itineribus renitebamur. Sed si ad veram penitentiam
post peccata convertimur iam retro secus pedes stamus quia eius vestigia sequimur quem impu-
gnabamus. Lacrimis mulier pedes rigat. Quod nos quoque veraciter agimus si quibuslibet
ultimis membris domini per compassionis affectum inclinemur si sanctis eius in tribulatione
compatimur si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis mulier pedes quos irrigaverat
tersit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quid habundans terrena substantia nisi capillorum
specimen tenet. Que dum ad usum necessitatis superfluunt et abscisa non sentit. Capil-
lis ergo pedes domini tergimus quando sanctis eius quibus ex caritate compatimur et ex hiis que
nobis superfluunt miseremur ut sit mens quoque compassione doleat ut et larga manus
affectum doloris ostendat. Rigat namque lacrimis redemptoris pedes sed capillis suis
non tergit qui utcumque proximorum dolori compatitur sed tamen eis ex hiis que sibi sup-
perfluunt non miseretur. Plorat et non tergit qui verba doloris tribuit sed non ministrando
que desunt vim doloris minime abscidit. Osculatur mulier pedes quos tergit.
Quod nos quoque plene agimus si studiose diligimus quos ex largitate continemus
ne gravis nobis sit necessitas proximi ne ipsa eius indigentia que sustentatur
fiat onerosa et cum manus necessaria tribuit animus a dilectione non torpescat. Potest
quoque per pedes ipsum misterium incarnationis eius intelligi per quod divinitas terram
tetigit quia carnem suscepit. Verbum caro factum est habitavit in nobis. Osculamur ergo
redemptoris pedes cum misterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Unguento pedes
ungimus cum ipsam humanitatem ex passione sacri eloquii bona opinione predicamus.
Sed hec phariseus videns invidet quia cum iudaicus populus gentilitati deum predicari con-
spicit sua apud se malicia tabescit. Sed redemptor sancta eius mulieris que bona gen-
tilitatis enumerat ut in quo malo iaceat agnoscat. Ita sic phariseus tendit ut
per eum sit dominus perfidus ille populus ostendatur. Intravi in domum tuam aquam pedibus
meis non dedisti hec autem lacrimis rigavit pedes meos. Aqua quippe extra nos
est lacrimarum humor intra nos. Quia vero infidelis ille populus nec ea que extra se erant
unquam pro domino tribuit conversa autem gentilitas res non solum suam verum sed et sanguinem fudit.
Osculum mihi non dedisti hec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos. Osculum
quippe dilectionis est signum. Et infidelis ille populus deo osculum non dedit quia ex caritate
eum amare noluit cui ex timore serviunt. Vocata autem gentilitas redemptoris sui ve-
stigia osculari omnino cessat quia in eius amore continuo suspirat. Unde et sponse voce
de eodem redemptore suo in canticis canticorum dicitur. Osculetur me osculo oris sui. Osculum recte
conditoris sui desiderat qui se ei per obsequium pro amore parat. Oleo caput meum non
unxisti. Si pedes domini misterium incarnationis eius accipimus congrue per caput illius ipsa
divinitas designatur. Unde et per Paulum dicitur Caput Christi deus. Iudeus quippe et non ipse qui in homine
credere incarnatum populus fatebatur. Sed phariseo dicitur Oleo caput meum non unxisti quia
ipsam divinitatis quoque potentiam quam se incarnatum populus credere spondet digna laude
predicare neglexit. Hec autem unguento unxit pedes meos quia dum incarnationis eius
misterium gentilitas credidit summa laude etiam eius ima predicavit. Sed iam redemp-
tor noster ut enumerata bona ostendat per summam subdit propter quod dico tibi remittuntur

ei pctā multa qm dilex multū At si apte di-
cat Et si dimī e valde q cogit humilit in
amoris igne quo z dura ɔsumat libz z
mēb ɔstitucione tāte pietatis itueri pctā
tās mlier sepa sz pniter et estimatoe vitas
ap se fuat q eis adulatō sub tāta distribu
tōe emiat Ad pharisei prandiū dns distribe
bat sz ap penitēte mliere met epulis de
lectabat ap pharisei vitas pascebat foris
ap pctāte mliere sz ousa pascebat intus
vn z ei sctā etā q sb spe humili cernoin q-
rit i cant ca° dr Indica mi q dilig aia
mea ubi pascas ubi cubas i meridie Cernu
rin quippe humilis dns appellat' ms assupta
carne antiquor filius patri servicior vo
i meridie estus ardescit z umbrosū locū
humilis quit q estus no afficit In illis
g° cordib dns requiescit q amor pntis
scli no incēdit q tamis desideria no con
rut q intespi sius amoietatibs i huius mu
di ɔcupis no ardescunt z hinc z manē dr
Sponsa s supucie ite z v al ob t umbrosa
g° loca i meridie ad pascēdū humilis
iquirit q talibs mētibs dos pasta q per-
receptū que tēpalite corpalibs desideris no
urunt plus g° pnites mli pascebat itus
q phariseus dnm pascebat foris q abcs
in tāltū qm humilis receptor nr ad illius
mēte venat q ps victoz igne pune um-
bra tēpabat pensas qnte pietatis sint
pctāte mliere no solu admitte sz ei etia
ad tangēdū pedes pbere Considēm° g°
gram misericordie dei z dapnemus mltitu
dine reatus mi Ecce peccores videt z sus
tinet z resipistēs tollerat z in p anglm
cottidie clementer vocat Cofessionem
nostram exprimis corde desiderat z iusta que
delinquimus relaxat Temperat nob distric-
tione legis mia redeptoris In illa quippe scrip-
tū est Si qs ho hr ul id fecit morte mo-
riatur si qs h ul illa fecit lapidibs ob
ruat Apparuit ɔditor z redeptor nr i car-
ne ɔfessioni peccatorū no penā sz vitā pro
mittit mulierē sua vulnera cofitētem
suscepit z sana dimittit Inflexit g°
ad mia districtā legis q qs misera illa:-
dapnat ipe misericorditer libat hinc quoq

hn in lege scriptu e qua manus moysi erant
graves sumētes igit lapidē posuerunt
subter eū quo sedit Aaron aut z hur sus
tentabat manus eius Moyses quippe se-
dit in lapide cu lex regēmit i etia Moses
Et eade lex manus graves hnt q peccantes
quosque no misericorditer ptulit sz uā
districtōe pcussit Aaron vo mons for-
titudis hur at ignis interptatur Quid itaque
iste mons fortitudis signat ni redep
tore nrm de quo p pphetam dr Erit i
nouissimis diebs pparatus mons domus dni
in vertice montiū Aut quis p ignē ni sps
scus signatur De quo iste redeptor ne-
dr Igne veni mitte in terra Aaron
g° z hur graves manus moysi sustinent
atque sustētado leviores reddunt quia
mediator dei z homn cu igne sps sci
veniens mādata legis gravia que dum
litteralit tenebantur portari no poterant tol-
lerabiliora nob pspiritalem itelligētia
ondit Quasi eni manus moysi leves
reddidit q pondus mādatoz legis ad
virtute cofessiois retorsit hinc est q nobis
scriptus nūc pmissione innuit cu per
pphetam dr Nolo mortē peccatoris sz ut
ɔvertat z vivat hinc iterum sub mace spe
vinuiq pctāti anime dr Si dimiserit
vir uxorē sua z illa recedens duxerit viru
aliu nunq ad eā revertet ultra nunqd non
polluta z ɔtaminata erit mulier illa Tu aūt
fornicata es cu amatoribs multis tn rever
tere ad me dicit dns Ecce paradigma
fornicantis mulieris dedit ondit q post pollutio-
nē recipi no possit Oz hr ipm paradi-
gma q ptulit manu vincit cu dicit for
nicate mliere neququā recipi posse z tn
ipe fornicate aīaz ut recipiat exspectat
pensate frs pondus tāte pietatis
dic q fieri no pt z demostrat q hr ipe
fieri z ɔ more pt Ecce vocat z qs i qui-
natos denunciat hos z amplecti querit
a quibs despectū ee se quit Nemo g° ta
le tēpus pdat nemo oblatū re-
mediū dne pietatis abiciat Ecce su-
pna benignitas aūsos nos revocat.
z nob revitētibs sue clementie sinū
pat hns quisqz g° pensat q° debito

Ge xviii
a e 3

constringitur quia illum Deus expectat ut accepto
ex aspernit. Quem in morte permanere non vult
redeat qui stare toto tempore potuit saltem post lapsum
surgat. Quanto nos amore conditor noster ex-
pectat insinuat tibi per prophetam dicens: Attendi et
auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, nemo est
qui recogitet in corde suo et dicat: Quid feci?
Certe miseri debuimus mala cogitare, sed que
cogitare recta noluimus ecce adhuc sustinet
ut recogitemus. Videte ergo pietatis sinum,
considerate nobis aperte misericordie gremium, quod male cogi-
tantes perdidit hii recogitantes querit. Ad nos
igitur fratres karissimi, ad vos oculos mentis reducite
et penitentis mulieris peccatricis in exemplum vobis imi-
tacionis auferte. Quicquid vos in adolescentia
quicquid in iuventute deliquisse meminit
deflete. Amemus iam redemptoris nostri vestigia
que peccando contempsimus. Ecce ut diximus
ad recipiendos nos ad superne pietatis sinus
aperitur, ut in maculosa in nobis vita contemnitur.
Perhibet quod indignacionem nostram non horrescamus in bene
in munditie torrentes recipientes nos Deus
clementer amplectitur, quia peccatorum vitam ei esse
indignam non putat quam fletibus lavat, in Christo Iesu
domino nostro qui vivit. Omelia xxxiiij

secundum Luce xv. In illo tempore accesserunt ad Ihesum publicani
et peccatores ut audirent illum. Et
murmurabant pharisei et scribe dicentes quia
hic peccatores recipit et manducat cum illis.
Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem.

in quadragesima xiiij Estivum tempus quod corpori meo valde con-
trarium est loqui me dudum de expositione
evangelii longa mora intercurrente prohibuit.
Sed numquid quia lingua tacuit ardere caritas
cessavit? Hoc etenim dico quod apud se utrumque unus-
quisque cognoscit. Plerumque caritas quibus-
dam occupationibus impedita et intus flagrat
in corde et tamen non ostenditur in opere, quia et sol in
nube tegitur non videtur in terra et tamen ardet in celo.
Sic est occupata caritas solet et intus vim
sui ardoris exercet et foris flammas operis
non ostendit. Sed quia ad loquendum tempus
rediit vestra me studia accendit ut in
tanto amplius loqui libeat quanto hoc
vestre mentes desiderabilius expectant.
Audistis in lectione evangelica fratres mei quia
peccatores et publicani accesserunt ad redemp-
torem nostrum et non solum ad colloquendum sed etiam
ad convescendum recepti sunt. Quod videntes

pharisei dedignati sunt. Ex qua re colligite quia
vera iusticia compassionem habet, falsa iusticia
dedignacionem, quamvis et iusti soleant recte pecca-
toribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo super-
bie aliud quod zelo discipline. Dedignantur etenim
sed non dedignantes, desperant sed non desperantes,
persecutionem commovent sed amantes, quia etsi foris
increpationes per disciplinam exaggerant, intus
tamen dulcedinem per caritatem servant. Preponunt sibi
in animo ipsos plerumque quos corrigunt, et melio-
res estimant eos quosque quos iudicant. Quod videlicet
agentes et per disciplinam subditos et per humilitatem
custodiunt semetipsos. At contra hii qui de falsa iusti-
cia superbire solent ceteros quosque despiciunt,
nulla infirmantibus misericordia condescendunt, et quo se pecca-
tores esse non credunt eo deterius peccatores fiunt.
De quorum profecto numero pharisei exstiterunt
qui diiudicantes Dominum quod peccatores susciperet
arenti corde ipsum fontem misericordie reprehendebant.
Sed quia egri erant ita ut egros se esse nescirent,
quatenus quod erant cognoscerent celestis eos medicus
blandis fomentis curat, benignum paradigma
obicit et in eorum corde vulneris tumorem premit.
Ait namque: Quis ex vobis homo qui habet centum oves
et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit no-
naginta novem in deserto et vadit ad illam que
perierat. Ecce mira dispensatione pietatis simi-
litudinem vitalis dedit, quam et ipse homo in se recog-
nosceret et tamen hec specialiter ad ipsum auctorem
hominum pertineret. Quia enim centenarius perfectus
est numerus, ipse centum oves habuit cum sanctorum angelorum
substantiam et hominum possedit. Sed una ovis tunc pe-
riit quando peccando homo pascua vite dereliquit.
Dimisit autem nonaginta novem oves in deserto
quia illos summos angelorum choros reliquit in celo.
Cur autem celum desertum vocatur nisi quod desertum
derelictum dicitur? Tunc autem celum homo deseruit
cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves
remanserant quando in terra Dominus unam querebat, quia
rationalis creature numerus angelorum videlicet et hominum
que ad videndum Deum condita erat pereunte
homine erat imminutus. Et ut perfecta
summa ovium integraretur in celo, homo perditus
querebatur in terra. Nam quod hic evangelista dicit in deserto,
alius dicit in montibus, ut significaret in excelsis,
quia nimirum oves que non perierant in subli-
mibus stabant. Et cum invenerit ovem imponit
in humeros suos gaudens. Ovem in humeros
suos imposuit quia humanam naturam suscipiens

peccatricem ipse portavit. Et veniens domum con-
vocat amicos et vicinos suos dicens eis: Con-
gratulamini mihi quia inveni ovem quae perierat. Inventa ove
ad domum redit, quia pastor noster per pretium san-
guinis reparato homine ad regnum caeleste redit.
Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet choros
angelorum qui amici eius sunt quia voluntatem eius
continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini
quoque eius sunt quia claritate visionis illius sua
assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit
congratulamini inventae ovi sed mihi, quia videlicet eius est gau-
dium vita nostra, et cum nos ad caelum reducimur solem-
nitatem illius laetitiae implemus. Dico vobis quod ita
gaudium erit in caelo super uno peccatore pae-
nitentiam agente quam super nonaginta novem
iustis qui non indigent paenitentia. Considerandum
nobis est, fratres mei, cur dominus plus de conversis
peccatoribus quam de stantibus iustis in caelo gaudium
esse fateatur, nisi quod ipsi per cotidianam visionis
experimentum novimus, quia plerumque hii qui nullis se
oppressos peccatorum molibus sciunt stant quidem
in via iustitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad
caelestem patriam anxie non anhelant, tantoque
sibi in rebus licitis usum praebent quanto se per-
petrasse illicita nulla meminerunt, et plerumque pi-
gri remanent ad exercenda bona praecipua,
quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserint
mala graviora. At contra nonnumquam hii qui se aliqua
illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolo-
re compuncti inardescunt ad amorem dei, seseque
in magnis virtutibus exercent, cuncta diffici-
lia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt,
honores fugiunt, acceptis contumeliis laetantur, et
flagrant desiderio, ad caelestem patriam anhelant,
et quia errasse a deo se considerant, damna praecedentia
lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de
peccatore converso quam de stante iusto gaudium
fit in caelo, quia et dux in proelio plus eum militem
diligit qui post fugam reversus hostem fortiter
premit quam illum qui numquam terga praebuit et numquam
aliquid fortiter fecit. Sic et agricola illam am-
plius terram amat quae post spinas uberes fruc-
tus profert quam eam quae numquam spinas habuit et
numquam fertilem messem producit. Sed inter haec
sciendum est quia sunt plerique iusti in quorum
vita tantum est gaudium ut eis quaelibet peccatorum
paenitentia praeponi nullatenus possit. Nam multi nullorum
sunt malorum conscii et tamen tanti ardoris afflic-
tione se exerunt ac si peccatis omnibus angustentur,
cuncta etiam licita despiciunt, ad despectum mundi

sublimiter accedunt, licere sibi nolunt omne quod li-
cet, bona se amputant etiam concessa, contempnunt vi-
sibilia, invisibilibus accendunt, lamentis gau-
dent, in cunctis semetipsos humiliant, et sicut
nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitationum de-
plorant. Quid itaque istos nisi iustos dixerim
et paenitentes, qui se et in paenitentia de peccato cogitationis
humiliant et recti semper in opere perseverant?
Hinc ergo colligendum est quantum deo gaudium
faciat quando humiliter plangit iniustus, si in caelo
fiat gaudium quando hoc quod male gessit per paenitentiam
dampnat iustus. Sequitur: Aut quae mulier habens
dragmas decem et si perdiderit dragmam unam,
nonne accendit lucernam et evertit domum et quaerit
diligenter donec inveniat dragmam quam
perdiderit? Qui significatur per pastorem ipse et per mulie-
rem. Ipse enim deus, ipse et dei sapientia. Et quia
imago exprimitur in dragma, mulier dragmam
perdidit quando homo qui conditus ad imaginem
dei fuerat peccando a similitudine sui conditoris
recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia sapientia
dei apparuit in humanitate. Lucerna quippe
lumen in testa est, lumen vero in testa est divi-
nitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis
sed ipsa sapientia dixit: Exaruit velud testa virtus
mea. Quia enim testa igne solidatur, eius virtus
sicut testa exaruit, quia assumptam carnem ad re-
surrectionis gloriam ex passionis tribulatione ro-
boravit. Accensa autem lucerna evertit domum,
quia mox ut eius divinitas in carne cla-
ruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus
namque evertitur, cum consideratione reatus sui huma-
na conscientia perturbatur. Cui eversionis primo non
disturbaverit ab eo quod in malis conditionibus legitur
emundatur, quia nimirum prima mens si non
prius perturbatur, ab assuetis vitiis non
emundatur. Eversa ergo domo invenitur dragma,
quia cum perturbatur conscientia, reparatur in homine
similitudo conditoris. Et cum invenerit convocat
amicas et vicinas dicens: Congratulamini mihi
quia inveni dragmam quam perdideram. Quae
amicae vel vicinae nisi illae potestates caelestes
sunt iam supernae, quae tanto supernae sa-
pientiae iuxta sunt quanto ei per gratiam continuae
visionis appropinquant. Sed inter haec nequaquam
relinquere negligenter debemus, cur ista
mulier per quam dei sapientia significatur decem drag-
mas habuisse perhibetur, ex quibus unam per-
didit, quam cum quaereret invenit. Angelorum

quippe rationem. Nam ad cognoscendum se conditorem condidit quia dum conspicere ad eternitatem voluit ea procul dubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero dragmas habuit mulier quia novem sunt ordines angelorum. Sed ut impleretur electorum numerus homo decimus est creatus qui a conditore suo nec post culpam periit quia hunc eterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine teste reparavit. Novem vero ordines angelorum diximus quia videlicet testante sacro eloquio scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim atque seraphim. Esse namque angelos et archangelos pene omnes sacri eloquii pagine testantur. Cherubim vero atque et seraphim sepe ut notum est libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque nomina ordinum Paulus apostolus ad Ephesios scribens enumerat dicens: supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem. Rursum ad Colossenses scribens ait: sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates. Dominationes vero principatus ac potestates iam ad Ephesios loquens descripserat, sed ea quoque Colossensibus dicturus premisit thronos de quibus nec dum quicquam fuerat Ephesiis locutus. Dum illis quatuor que ad Ephesios dixit id est principatibus et potestatibus virtutibus atque dominationibus coniunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli archangeli cherubim atque seraphim adiuncta sunt, procul dubio novem esse inveniuntur ordines angelorum. Unde et ipsi angelo qui primus est conditus per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Ubi notandum quod non ad similitudinem dei factus sed signaculum similitudinis dicitur ut quo in eo subtilior est natura eo in illo ymago dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, topasius et iaspis, crisolitus, onix et berillus, saphirus, carbunculus et smaragdus. Ecce novem dixit nomina lapidum quia profecto novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et opertus extitit quia dum cunctis angelorum agminibus prelatus est ex

eorum comparatione clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstringimus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Greca etenim lingua angeli nuntii, archangeli vero summi nuntii vocantur. Et sciendum quod angelorum vocabulum nomen est officii non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus semper quidem sunt spiritus sed semper angeli vocari nequaquam possunt quia tunc solum sunt angeli cum per eos aliqua nuntiantur. Unde et per psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter dicat: Quia eos quos semper habet spiritus etiam cum voluerit angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant angeli, qui vero summa annuntiant archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam virginem non quilibet angelus sed Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur ut signetur per vocabula et in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia perficit idcirco propria nomina sortiuntur ne eorum persone sine nominibus sciri non possunt, sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt apud nos et nomina a ministeriis trahunt. Michael namque quis ut deus, Gabriel autem fortitudo dei, Raphael vero dicitur medicina dei. Et quotiens mire virtutis aliquid agitur Michael mitti perhibetur ut ex ipso actu et nomine detur intelligi quia nullus potest facere quod facere prevalet deus. Unde et ille antiquus hostis qui esse deo similis per superbiam concupivit dicens: In celum conscendam et super astra celi exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo; dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo merito perimendus cum michaele archangelo preliaturus esse perhibetur, sicut per Iohannem dicitur: Factum est prelium cum michaele archangelo, ut qui se ad dei similitudinem superbus extulerat per michaelem peremptus discat quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exsurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est, de quo per prophetam dicitur: Tollite portas

de angel.

principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? Dominus fortis et potens, dominus potens in prelio.
Et rursum: Dominus virtutum ipse est rex glorie. Per
dei ergo fortitudinem nunciandus erat qui virtutum
dominus et potens in prelio contra potestates aere=
as ad bella veniebat. Raphael quoque in=
terpretatur ut diximus medicina dei, quia videlicet dum
tobie oculos quasi per officium curationis tetigit ceci=
tatis eius tenebras tersit. Qui ergo dum
ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit ut
dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum
nomina interpretando perstrinximus, superest nunc ut
ipsa officiorum vocabula breviter expri=
mamus. Virtutes etenim sunt illi nimirum spiritus
per quos miracula et signa frequentius fiunt.
Potestates vocantur hi qui et hoc potentius in suo
ordine perceperunt, ut eorum ditioni vir=
tutes adverse subiecte sint, quorum potestate re=
frenantur ne corda hominum tantum temptare preva=
leant quantum volunt. Principatus vocantur
hi qui ipsis bonis quoque angelorum spiritibus
presunt, qui subiectis aliis dum que sunt
agenda disponunt, eis ad explenda divina
ministeria principantur. Dominationes autem vocantur que
et potestates principatuum dissimilitudine altitudinis
transcendunt. Nam principari est inter reliquos
priorem existere, dominari vero est subiectos quosque
possidere. Ea vero angelorum agmina que mira po=
tentia preeminent, pro eo quod eis cetera ad obedien=
dum subiecta sunt, dominationes vocantur. Thro=
ni quoque illa agmina sunt vocata quibus
ad exercendum iudicium semper omnipotens deus pre=
sidet. Quia enim thronos latino eloquio se=
des dicimus, throni dei dicti sunt hi qui tanta
divinitatis gratia replentur ut in eis dominus
sedeat et per eos sua iudicia decernat. Unde
et per psalmistam dicitur: Sedes super thronos qui iudicas
equitatem. Cherubim quoque plenitudo scientie
dicitur. Et sublimiora illa agmina ideo cheru=
bim vocata sunt quia tanto perfectiore scientia plena
sunt quanto claritatem dei vicinius contemplantur,
ut secundum modum creature ea sciant plene
omnia quo visioni conditoris sui per meritum
dignitatis appropinquant. Seraphim et illa
sanctorum spirituum agmina vocantur que ex sin=
gulari propinquitate conditoris sui incomparabili
amore ardent. Seraphim quoque ardentes

vel incendentes vocantur. Que quia ideo
coniuncta sunt ut inter hec et deum nulli alii
spiritus intersint, tanto magis ardent quanto
hunc vicinius vident. Quorum profecto
flamma amor est, quia quo subtilius clarita=
tem eius aspiciunt eo validius in eius
amore flammescunt. Sed quid prodest nos de
angelicis spiritibus ista perstringere si non stu=
deamus hec et ad nos profectus congrua
consideratione derivare? Quia enim superna
illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam
tantum credimus humanum genus ascendere
quantos illic contigit electos angelos rema=
nsisse, sicut scriptum est: Statuit terminos gentium   Deut. 32
secundum numerum angelorum dei, debemus et nos
aliquid ex illis distinctionibus supernorum civi=
um ad usum nostre conversationis trahere
nosque ipsos ad incrementa virtutum bo=
nis studiis inflammare. Quia enim tanta
illuc ascensura creditur multitudo hominum
quanta multitudo remansit angelorum, supe=
rest ut ipsi quoque homines qui ad celestem patriam
redeunt ex eis agminibus aliquid illuc reverten=
tes imitentur. Distincte namque conversationes
hominum singulorum agminum ordinibus congru=
unt, ut in eorum sorte per conversationis simi=
litudinem deputentur. Nam sunt plerique
qui parva capiunt, sed tamen hec eadem
parva pie annuntiare fratribus non desistunt.
Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt
nonnulli qui divine largitatis munere refecti
secretorum celestium summa et capere prevalent
et nuntiare. Quo ergo isti nisi inter angelorum   arch
numerum deputantur? Et sunt alii qui mira
faciunt signa et valenter operantur. Quo
ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et
numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui acceptis
virtutibus de obsessis corporibus malignos
spiritus fugant eosque virtute orationis et
vi accepte potestatis eiciunt. Quo nimirum
isti meritum suum nisi inter potestatum celestium
numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui accep=
tis virtutibus et electorum hominum merita tran=
scendunt, cunctisque et bonis meliores sunt,
electis quoque fratribus principantur. Quo
ergo isti sortem suam nisi inter principatuum
numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui

P°

sit in se ipsos in ipsos cunctis vitiis omnibus que desideriis dominantur ut ipso iure mundicie dii inter homines vocentur. Unde ad moysen dicitur Ecce constitui te deum pharaonis. Quid ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt quos ita cuncta subiecta sunt. Sunt nonnulli qui dum se ipsos vigilanti cura dominantur dum se sollicita intentione discutiunt divino timori semper inherentes hoc in munere virtutis accipiunt quod iudicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio presto est in his velud in throno suo dominus presidens aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt vel quo in numero supernarum sedium ascribuntur per quos dum sancta ecclesia regitur plerumque de suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt ut cherubim iure nominentur. Quia enim ut prefati sumus cherubim plenitudo scientie dicitur et paulo dicente didicimus plenitudo legis est caritas, omnes qui dei et proximi caritate ceteris amplius pleni sunt meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi in conditoris sui solo desiderio anhelant nichil iam in hoc mundo cupiunt solo eternitatis amore pascuntur terrena quoque abiciunt cuncta temporalia mente transcendunt amant et ardent atque in ipso ardore requiescunt amando ardent loquendo et alios accendunt et quos verbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim quorum cor in ignem conversum lucet et urit quia et mentis oculos ad superna illuminat et compunctionis fletibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt quo nisi inter seraphim numerum sorte sue vocationis acceperunt. Sed hec fratres karissimi me loquente introrsus vos ad vosmetipsos reducite secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vobiscum agitis videte si in numero horum agminum que breviter tangendo perstrinximus sortem vestre vocationis invenistis. Ve autem anime que in se de his bonis que enumeravimus minime aliquid recognoscit.

Eique adhuc deterius ve imminet si et privatam se donis intelligit et nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est fratres mei gemendus est valde quia non gemit. Pensemus ergo accepti dona muneris et vivere qui possumus ad amorem tante sortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam minime recognoscit gemat. Qui vero in se minora recognoscit maiora aliis non invideat quia et superne ille distinctiones beatorum spirituum ita sunt condite ut alie aliis sint prelate. Fertur vero dyonisius ariopagita antiquus videlicet et venerabilis pater dicere quod ex minoribus angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur. Nam superiora illa agmina ab intimis nequaquam recedunt quia ea que preeminent usum exterioris ministerii nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod ysaias dicit: Volavit ad me unus de seraphim et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari et tetigit os meum. Sed in hac prophete sententia vult intelligi quia hi spiritus qui mittuntur eorum vocabulum percipiunt quorum officia gerunt. Nam angelus qui carbonem ab altari ut peccata locutionis incenderet de altari angelus carbone portat seraphim vocatur. Quod mirandum dicitur. Hunc autem sensum et illud credo non inconvenienter explicari quod per danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei et decies centena milia assistebant ei. Aliud namque est ministrare aliud assistere quia ministrant deo qui et ad nos nunciando exeunt. Assistunt vero qui sic contemplatione intima perfruuntur ut ad explenda foras opera minime mittantur. Sed quia in scripturis sacris quedam per cherubim quedam vero per seraphim agi dicimus utrum ad se hec faciant an per subiecta agmina agant quod sit dictum in eo quod a maioribus veniunt maiora vocabula sortiuntur nos affirmare nolumus quod aperto testimonio non probamus. Hoc tamen certissime scimus quia ad explendum de supernis ministerium alii spiritus alios mittunt zacharia testante qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur et alius angelus egrediebatur in occursum eius et dixit ad eum: Curre loquere ad puerum istum dicens absque muro habitabitur iherusalem. Dum enim angelus ad angelum

dicit audire et loqui dubium non est quod alios
alium mittunt. Minora vero sunt que admittuntur,
maiora que mittunt. Sed hoc quoque de ipsis
agminibus que mittuntur certum tenemus quod et cum
ad nos veniunt sic exterius implent ministerium
ut tamen nunquam desint interius per contemplacionem.
Et mittuntur igitur et assistunt, quia et si circum-
scriptus est angelicus spiritus summus tamen spiritus
ipse qui deus est circumscriptus non est. Angeli
itaque et missi ante ipsum sunt quia quolibet missi ve-
niant intra ipsum currunt. Sciendum quo-
que est quod plerumque ipsi beatorum spirituum ordines
vicinorum sunt ordinum vocabulis signati. Thro-
nos etenim, id est sedes dei, specialiter beatorum
spirituum ordinem diximus, et tamen per psalmistam dicitur:
Qui sedes super cherubin, appare. Quia videlicet in ipsis
distinctionibus agminum cherubin thronis
iuncti sunt, et super cherubin deus sedere
in agminis equalitate perhibetur. Sic quippe
in illa summa civitate specialia quedam
singulorum sunt ut tamen sint communia omnium,
et quod in se quisque ex parte habet, hoc in alio ordine
totum possidet. Sed idcirco uno eodem quo vocabulo
communiter non censentur, ut ille ordo vocari
proprio uniuscuiusque rei nomine debeat, qui
hanc in munere plenius accepit. Seraphim
namque incendium diximus, et tamen in amore con-
ditoris sui simul omnes ardent. Cherubin ple-
nitudo sciencie, et tamen quis ibi aliquid nescit, ubi
ipsum omnes simul fontem sciencie deum vident? Thro-
ni quoque illa agmina quibus conditor presidet
vocantur. Sed beatus esse quis potest, nisi creator suus
eius menti presideat? Hec ergo que ex parte ab omnibus
habentur, eis in proprio nomine data sunt qui hec in munere
plenius acceperunt. Nam et si qua illic sunt que
alii habent ut haberi ab aliis nequaquam possit,
sicut speciali nomine dominaciones et principatus vo-
cantur, cuncta ibi singulorum sunt quia ibi per carita-
tem spiritus ab alio in aliis habentur. Sed ecce dum
celestium civium secreta rimamur, ab expositio-
nis nostre ordine longe digressi sumus. Sus-
piremus ergo ad eos de quibus loquimur, sed redeamus
ad nos. Meminisse etenim debemus quia caro
sumus. Taceamus interim de secretis celi, sed ante
conditoris nostri oculos manu penitencie tergamus
maculas pulveris nostri. Ecce ipsa divina misericordia po-
llicetur dicens: Gaudium erit in celo super uno
peccatore penitenciam agente, et tamen per prophetam dominus dicit:

In quacumque die iustus peccaverit omnes Ez. 18
iusticie eius in oblivione erunt. Ecce a me
pensemus si possumus dispensacionis superne
pietatis. Stantibus si ceciderint minatur
penam, lapsis vero ut surgere valeant promittit
misericordiam. Illos terret ne presumant in bonis,
istos refovet ne desperent in malis. Iustus
es, iram pertimesce ne corruas; peccator es, pre-
sume de misericordia ut surgas. Ecce iam lapsi sumus,
stare nequaquam valuimus, in pravis desideriis
iacemus. Sed qui nos rectos condidit adhuc
exspectat et provocat ut surgamus. Sinum
sue pietatis aperit, nosque ad se recipere
per penitenciam querit. Sed penitenciam digne agere
non possumus nisi modum quoque eiusdem
penitencie cognoscamus. Penitenciam quippe agere
est et perpetrata mala plangere et plangenda
non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat ut
tamen alia committat, adhuc penitenciam agere
aut ignorat aut dissimulat. Quid enim
prodest si peccata luxurie quis defleat, et tamen
adhuc avaricie estibus anhelat? Aut
quid prodest si ire culpas iam lugeat, et tamen ad-
huc invidie facibus tabescat? Sed nimis est
valde quod dicimus, ut qui peccata deplorat
deploranda minime committat, et qui plangit
vitium perpetrare vitia timeat. Nam cogi-
tandum summopere est ut qui se illicita me-
minit commisisse, a quibusdam licitis stude-
at abstinere, quatenus per hec conditori suo sa-
tisfaciat, ut qui commisit prohibita contemnere
ipse a se debeat et concessa, et se reprehen-
dat in minimis que se meminit in maximis
deliquisse. Minima sunt que loquor, si hec
expleri eloquii testimoniis non assumo. Ecce
certe veteris testamenti alienam uxorem
concupisci prohibetur, a rege vero ferire in bello
militibus vel deserti acies non penaliter
necatur. Et tamen novimus quod David cum alienam conie-
ctionem concupiscens aliena coniuge concu-
pivit et abstulit, dignus culpa digna verbera
sunt secuta, et malum quod perpetravit per peni-
tenciam correxit. Qui tamen longe post, cum
hostium cuneos sederet, aquam bibere
debet Bethlemitica cisterna concupiscens
voluit. Cuius electi milites inter catervas
adversancium medias erumpentes aquam quam
rex desideraverat illesi detulerunt. Sed
vir flagellis eruditus semetipsum in
periculo aquam desiderasse reprehendit. Cuius

P8

fundes duo liberaverunt sicut illic scriptum est
liberavit eadem. Insatiatum quippe dominus est
sicut aqua consita est quia culpa accipere mac-
tavit per primam reprehensionis sue. Nam quia
quondam concupiscere aliena uxore nequaquam
timuit post et quod aliquid compisset expavit.
Nam enim se illicita perpetrasse meminerat
tot semper in rigidis et aliatis ab se
nebat. Sic agimus per primam ut ea que commi-
simus perfecte deploremus pensemus supernas
divitias conditoris nostri. Peccare nos videt
et permittit qui nos ante culpam prohibuit et post
culpam expectare ad veniam non desistit.
Ecce ipse nos quem despeximus vocat. A
ipso ab illo sumus et tamen non audit. Unde bene per
ysaiam dicitur: Erunt oculi tui videntes precepto-
rem tuum et aures tue audient vocem post
tergum monentis. Quasi in faciem homo est monitus
qui ad iusticiam conditus precepta rectitudinis
accepit. Sed cum hec ille precepta contempsit
quasi conditori suo dorsum mentis in faciem de-
dit. Nos adhuc vocare non cessat. Cum dorsum
in faciem dedimus tamen verba despeximus tamen
precepta calcavimus. Sed stamus post tergum
nos adhuc revocat quia et videt quod despicit
et tamen precepta clamavit per patientiam ex-
pectavit. Pensate ergo fratres karissimi si cuilibet
vestrum loquenti famulus suus subito sup-
biret et terga in faciem mitteret unquam non
contemptus dominus superbia eius feriret. Volnera
districte animadversionis infligeret. Ecce
nos peccando auctori nostro terga in faciem
dedimus et tamen sustinet superbe aversos benigne
revocat et qui ferire nos aversantes po-
tuit ut revertamur munera promittit. Ta-
ta ergo conditoris nostri una duritia nostri re-
atus emolliat et hoc qui malum quod fecit
expiari perpessus potuit saltem expectatus



erubescat. Rem brevem refero quam viro
venerabili Maximiano tunc patre monasterii
mei nunc autem Syracusano episcopo narrante
cognovi. Sit itaque si solempniter audi-
tis caritati vestre non breviter suffragatri
credo. Nostris namque temporibus Victorinus quidam
exstitit qui alio quoque nomine Emilianus
appellatus est non inopis substantie in
mediocritate vite. Sed quia plerumque regnat

in rerum opulentia carnis culpa, in quoddam
facinore lapsus est quod debuisset valde pertimescere.
At de fine mortis immanitate cogitans reatus
sui consideratione compunctus erexit se contra se
mundi huius omnia relinquit monasterium petiit.
In quo nimirum monasterio tante humilitatis
tanteque districtionis exstitit ut cuncti fratres qui
illic ad amore divinitatis convenerant sua
cogerentur vitam despicere dum illum primam vi-
deret. Studuit namque toto mentis annisu cru-
cifige carnem voluptates propias frangere furtivas
orationes querere cottidianis se lacrimis lavare de-
spectum sui appetere oblata a fratribus veneratione
metuere. Itaque nocturnas fratrum vigilias preve-
nire consueverat et quia mons in quo monasterium
situm est ex uno latere in secretiori parte promine-
bat illuc consuetudinem fecerat ante vigilias
egredi ut se cottidie in fletu penitentie quanto
secretius tanto liberius mactaret. Con-
templabatur namque districtionem venturi iudicis
sui et eidem iudici concordans puniebat lacri-
mis reatum sui facinoris. Quadam vero nocte
abbas monasterii vigilans hunc latenter egre-
dientem intuitus lento pede foras secutus est.
Cumque in secretiori montis latere cerneret in
oratione prostratum expectare voluit quando surgeret
ut ipsam quoque longanimitatem orationis eius
exploraret. Tunc subito lux celitus emissa
super eum fusa est qui in oratione prostratus iacebat
tantaque se illo in loco claritas sparsit ut tota
pars illius regionis ex eadem luce claresceret.
Quam abbas ut vidit intremuit et fugit.
Cumque post longum hore spatium iste frater ad mona-
sterium rediisset abbas eius ut discerneret an super
se effusionem tanti luminis agnovisset requi-
rens studuit dicens ubi fuisti. At ille latere se cre-
dens in monasterio se esse respondit. Quo negante
abbas compulsus est dicere quod vidisset. At ille videns
se esse deprehensum hoc quoque quod abbatem latuit ape-
ruit dicens: Quando lucem super me vidisti de celo de-
scendit vox pariter et venit: Dimissum est
peccatum tuum. Et quidem omnipotens Deus peccatum eius
potuit tacendo relaxare sed loquendo per vocem
radiando per lumen exemplo sue nobis misericordie voluit
ad penitentiam corda contriti. Pensate fratres karissimi ex
persecutore sancti de celo prosunt de celo

alloquitur. Ecce nostris quoque nostris temporibus peccator et penitentes vocem de celestibus audiunt. Illic dictum est: Quid me persequeris? Iste meruit audire: Dimissum est peccatum tuum. Longe enim inferior meritis peccator penitens iste quam Paulus, sed quia adhuc hic in re de Paulo loquimur incredulitatis nece anhelante(?) audivit dicere, quia Paulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas prostraverat divina pietas erigebat, illum quia superbia erexerat divina severitas humiliabat. Habete ergo fiduciam fratres mei de misericordia conditoris nostri. Recogitate que fecimus, pensate largitatem superne pietatis. Accipite et admissa in iudice dominum adhuc expectat(?) ... veniente. Considerantes igitur quam gravis sit peccatum vestrum, nolite negligere; considerantes vero quam pronus sit, nolite desperare. Prebet apud dominum hominem fiduciam. Deus homo est nobis spes magna penitentibus, quia advocatus noster factus est iudex noster, qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus. c/ Ome xxv

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri; oportet primum hec fieri, sed non statim finis. Et reliqua. Ome b. gg. ppe

Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia quo sunt prescita. Minus enim iacula feriunt que previdentur, et nos tollerabilius mala mundi suscipimus si contra hec per prescientie clipeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri; oportet primum hec fieri, sed non statim finis. Pensanda sunt verba redemptoris nostri, per que nos intus aliud extus passuros denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet intus extusque perturbari, aliud nos fatetur ab hostibus aliud a fratribus perpeti. Sed istis malis prevenientibus quia non statim finis sequatur adiungit: Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum, et terre motus magni erunt per loca, pestilentie et fames, terroresque de celo et tempestates. Atque post subdit: Et erunt signa magna. Ultima tribulatio multis tribulationibus prevenitur, et per crebra mala que preveniunt indicantur mala perpetua que subsequentur. Et ideo post bella et seditiones non statim finis, quia multa mala debent preire ut malum valeant sine fine nuntiare. Sed cum tot signa perturbationis dicta sunt, oportet ut eorum considerationem breviter perstringamus, quia necesse est ut alia e celo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominum. Erunt terre motus magni per loca, ecce respectus ire desuper. Erunt pestilentie, ecce inequalitas corporum. Erunt fames, ecce sterilitas terre. Terroresque de celo et tempestates, ecce inequalitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur, et qui in cunctis deliquimus in cunctis ferimur, ut impleatur quod dictum est: Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia namque que ad usum vite accepimus ad usum convertimus culpe; sed cuncta que ad usum pietatis inflexionis ad usum nobis vertuntur ultionis. Tranquillitate quippe humane pacis ad usum vertimus vane securitatis peregrinationem terre pro habitatione dileximus patrie, salutem corporum vertimus in usum viciorum, ubertatem habundantie non ad necessitatem carnis sed ad perversitatem intersimus(?) voluptatis. Ipsa serena blandimenta aeris ad amorem nobis servire coegimus terrene delectationis. Iure ergo restat ut simul nos omnia feriant que simul nos omnia vitiis nostris mala subiecta prebebant, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta. Notandum vero quod dicitur: Terrores de celo et tempestates. In tempestates hyemales venire ex ordine temporum solent, tunc hoc loco tempestates venire in predicatione signo predicuntur(?), nisi quod tales tempestates denovo venire denuntiat que nequaquam ordinem temporum servant. Que enim ordinate veniunt signa non sunt, sed tempestates in signo sunt que ipsa quoque tempora statuta confundunt. Et nos nos quoque iam experti sumus, quia estivum tempus omne conversum in plurimis hyemalibus videmus. Cum autem cuncta hec non dementia(?) ferentur sunt, sed de mundi merito patientes(?) priores homini permittuntur, tunc vero(?) Sed ante hec omnia iniicient manus suas nobis inimici et persequentur et tradent vos in synagogis ducentes ad

reges et presides propter nomen meum. Ac si
aperte dicat: Prius corda hominum et post elemen-
ta turbabuntur, ut cum rerum ordo confunditur
ex qua retribucione veniat demonstretur.
Nam cum mens finis mundi ex ipso suo ordine
pendeat, persecutores in quosque innocentes
qui digne puniuntur illis opprimat innote-
scit. Nam subditur: Ducentes ad reges et pre-
sides propter nomen meum, continget autem vobis
in testimonium. In testimonium videlicet eorum vel
eorum qui aut vivendo non imitantur, per-
sequendo mortem inferunt aut videndo
non imitantur. Mors quippe iustorum bonis
in adiutorium est, malis autem in testimonium,
ut inde perversi sine excusacione pereant unde
electi exemplum capiunt salutis ut vivant. Sed
auditis tot terroribus turbari poterant
infirmorum corda, atque ideo consolacio adiungi-
tur. Protinus subinfertur: Ponite ergo in cordi-
bus vestris non premeditari quemadmodum res-
pondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapien-
tiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adver-
sarii vestri. Ac si aperte membris suis infirman-
tibus dicat: Nolite terreri, nolite pertime-
scere. Vos ad certamen acceditis, sed ego pro-
elior; vos verba editis, sed ego sum qui loquor.
Sequitur: Trademini autem a parentibus et fratribus
et cognatis et amicis, et morte afficient
ex vobis. Minore dolore mala ingerunt que
ab extraneis inferuntur. Plus vero in nobis
ea tormenta seviunt que ab illis patimur
de quorum mentibus presumebamus, quia cum
dampna corporis mala nos cruciant amisse
caritatis. Hinc est enim quod de Iuda traditore
suo per prophetam Dominus dicit: Et quidem si inimi-
cus meus maledixisset mihi, sustinuissem
utique. Et si his qui oderat me super me
magna locutus fuisset, abscondissem me
utique ab eo. Tu vero homo unanimis, dux
meus et notus meus, qui simul mecum
dulces capiebas cibos; in domo Dei am-
bulavimus cum consensu. Et rursum: Homo
pacis mee in quo speravi, qui edebat panes meos, ampliavit
super me supplantationem. Ac si aperte de tra-
ditore suo Dominus dicat: Transgressionem
eius tanto gravius pertuli quanto hanc ab
eo quem meum esse videbar sensi. Omnes ergo
electi, quia summi capitis membra sunt, caput quoque
suum in passionibus sequuntur, ut ipsos adversarios
in sua morte senciant de quorum vita presume-
bant, et tanto eis crescat meritum operis quanto
eis virtutis lucrum proficit ex alieno dampno
caritatis. Sed quia dura sunt que predicuntur de afflic-
tione mortis, protinus consolacio de gaudio
resurrectionis cum dicitur: Capillus de capite vestro non
peribit. Scimus fratres quia caro incisa dolet, ca-
pillus incisus non dolet. Ait ergo martiribus suis:
Capillus de capite vestro non peribit. Videlicet aperte dicens:
Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando
et illud in vobis perire nequeat quod incisum non dolet?
Sequitur: In paciencia vestra possidebitis animas
vestras. Ideo possessio anime in virtute paciencie po-
nitur, quia radix omnium custosque virtutum paciencia
est. Per pacienciam vero possidemus animas nostras,
quia dum nobismetipsis dominari incipimus, hoc
ipsum possidere incipimus quod sumus. Paciencia vero est
aliena mala equanimiter perpeti, contra eum
quoque qui mala irrogat nullo dolore mor-
deri. Nam qui sic proximi mala portat ut tamen
tacitus doleat et tempus digne retribucionis
querat, pacienciam non exhibet sed ostendit. Scriptum
quippe est: Caritas paciens est, benigna est. Pa-
ciens namque est ut aliena mala toleret, be-
nigna est ut et ipsos quos portat amet. Hinc
namque per semetipsam veritas dicit: Diligite inimi-
cos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate
pro persequentibus et calumpniantibus vos. Virtus
namque est coram hominibus adversarios tolerare,
sed virtus coram Deo diligere, quia hoc solum Deus sa-
crificium accipit quod ante oculos eius in altari boni
operis flamma caritatis incendit. Sciendum
vero est quod plerumque nos pacientes esse videmur quia
mala retribuere non possumus. Sed qui ideo
mala non retribuit quia nequaquam valet, procul du-
bio ut prediximus paciens non est, quia paciencia non est
in ostensione sed in corde. Per paciencie autem ipsa vir-
tutum nutrix doctrina dispensatur. Scriptum
quippe est: Doctrina viri per pacienciam noscitur.
Tanto ergo minus quisque ostenditur doctus quanto
convincitur minus paciens. Neque enim valet
veraciter bona docendo impendere si vivendo
nescit equanimiter aliena mala tollerare.
Quanto enim culmine virtus paciencie polleat.

Rursum Salomon indicat dicens Patiens melior est viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Minor vero victoria est urbem expugnare quia extra sunt que vincuntur. Maius autem est quod per patientiam vincitur quia ipse animus se superat et semetipsum sibimet ipsi subicit quando eum patientia in humilitate tolerantie sternit. Sciendum vero est quod plerumque evenire patientibus solet ut eo quidem tempore quo adversa patiuntur vel contumelias audiunt nullo dolore pulsentur et sic patientiam exhibeant ut custodire et cordis innocentiam timeant. Sed cum post paululum hec ipsa que pertulerint ad memoriam revocant igne vehementissimi doloris inflammantur argumenta ultionis inquirunt et mansuetudinem quam tolerantes habuerunt retractione sua semetipsos iniquitates pervertunt. Callidus namque est adversarius belli contra duos movet unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat alterum vero provocans ut contumelias lesus reddat. Sed quia cum ille victor extiterit quo ad perferendas contumelias commovit is illum acrius dolet quem ad reddendas iniurias commovere non potuit. Unde fit ut eo se virtute totum erigat quo contumelias fortiter pertulisse consideret. Et tunc apto tempore mentem recedens in secreta cogitatione deceptionis tempus inquirit. Et quem in publico bello perdidit ad exhibendas occultas insidias exardescit. Quietis namque vel tempore ad victorem animum redit et vel damna rerum vel iniurie iaculationem ad memoriam reducit cuncta que sibi illata sunt vehementer exaggerans fuisse intolerabilia ostendit et inquietantem animum tanto furore conturbat ut plerumque vir patiens illa se communiter tolerasse et post victoriam captivus erubescat seque non reddidisse contumelias doleat et deteriora rependere si occasio prebeatur querat. Cui ergo hii sunt similes nisi hiis qui per fortitudinem in campo victores sunt sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur. Cui ergo isti sunt similes nisi hiis quos irruens gravis languor a vita non subtrahit sed leniter veniens reiterata febris occidit. Ille ergo veraciter patientiam servat qui ad tempus aliena mala sine dolore tollerat et hec tamen retentans pertulisse se talia :-

Constat nec bonum patientie quietis tempore perdit qui in perturbationibus custodit. Sed quia natalem martyrum hodierna die colimus fratres mei nequaquam nos virtutem patientie estimare debemus. Si enim adiuvante nos Domino virtutem patientie servare contendimus et in pace ecclesie viventes et in palmam martyrii tenemus. Duo quippe sunt martyrii genera unum in publico aliud in mente simul et actione. Itaque et martyres possumus esse si nullo ferro percutimur. Mori quippe a persequente martyrium in aperto est opere ferre vero contumelias odientem diligere martyrium est in occulta meditatione. Nam quia duo sunt martyrii genera unum in occulto opere aliud in publico testatur veritas que Zebedei filios requirit dicens Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Cui cum protinus responderent Possumus illico Dominus indicit dicens Calicem quidem meum bibetis. Quid enim per calicem nisi dolorem passionis accipimus. De quo et alias dicit Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Et Zebedei filii id est Iacobus et Iohannes non utique per martyrium occubuerunt et tamen quia calicem biberent audivit. Iohannes namque nequaquam per martyrium vitam finivit sed tamen martyr extitit quia passionem quam non suscepit in corpore servavit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse martyres possumus si patientiam veraciter in animo custodimus. Non ab re arbitror fratres karissimi si vobis unum quem servare patientiam ad edificationem loquor. Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine presbiter monasterii iuxta Reatine urbis menia constitutus vir valde sanctus patientie virtute singularis et superpositus multi qui illum noverunt et eius vitam vel obitum narrant. Erat autem hic lingua rustica sed docta vita. Hic pro amore superne patrie cuncta despexerat possidere aliquid in hoc mundo fugiebat tumultus devitabat. Horum crebrius atque prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus patientie in eo tantum vehementer creverat ut eum amicum sibi crederet qui sibi iniurie aliquid irrogasset. Reddebat gratias contumeliis si quid in ipsa sua inopia ei raptum fuisset q7

illatum hoc maximum lucrum putabat omnes suos adversarios in aliquo quasi adiutores existimabat. Hunc tamen dies mortis eius egredi de corpore urgeret convenerunt multi ut tam sancte anime de hoc mundo recedenti suas mentes commendarent. Cumque circa lectum illius hii qui convenerant assisterent, omnes alii corporis oculis ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullomodo potuerunt. Alii omnino nil viderunt, sed omnes qui aderant ita vehementissimus timor perculit ut nullus egrediente illa sancta anima illic stare potuisset. Et qui hos viderunt et hii qui omnino nil viderant uno omnes timore perculsi fugerunt, nullusque illic assistere illo moriente potuit. Pensate ergo fratres qualiter tunc deus terreat quando districtus iudex venturus est, si sic assistentes terruit qui gratis remuneraturus venit. Aut qualiter timeri valet cum videri potuit, si sic metus pertransiens stravit qui videri non potuit. Ecce fratres karissimi sancta illa et incussa patientia pater ad quantum hunc retributionis culmine erexit, qui hunc suus creditor mitis reddit, de quo nobis tanta gloria in die eius exitus et foris innotuit. Similibus hunc evectus in suis viribus sanctam quem ac testibus corporis quoque oculis a bonis spiritibus constat esse susceptum. Nullo hic gladio percussus occubuit et tamen coronam patientie quam in mente habuit in egressione percepit. Probamus cotidie verum esse quod ante nos dictum est quia sancta ecclesia electorum floribus plena habet in pace lilia, in bello rosas. Attendendum praeterea est quod tribus modis virtus patientie solet exerceri. Alia namque sunt que a deo, alia que ab antiquo hoste, alia que a proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, dampna et contumelias, ab antiquo autem adversario temptamenta, a deo autem flagella tolleramus. In omnibus tribus hiis modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne aut mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, nec a temptamenta adversarii seducatur ad delectationem vel consensum iniquitatis, ne contra flagella opificis ad excessum prorumpat murmurationis. Perfecte enim adversarius vincitur quando mens nostra et inter temptamenta eius a delectatione atque consensu, et inter contumelias proximi custoditur ab odio, et inter flagella dei a pressura murmurationis. Neque agentes hec retribui nobis putamus bona requiramus. Nam pro labore patientie bona speranda sunt. Videlicet ut tunc premium nostri laboris incipiat quando omnis labor funditus cessat. Unde et per prophetam dicitur: Non in finem erit oblivio pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Tunc enim patientia pauperum cernitur cum nichil pro illa in hac vita humilibus recompensatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit, quia tunc eius gloria percipitur cum simul omnia laboriosa terminantur. Servate ergo fratres in mente patientiam, atque in rebus exercete in operatione. Nullum verbum ad odium proximi contumeliosa verba commoveat, nulla perituras rerum dampna perturbent. Si enim sensu mente magna dampna pertimescitis, dampna rerum transeuntium gravia non putabitis; si eterne retributionis gloriam aspicitis, de temporali iniuria non doletis. Tollerate ergo adversarios vestros, sed ut fratres diligite quos tolleratis. Eterna premia pro dampnis temporalibus querite, ut quamquam vestrum fuisse viribus hanc implere posse confidat, sed obtinete precibus ut ipse hanc qui imperat prestet, et scimus quia petentes libenter audiet qui hoc petere largiri cum iubet in animo pulsat, in operatione opitulatur, in temptatione protegit. ¶ s. luce

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia iam parata sunt omnia. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape. omelia 36 d. 55 xvi

Hoc distare fratres karissimi inter delicias corporis et cordis solet quod corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt, cum vero avide eduntur comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spiritales delicie cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, tantoque a comedente amplius esuriuntur quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet; in istis appetitus vilis est, et experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spiritales delicie desiderium in mente dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et idcirco non

hic te amari non potest quia eius sapor ignora-
tur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Propterea
nos psalmista ammonens dicens: Gustate et videte quoniam
suavis est dominus, ac si aperte dicat: Suavitatem eius
non cognoscitis si hanc minime gustatis. Sed ci-
bum vite ex palato cordis tangite ut pro-
bantes eius dulcedinem amare valeatis.
Has autem homo delicias tunc amisit cum in
paradyso peccavit. Extra exiit cum os a cibo
eterne dulcedinis clausit. Unde nos quoque na-
ti in huius peregrinationis erumpna qui huc fasti-
diosi venimus nescimus quid desiderare de-
beamus, tantoque se amplius fastidii nostri
morbus exaggerat quanto magis ab esu
illius dulcedinis animus elongatur. Et eo iam inter-
nas delicias non appetit quo eas comedere
diu longe quod desuevit. Fastidio ergo nostro ta-
bescimus et longa inedie peste fatigamur.
Et quia gustare intus nolumus paratam dulce-
dinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed
superna nos pietas nec deserentes se deserit.
Contemptas enim illas ad memoriam nostre delicias
revocat, eas quoque nobis proponit. Per promissionem
torporem excutit atque ut fastidium nostrum re-
pellere debeamus invitat. Nam homo quidam
fecit cenam magnam et vocavit multos. Quis est
iste homo nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo
est et quis cognoscet eum? Qui fecit cenam magnam quia
satietatem nobis dulcedinis interne paravit. Qui
vocavit multos sed pauci veniunt quia nonnumquam ipsi
qui ei per fidem subiecti sunt eterno eius convi-
vio male vivendo contradicunt. Misit autem servum
suum hora cene dicere invitatis ut venirent.
Quid hora cene nisi finis est mundi? In quo
nimirum nos sumus sicut Paulus dicit:
Nos in quos fines seculorum devenerunt. Si ergo ho-
ra iam cene est cum vocamur, tanto minus debe-
mus excusare a convivio dei quanto iam appropin-
quasse terminum finem seculi cernimus. Quo nos impe-
samus quia nihil est quod restat, eo debemus per-
timescere ne tempus gratie quod prestitum est pereat. Id-
circo autem hoc convivium dei non prandium sed cena
nominatur, quia post prandium cena restat, post
cenam vero nullum convivium restat. Et quia eternum
dei convivium nobis in extremo preparabitur, rectum fuit
ut hoc non prandium sed cena vocaretur. Sed quid per hunc

servum qui a patrefamilias ad invitandum mitti-
tur nisi predicatorum ordo signatur? De quorum videlicet ordine
quamvis adhuc indigni existimus, quamvis pecca-
torum nostrorum ponderibus pregravamur, et nos tamen
in istis diebus sumus, et cum de edificatione vestra
vobis aliquid loquor, hoc est quod ago. Servus enim
sum summi patrisfamilias. Cum vos ammoneo
ad contemptum seculi, invitare venio ad cenam
dei. Nemo me propter me in hoc loco despiciat,
et si ad invitandum dignus nequaquam appareo, sed
tamen magne sunt delicie quas promitto. Sepe
fratres mei solet evenire quod dico, ut persona
potens familiarem habeat despectum, cumque per eum
suis forte vel extraneis aliquid renuntiari man-
dat, non despicitur persona loquentis servi quia
servatur in corde reverentia mittentis domini.
Mittentis enim pensant qui audiunt per quem, sed
quid vel a quo audiant. Ita ergo fratres vos
agite, et si nos forsitan digne despicitis,
in mente tamen vestra vocantis domini reverentiam ser-
vate. Convive fieri summi patrisfamilias
libenter obedite. Corda vestra discutite atque
ab eis mortale fastidium pellite. Ad pellendum
namque fastidium nostrum iam parata sunt omnia.
Sed si adhuc carnales estis fortasse epulas car-
nales estis fortasse epulas carnales ignoratis.
Ecce ipse carnales epule in spiritale vobis alimen-
tum converse sunt. Ad abstergendum namque mentis
vestre fastidium in cena dei ille nobis singularis
agnus occisus est. Sed quid agimus quod hoc quod subin-
gitur adhuc fieri a multis videmus: Et ce-
perunt simul omnes excusare. Offert deus
quod rogari debuit; non rogatus dari vult quod
vix sperari poterat ut dignaretur largiri. Po-
stulatus et tamen contempnitur. Paratas deli-
cias refectionis eterne denuntiat, et tamen simul omnes
excusant. Ponamus ante oculos mentis mi-
nima ut possimus digne pensare maio-
ra. Si quispiam potens ad invitandum que-
libet pauperem mitteret, quid ergo rogo fratres
quid pauper ille fecisset nisi de eadem sua invi-
tatione gauderet, vocem humilem redderet, ve-
stem mutaret, ne quotius festinaret ne
prior se ad potentis convivium alter occurreret.
Hoc ergo dives invitat et pauper occurrere festinat

ad dei inuitationem conuenimus et excusamus. Sed ecce
exprimatur hec inter possumus quod sunt cordi-
bus uestris incidat. Occulte enim fortasse uestris cogita-
tionibus dicunt: Excusare nolumus. Ad id enim
superne refectionis conuiuium et uocari et peruenire
gratulamur. Loquentes uobis talia mentes
uestre uerum dicunt, si non plus terrena quam
celestia diligunt, si non amplius rebus
corporalibus quam spiritualibus occupantur. Un-
de quoque ipsa excusantium causa subiungitur,
cum protinus subinfertur: Primus dixit: Villam
emi et necesse habeo exire et videre illam. Rogo te,
habe me excusatum. Quid per villam nisi terrena
substantia designatur? Exiit ergo videre villam qui
sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter
dixit: Iuga boum emi quinque et eo probare
illa. Rogo te, habe me excusatum. Quid in
quinque iugis boum nisi quinque sensus corporis
accipimus? Qui recte quoque iuga boum vo-
cati sunt, quia in utroque sexu geminantur. Qui
videlicet corporales sensus quia interna comprehen-
dere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt
et deserentes intima que extra sunt tangunt,
recte per eos curiositas designatur,
que dum alienam querit vitam discutere, semper
sua intima nescius perdit, exteriora
cogitare. Grave namque curiositatis est vici-
um, que dum cuiuslibet mentem ad investigandam
vitam proximi exterius ducit, semper ei sua
intima abscondit, ut aliena sciens se
nesciat; et curiosi animus quanto peritus fuerit
alieni meriti, tanto fiat ignarus sui. Propter-
hoc namque et de his verbis idem quinque iugis
boum dicitur: Eo probare illa. Rogo te, habe me
excusatum. Ipsa enim excusantis verba ab hu-
militatis significatione non discrepat. Cum dicit
comprobare, quia videlicet aliquando probatio vel
ad curiositatem pertinet. Sed notandum quod et is qui
per villam et is qui propter iuga boum se ad ce-
nam sui invitatoris excusat, humilitatis verba
premisit dicens: Rogo te, habe me excu-
satum. Dum enim dicit rogo te et tamen venire
contempnit, humilitas sonat in voce, superbia
in actione. Et ecce hec dum dicimus, pravus
quisque cum audit nec tamen ea que dum
dicit agere despicit. Nam cum cuilibet
perverse agenti dicimus: converte, deum sequere,
mundum relinque, ubi nunc ad divinam

cenam vocamus. Sed cum respondit: Ora pro me, quia peccator
sum, hoc facere non possum, quid aliud agit nisi rogat et
excusat? Dicens namque peccator sum, humilitatem
insinuat; subiungens autem contra non possum,
superbiam demonstrat. Rogando ergo excusat, quia
et humilitatem prendit in voce et superbiam exercet
in actione. Alius ait: Dixit: Uxorem duxi et
ideo non possum venire. Quid per uxorem nisi vo-
luptas carnis accipitur? Nam quamvis bonum
sit coniugium atque ad propagandam sobolem
providentia divina sit constitutum, nonnulli tamen non
per hoc fecunditatem prolis, sed desideria expetunt vo-
luptatis; et ideo per rem iustam significari potest non
incongrue res iniusta. Ad cenam nos ergo cum
vigil summus paterfamilias invitat, sed dum alius
avaritie, alius curiositati, voluptati carnis
est deditus, nimirum reprobi simul omnes excusant,
quia dum hunc terrena cura occupat, illum alie-
ni actus sollicita cogitatio devastat, alterius
mentem voluptas carnis inquinat, fastidiosus nimirum
quisque ad eterne vite epulas non festinat. Se-
quitur: Reversus servus nuntiavit hec domino suo.
Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi
cito in plateas et vicos civitatis et pauperes
ac debiles, cecos et claudos introduc huc.
Ecce qui terrene substantie plus iusto incubabat, ve-
nire ad divinam cenam recusat; qui labori
curiositatis insudat, pertinentem vite alimentum fa-
stidit; qui carnalibus desideriis inservit, cenam
ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur.
Cur hoc? Nisi quia iuxta Pauli vocem infirma mundi
eligit deus ut fortia confundat. Sed notandum
est nobis quomodo describantur qui ad cenam agni
vocantur et veniunt: pauperes et debiles. Debi-
les dicuntur qui iudicio suo apud semetipsos
infirmi sunt. Nam pauperes et quasi fortes sunt
qui et positi in paupertate superbi sunt. Ceci vero
sunt qui nullum ingenii lumen habent. Claudi
quoque sunt qui rectos gressus in operatione non habent.
Sed dum morum vitia in membrorum debilitate
designantur, profecto liquet quia sicut illi pecca-
tores fuerunt qui vocati venire noluerunt,
ita hii quoque peccatores sunt qui invitantur et
veniunt. Sed peccatores superbi respuuntur et pecca-
tores humiles eliguntur. Hos itaque eligit deus
quos despicit mundus, quia plerumque ipsa de-
spectio hominem revocat ad semetipsum. Hi enim
qui prodigum relinquit et perspice quid preparat prodige

expendit post[quam] esurire cepit in se reuersus
dixit Quanti mercenarii in domo patris mei
habundant panibus longe quippe a se discesserat
qui peccabat et si non esurisset [iter]um ipsum minime
rediisset quia postquam in terrenis rebus indiguit
tunc cogitare cepit quid de spiritalibus amisit Paupe-
res ad debiles ceci et claudi uocantur et ueniunt
quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti
plerumque tanto celerius uocem dei audiunt quanto
et in hoc mundo non habent ubi delectentur Quod
bene amalechitarum puer ille egyptius designat
qui amalechitis precedentibus atque currentibus
eger remansit in uia fame sitique aruit quem
dauid inuenit et cibo potuque pascens quasi ductorem
sibi assumpsit ... dominatores a-
malechitas cepit et eos quos se debilem relin-
quebat in magna fortitudine pressit Amale-
chite quippe lambentes uocati sunt et quid per lam-
bentes nisi mentes secularium designantur que
terrena cuncta ambiendo quasi lambunt dum
solum temporalibus delectantur Quod enim plus lam-
bens perdit facit dum terrena diligentes lucri
de alienis rapinis exaggerat Et puer e-
gyptius eger in uia relinquitur quia peccator qui-
que dum infirmari ab huius mundi statu cepit
mox secularibus mentibus in despectu uenit quem
tamen dauid inuenit eique cibum potumque prebet
quia manu fortis dominus abiecta mundi non despi-
cit et plerumque eos qui sequi mundum minime ua-
lentes quasi in uia remanent ad amorem gratie
conuertit eisque ubi sui cibum potumque porrigit
et quasi ductores quos in uia eligit duces suos etiam predica-
tores facit Dum enim Christum predicatorum cordibus
inserunt quasi dauid super hostes ducunt Qui
dominatores amalechitas uelud dauid gla-
dio feriunt quia superbos quosque qui se in mundo
despexerant dum uirtute percusserint Puer
uero egyptius qui in uia remanserat amale-
chitas interficit quia plerumque ipsi mentes se-
cularium predicantes superant qui prius eis secu-
laribus in hoc mundo currere non ualebat Quos
deductus ad terrena parentibus quasi puer subin-
gat audiamus Dic sunt et qui inpasti et absti-
nentes sunt Multi tales ad terrena ueniunt dispecta
conuerti sunt sed multitudo que conuersionis
corpore credidit locum superni conuiuii non in-
pleuit intrant iam frequentia uocatorum sed
adhuc locus uacat in regno ubi suscipi

debeat Undo sitas gentium bis et idem suo
dicit Exi in uias et sepes et compelle intrare
ut impleatur domus mea Cum de uicis
et plateis ad cenam quos dominus inuitat illum
utique populum designat qui terrene legis
subiurbana conuersatione nouerat Cum uero
conuiuas suos colligi ex uiis et sepibus pre-
cepit in uirum agrestem populum colligere idem
gentilem quia dicit Exultabunt lingua
siluarum a facie domini quia uenit lingua
enim silue gentes uocate sunt quia infi-
delitate sua torte et infructuose semper
fuerunt Cum ergo ex illo usu agresti conuersi sunt
ad cenam ducitur qui ex sepibus uenerunt
Notandum uero quod in hac inuitatione ...... non di-
citur Sed compelle intrare Alii enim uocantur et ue-
niunt conterunt Alii uocantur et ueniunt Alii
autem nequaquam dicitur quia uocantur et ueniunt contep-
nunt sed compelluntur ut intrent Vocantur et ueniunt
contempnunt qui donum quidem intellectus accipiunt
sed eundem intellectum operibus non sequuntur Vocantur
et ueniunt qui acceptum intellectus gratiam operan-
do perficiunt Quidam uero sic uocantur ut etiam
compellantur Nam sunt nonnulli qui bona fa-
cienda intelligunt sed hec facere desistunt uident
que agere debeant sed hec ex desiderio non se-
quuntur Hos ut superius diximus plerumque con-
tingit ut eos intentionibus desideriis suis mun-
di huius aduersitas feriat apprehendere temporalem
gloriam conentur et nequeant et dum per alta pe-
lagi quasi ad gloriosiores curas huius secularia na-
uigare proponunt semper aduersis flatibus
ad interiora sine littora repellantur Cumque se fru-
gi in desideriis suis abundante mundo con-
spiciunt quid de se auctori suo debeant conue-
mortuntur ita ut ad eum erubescentes re-
deant qui eum superbientes pro mundi amore
deserebant Sepe namque non ulli ad temporalem
gloriam per frigore uolentes aut longa egritu-
dine tabescunt ut afflicti nimis corde
aut pressi grauibus rapinis affliguntur et
in mundi dolore uincit quia nil confidere
de eius uoluptate debuerint seque ipsos
in suis desideriis reprehendentes ad deum
corda conuertunt De hiis quippe per prophetam
dicitur Ecce ego sepiam uias tuas spinis et
sepiam eam maceria et semitas non inueniet cap. 2°

et sequitur amatores suos et non apprehendet
eos queret et non inveniet eos et dicet va-
dam et revertar ad virum meum priorem quia bene
michi erat tunc magis quam nunc. Vir huius anime
fidelis anime deus est quia sibi vel ei est commissa per
fidem. Sed illa que commissa deo fuerat iam
adhuc se immundis spiritibus in operatione sub-
sternit mundi gloriam querit carnali de-
lectatione pascitur exquisitis voluptatibus
nutritur. Sed plerumque operante deo talem iam mi-
sericorditer respicit et eius voluptatibus
amaritudines permiscet. Unde dicit ego sepiam
vias tuas spinis. Vie etenim nostre spinis sep-
te sunt cum in hoc mundo quod male cupimus
dolorem punctionis invenimus et sepiam eas ma-
ceria et semitas suas non inveniet. Vie nostre
maceria sepiuntur cum desideriis nostris dum
in hoc mundo obiectiones resistunt et semi-
tas nostras invenire non possumus quia hoc quod
male querimus adipisci prohibemur. Et sequitur
amatores suos et non apprehendet eos querit
et non inveniet eos quia maligni spiritus quibus
in suis desideriis anima subdidit ad desi-
deriorum suorum effectum minime comprehendit.
Sed dehinc salubri adversitate quam multitas
vastatur adiungit cum subdit et dicit vadam
et revertar ad virum meum priorem quia bene
erat michi tunc magis quam nunc. Postquam vero vi-
as suas spinis septas invenit postquam
amatores suos apprehendere non valet ad a-
morem priorem viri redit quia plerumque postquam
in hoc mundo non possumus obtinere quod vo-
lumus postquam intervenimus desideriis de im-
possibilitate lassamur tunc ad mentem deum
rediturus tunc placere incipit qui displi-
cebat et eius mandata nobis amara fuerant prece-
pta repente dulcescunt in memoria et peccatri-
trix anima que adultera est conculcata esse
nec tamen apto opere potuit discerni esse fidelis
coniux. Cum ergo huius mundi adversitatibus
fracti ad dei amorem redeunt atque a pravis
vite desideriis se corrigunt. Quid isti fratres
karissimi nisi compelluntur intrare. Sed valde ti-
menda est similia que prius sub misericor-
dia. Intenta hec cordis aure percipite et an-
mei in quantum peccatores fratres mei in quantum
nisi [?] dominum mei intenta hec aure cordis
percipite ut tanto eam minus sentiatis ex-

anime quanto nunc audistis formidolosius in
prosperitate. Ait enim Dico autem vobis quia nemo
virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam gus-
tabunt. Ecce vocat per se vocat per angelos
vocat per patriarchas vocat per prophetas vocat
per apostolos vocat per pastores vocat etiam nos
vocat plerumque per miracula vocat plerumque
per flagella vocat aliquando per huius mundi pro-
spera vocat aliquando per adversa. Nemo contem-
pnat ne dum vocatus excusat cum voluerit intro-
ire non valeat audire quod sapientia per Salomonem
dicit. Tunc vocabunt me et non exaudiam. Ma-
ne consurgent et non invenient me. Hinc est
enim quod fatue virgines tarde venientes cla-
mant domine domine aperi nobis. Sed iam eis aditus
querentibus clauditur cum dicitur Amen dico vobis
nescio vos. Quod nos nunc licet fratres karissimi
non relinquere omnia debemus curas mundi
postponere saltem eius desideriis in hora [?] sed
sicut paulus dicta sunt admonere vos volo ut
relinquatis omnia sed non possumus. Si ergo cuncta
relinquere mundi non potestis sic tenete que
huius mundi sunt ut tamen per ea non teneamini
in mundo ut terrena res possideatur et non
possideat ut sub mentis vestre sit dicione quod
habetis ne si in eo amor terrenarum rerum amore
mentis arcubus suis magis ipsa possideatur. Sit
ergo res temporalis in usu eterna in desiderio sit
res temporalis in itinere desideretur eterna in pervento
ne quasi ex latere respiciatur quicquid in hoc mundo
agitur. Animos autem tendat mentis oculus dum
tota intentione illa conspiciunt atque pervenimus
extirpentur funditus vitia non solum ab ac-
tu operis sed etiam a cogitatione cordis evulsa.
Non vos voluptas carnis non sollicitudo
curiositatis non estus ambitionis a dominica
cena prepediat sed ipsa quoque que honesta in
mundo agimus quasi cognoscitis mentis latere tan-
gamus ut terrena quibus sit non corpori ser-
viant que cordi minime obsistant. Ideo ergo
fratres audemus nobis dicere ut omnia relinquatis
si sit temporalia gestis ut tota mente ad eterna
gaudia tendatis sed tamen si vultis omnia etiam
retinendo relinquatis. Sic etenim paulus apostolus
dicit. Tempus breve est reliquum est ut qui habent

sz tn si vultis omia eciam retinendo relinquatis

uxores tamquam non habentes sint et qui flent tamquam
non flentes et qui gaudent tamquam non gaudentes
et qui emunt tamquam non ementes et qui utuntur
mundo tamquam non utantur. Preterit enim figura
huius mundi. Uxorem namque habet sed quasi non habeat
qui sic scit debita carnis exsolvere et tamen per eam
mundo tota mente cognoscat non inherere. Nam
tunc idem rursum egregius predicator dicit qui
habet uxorem cogitat que sunt huius mundi quomodo
placeat uxori. Ille uxorem habet sed quasi non habeat
qui sic providet placere coniugi ut tamen non displi-
ceat conditori. Flet quoque sed tamquam non fleat
qui sic de temporibus bonis hylarescit ut tamen per-
petua tormenta considerat et inde per mentem gau-
dio sublevat quem continuo pondere premeditati timo-
ris premat. Emunt autem sed non quasi possidentes et ad
usum terrena comparant et tamen tamen cogita-
tione providet quod hec cuncta relinquet. Mundo
quoque utuntur sed quasi non utuntur qui et necessaria cunc-
ta extrinsecus ad vite sue ministerium redigit et tamen
eadem non sinit sue menti dominari ut subiecta
foris serviant et numquam intentionem animi ad alia
tendentis frangant. Omnes igitur tales sunt
per affectu eis terrena omnia non ad desiderium sed ad
usum assunt quia rebus quibus necessitate utuntur
sed nichil habere in pectore cupiunt de ipsis quoque re-
bus huius cottidie merentes querunt et plus
gaudent bono opere quam bona possessione. Atque ne
hec aliquibus ipsa difficilia esse videantur. Rem
de persona refero quam multi vestrum noverunt quam
habet ante triennium in ista urbe a personis fi-
delibus didici. Namque prope in eadem civitate
Theophanius comes fuit vir misericordie actibus
deditus bonis operibus intentus hospitalitati
precipue studens. Gerendi comitatus actibus oc-
cupatus agebat terrena et temporalia sed ut post
exitus eius claruit magis ex debito quam
ex intentione. Nam cum appropinquante morte
eius tempore gravissima aeris tempestas obsisteret
ne ad sepeliendum duci potuisset coniunx co-
niux sua cum fletu vehementissime requireret
dicens quid faciam quomodo te ad sepeliendum edu-
cio que hostium domus huius egredi per nimia
tempestate non possum. Tunc ille respondit Noli
mulier flere quia mox ut ego defunctus fuero
aeris serenitas redit. Cuius protinus et vocem
et morte serenitas est secuta. Cuius manus
ac pedes podagre humore tumescentes

et ipsi in vulneribus scisi et perfluenti sanie pa-
tebant. Sed cum corpus illius ex more ad lavan-
dum fuisset detectum ita manus pedesque
illius sani reperti sunt ac si numquam vulnus
ulli habuissent. Ductus itaque ac sepultus
est eiusque coniugi visum est ut quarto die in se-
pulchro illius marmor quod suppositum fuerat
mutari debuisset. Quod dum marmor corpori eius
suppositum fuisset ablatum tanta ex eius
corpore flagrantia miri odoris emanavit
ac si pro putredine carnis illius per ulcera vulnerum
aromata ferbuisset. Hec igitur ut dixi in
eminentius exposui ostendere posse nonnullos ut se-
cularem habitum gerere et secularem animum non habere.
Quos enim tales necessitas in mundo ligat
ut ex omni parte extra mundum ambulare non possunt
sic debent ea que mundi sunt tenere ut
tamen eis nesciant compendio(?) succumbere.
Hec ergo cogitate et cum relinquere cuncta que
mundi sunt non potestis exteriora hic exte-
rius agite sed ardenter intus ad eterna fe-
stinate. Nichil sit quod desiderium mentis
retardet. Nullius vos rei in hoc mundo de-
lectatio implicet. Si bonum diligitur mens
in bonis actibus id est in melioribus de-
lectetur. Si malum metuitur eterna animo propo-
nantur ut dum illic et quod conspicit et amplius
quod diligat et amplius quod pertimescat hic
animus non hereat. Ad hec agenda habemus
mediatorem dei et hominum adiutorem nostrum per
quem citius cuncta obtinebimus si ad illum
vero amore flagramus qui vivit.

In illo tempore dixit Ihesus turbis Si quis ve- secundum Lucam c. 14
nit ad me et non odit patrem suum Luce
et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores ad-
huc autem et animam suam non potest meus esse
discipulus. ~~Et reliqua~~ Omelia beati Gregorii pape d 33 xvii

Si consideremus fratres karissimi que et quanta sunt
que nobis promittuntur in celis vilescunt
animo omnia que habentur in terris. Terrena
namque substantia superne felicitati comparata pondus
est non subsidium. Temporalis vita eterne vite
comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse
enim cottidianus defectus corruptionis
quid est aliud quam quedam prolixitas mortis. Que
autem lingua valet dicere vel quis intellectus
capere sufficit illa superne civitatis quanta sint

gaudia angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultum cernere incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici incorruptionis perpetue munere letari Sed ad hec audita inardescit animus iam illic cupit assistere ubi se speravit sine fine gaudere Sed ad magna premia perveniri non potest nisi per magnos labores Unde et paulus egregius predicator dicit Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit Delectet igitur mentem magnitudo premiorum sed non deterreat certamen laborum Unde ad se venientibus veritas dicit Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus Sed percunctari libet parentes quomodo et carnaliter propinquos precipimur odisse qui iubemur et inimicos diligere Et certe de uxore veritas dicit Quod deus coniunxit homo non separet Et paulus ait Viri diligite uxores vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam Ecce discipulus uxorem diligendam predicat cum magister dicat Qui uxorem non odit non potest meus esse discipulus Numquid aliud iudex nuntiat aliud preco clamat An simul et odisse possumus et diligere Sed si vim precepti pensamus utrumque agere per discretionem valemus ut et eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt et quos proximos novimus diligamus et quos adversarios in via dei patimur odiendo et fugiendo nesciamus Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens dum prava nobis suggerit non auditur Ut autem dominus demonstraret hoc erga proximum odium non de inaffectione procedere sed de caritate addidit protinus dicens adhuc autem et animam suam Odisse itaque precipimur proximos odisse et animam nostram Constat ergo quia amando debet odisse proximum qui sic eum odit sicut semetipsum Tunc etenim bene animam nostram odimus cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus cum eius appetitum frangimus et eius voluptatibus reluctamur Que enim contempta ad melius ducitur quasi per odium amatur Sic sic nimirum exhibere proximis nostris odium discretione debemus ut in eis et diligamus quod sunt et habeamus odio quod in dei itinere nobis obsistunt Certe dum paulus ierosolimam pergeret propheta agabus zona illius apprehensa suos sibi pedes alligavit dicens Virum cuius hec zona est sic alligabunt iudei in ierusalem Sed is qui animam suam perfecte oderat quia dicebat Ego non solum alligari sed et mori in ierusalem paratus sum pro nomine domini nostri ihesu christi nec facio animam meam preciosiorem quam me Ecce quo animam suam amando oderat vivo odiens amabat quam cupiebat per christum morti tradere ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret Ab hac ergo discretione odii intelligamus formam ad odium proximi amet quilibet mundo ad inimicos sed in via dei contrarios non ametur tanquam propinquus Quisquis enim iam eterna concupiscit in ea que aggreditur causa dei sine patrem sine matrem sine uxorem sine filios sine cognatos sine semetipsum fieri debet ut eo verius cognoscat deum quo in eius causa neminem recognoscit Multum namque est quod carnalis affectus intentionem mentis obnubilat eiusque aciem obscurat Quod tamen necesse non sit si eos perimendo teneamus Amandi ergo sunt proximi impendenda caritas omnibus et propinquis et extraneis nec tamen per eandem caritatem a dei amore flectendum Scimus autem cum de terra philistinorum archa domini ad terram israeliticam rediret plaustro superimposita est et vacce plaustro subiecte sunt que fete fuisse memorantur quarum filios clauserunt domi Et scriptum est Ibant in directum vacce per viam que ducit bethsamis uno itinere gradiebantur pergentes et mugientes et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram Quid vacce nisi fideles quosque in ecclesia designantur qui dum sacri eloquii precepta considerant quasi superimpositam domini archam portant De quibus hoc etiam notandum est quod fete fuisse memorantur quia sunt plerique qui in via dei intrinsecus positi carnalibus affectibus ligantur sed non declinant a recto itinere qui archam dei portant in mente Ecce etenim vacce bethsamis pergunt bethsamis quippe dicitur domus solis Et propheta ait Vobis qui timetis dominum orietur sol iustitie Si igitur ad eternum solis habitationem tendimus dignum profecto est ut de dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus Tota enim virtute pensandum est quod vacce dei plaustro supposite pergunt et gemunt dant ab intimis gemitibus et tamen de itinere non deflectunt gressum Sic nimirum predicatores

sunt sic fideles quique ex inter fratrum ceteris de-
bent ut compaciantur proximis per caritatem et
ti de via dei non exorbitet propter compassionem
hoc ipm vero autem dominum qualiter exhiberi
debeat vitiis subdendo manifestat dicens
Qui non baiulat crucem suam et venit post me
non potest meus esse discipulus Crux quippe
a cruciatu dicitur Et duobus modis crucem domini
baiolamus cum aut per abstinentiam carnem affli-
gimus aut per compassionem proximi necessitatem
illius nostram putamus Qui enim dolorem exhibet
in aliena necessitate crucem portat in mente
Sciendum vero est quod sunt non nulli qui carnis
per abstinentiam non pro deo sed pro inani gloria exhi-
bent Sunt et plerique qui compassionem proximo
non spiritualiter sed carnaliter impendunt et ei non
ad virtutem sed quasi miserando ad culpas favent hii
itaque crucem quidem videntur ferre sed dominum non se-
quuntur Unde recte hec eadem veritas dicit Qui non
baiolat crucem suam et venit post me non potest meus
esse discipulus Baiolare etenim crucem post domi-
num ire est vel carnis abstinentia vel compassione
proximo pro studio eterne dulcedinis exhibere Nam
quisquis hec propter temporalem intentionem exhibet crucem
quidem baiolat sed ire post dominum recusat Quia vero
sublimia precepta data sunt protinus comparatio edi-
ficande sublimitatis adiungitur cum dicitur Quis
enim ex vobis volens turrim edificare non prius se-
dens computat sumptus necessarios qui sunt si
habeat ad perficiendum ne postea quam posuerit
fundamentum et non potuerit perficere omnes qui vide-
rint illum incipiant illudere ei dicentes quia
hic homo cepit edificare et non potuit consu-
mmare Omne quod agimus prevenire per studium
considerationis debeamus Ecce enim iuxta veritatis
vocem qui turrim edificat prius edificii
sumptus parat Si ergo humilitatis turrim con-
struere cupimus prius nos preparare ad adversi-
tates seculi debemus Hoc enim inter terrenum et
celeste edificium distat quod terrenum edificium ex-
pensas colligendo construitur celeste vero edi-
ficium expensas dispergendo construitur Ad il-
lud sumptus facimus si non habita colligamus ad istud
sumptus facimus si et habita relinquamus Istos sump-
tus dives habere ille noluit qui multas posse-
ssiones possidens magistrum requisivit dicens
Magister bone quid faciens vitam eternam possi-
debo Qui cum precepta relinquendo omnia audisset

tristis abscessit et inde est angustatus unde
exterius fuit latior in possessione Eternam
enim qui habere vitam amabat sumptus dissitudi-
nis tenendo ad eternam patriam habere noluit sump-
tus humilitatis Considerandum vero quod dicitur omnes
qui viderint incipient illudere ei quia iuxta
pauli vocem spectaculum facti sumus mundo et
angelis et hominibus et in omne quod agimus consi-
derare occultos nostros adversarios debemus
qui semper nostris operibus insistunt et ex nostro de-
fectu gratulantur Quos psalmista intuens ait
deus meus in te confido non erubescam neque ir-
rideant me inimici mei In bonis enim operibus intenti
inter cetera malignos spiritus sollicite cogitemus
atque contra ipsos perfecte vigilemus ipsos irriso-
res patimur quos ad malum persuasores habe-
mus Sed quia destruendo edificio comparatio da-
ta est nunc ex minori ad maius similitudo
subditur ut rebus minimis maiora pensentur
Nam sequitur Aut quis rex iturus committere
bellum adversum alium regem non sedens
prius cogitat si possit cum decem milibus
occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad
se alioquin adhuc illo longe agente lega-
tionem mittens rogat ea que pacis sunt Rex
contra regem ex equo venit ad prelium et tamen si se
perpendit non posse sufficere legationem mittit
et ea que pacis sunt postulat Quibus ergo
nos lacrimis sperare veniam debemus qui in illo
tremendo examine cum rege nostro ex equo
ad iudicium non venimus quos nimirum conditio
infirmitatis et causa inferiores exhibet Sed fortasse
iam mali operis culpas abscidimus iam prava quoque
opera declinamus Numquid ad reddendam rationem
cogitationes nunc sufficimus Nam cum xx mili-
bus venire dicitur is quem nunc sufficit
ipse qui cum decem milibus venit Decem milia
quippe ad xx milia simplum ad duplum
sunt Nos autem si multum proficimus vix exteriora
nostra opera in certitudine pensamus Nam et si ia
luxuria carnis abscisa est tamen adhuc a corde
studium abscisum non est Ille autem qui ad iudici-
um venit exteriora simul et interiora iudicat
facta pariter et cogitationes pensat Cum du-
plo ergo contra simplum venit quia nos
vix in solo opere paratos simul de opere et cogi-
tatione discutit Quid ergo agendum est fratres
nisi ut dum nos in simplo contra illum in duplum

Nota

illius suffragari non posse conspicimus. Dum ad
hunc longe est legationem mittimus rogemus
ea que pacis sunt. Longe enim est deus quia ad
hunc prius per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc
legationem lacrimas nostras, mittamus opera misericordie,
mactemus in eius ara hostias placationis. Cog=
noscamus nos cum eo in iudicio non posse conten=
dere. Pensemus virtutem eius fortitudinis, ro=
gemus ea que pacis sunt. Hec enim legatio
que regem venientem placat. Pensate fratres
quam benignum sit quod qui suo adventu nos
valet opprimere tardat venire. Mittamus ad
hunc ut diximus legationem nostram, oblatam cum
lacrimis et benignitate mentis sacri altaris
hostia suffragatur quia is qui in se surgens
a mortuis iam non moritur adhuc per hanc
in suo misterio pro nobis iterum patitur. Nam quo=
tiens ei sua hostiam sue passionis offerimus
totiens nobis ad absolutionem nostram passionem
illius reparamus. Multos vestrum fratres
karissimi cognovisse hoc quod volo ad me=
moriam vestram narrando revocare. Non
longe a nostris fertur temporibus factum ut quidam
ab hostibus captus longe transductus est. Cumque
diu teneretur in vinculis cum uxor sua eum ex ea=
dem captivitate non recipit extinctum pu=
tavit. Pro quo velud iam mortuo hostias eb=
domadis singulis curabat offerre. Cumque
totiens oblata fuisset hostia pro anime eius
absolutione. Nam longo post tempore reversus
amicis valde sue indicavit uxori quod die=
bus certis ebdomadis singulis eius vincula
solvebantur. Cuius videlicet dies eius uxor atque
horas discutiens tunc eum recognovit abso=
lutum cum pro eo sacrificium meminit erat oblatum.
Hinc ergo fratres karissimi certa consideratione colligite
oblata a nobis sacra hostia quantum in nobis solvere
valeat ligaturas cordis, si oblata ab altero
potuit in altero solvere vincula corporis. Mul=
ti nostrum fratres karissimi Cassium Narniensis urbis
episcopum noverunt. Cui mos erat cotidianas
deo hostias offerre ita ut pene nullus dies
vite eius abscederet quo non omnipotenti
deo hostiam placationis immolaret. Cuius cum
sacrificio valde concordabat vita. Nam
cuncta que habebat in elemosinis tribuebat. Cum
ad horam offerendi sacrificii venisset velud
totum in lacrimis defluens semetipsum cum magna
cordis contritione mactabat. Cuius vitam et conversationem
a quodam venerabili viro diacono qui ab eo
fuit nutritus referente cognovi. Agebat enim
quod quadam nocte eius presbitero per visionem dominus asti=
tit dicens: Vade, dic episcopo: Age quod agis, operare quod
operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus
tua; natale apostolorum venies ad me et retribuo tibi
mercedem tuam. Surrexit presbiter, sed quia ex vi=
cino iam apostolorum natalicius dies imminebat,
tam propinqui temporis diem intimare episcopo per=
timuit. Alia nocte dominus rediit eumque pro inobe=
dientia vehementer increpavit atque eandem
iussionem sua verba repetivit. Tunc presbiter sur=
rexit ut pergeret, sed rursus infirmitatis cor=
poris impedimento fractus imminente revelatio=
nis ad amonitionem quoque iterate iussionis obau=
dire pergere et que viderat manifestare neglexit.
Sed quia magna mansuetudine contempta gra=
vior maior sequi solet ira, venienti visione ter=
tia dominus apparens iam verbis addidit verbe=
ra et tam districta cede mactatus est ut eo duri=
tiam cordis emollissent vulnera corporis. Sur=
rexit igitur eundem convenire properavit ad
episcopum. Cumque ita ex more beati Iuvenalis martyris
sepulchrum ad offerendum sacrificium consisteret
recepit secretum a circumstantibus petiit seque eius
pedibus prostravit. Cumque eum flentem episcopus
vix ad se levare potuit, lacrimarum causas
cognoscere studuit. Ille vero relatus ordine
visionis prius vestimento exuitur et deno=
lato tergum plagis corporis ut ita dicam tes=
tes vitales et ante monstravit quantum a madi=
sione distentionis membra illius accepta verbera
livore inflicto sulcaverant. Quo episcopus viso
exhorruit et quis sibi talia facere
presumpsisset ut magne obstupescens vocibus
inquisivit. At ille vidit hec se pro ipso sus=
tinuisse percussum. Convenit cum tremore animatus
sed ulla presbiter mansuetudinis eius morans addi=
cens secretum revelationis apperuit ei quam vi=
sionis dictam per ea que audierat verba nar=
ravit dicens: Age quod agis, operare quod opera=
ris, non cesset manus tua, non cesset pes
tuus; natale apostolorum venies ad me et re=
tribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis

eptus modo se in magna cordis contritione
p[er]cutit et qui oblaturus sacrificium ad horam
terciam venerat hic p[ro] extense orationis ma-
gnitudine ad horam nonam usq[ue] protelavit atq[ue]
ex illo magis magisq[ue] q[uod] ei auctum sit lucri
pietatis sue q[uod] est tam fortis inope qua-
tus commune quippe qui illum tempore debitor
fuerat ex p[er]missione iam cepit habere debi-
torem hunc autem consuetudo fuerat annis sin-
gulis natalicio ap[osto]lorum die roma venire
Ita q[uod] exhinc revelacione suspectus venire
in[terim] more noluit Eodem ergo tempore sollicitus
sunt secundo quoq[ue] anno vel tercio in mortis
sue expectatione suspensus contritus et quanto si-
mul qui desp[er]are iam de vitalem revelacionis
poterat si verbis sacerdotem liberi non fecisset
Cum ecce anno septimo usq[ue] ad expectati
natalis sancti vigilias incolumis p[er]venit
sed vehemens hunc in vigiliis calor attigit atq[ue] ipso
die natalicio filiis suis se expectantibus mis-
sarum sollempnia implere se posse renunciavit
Illi vero quia decemus erat p[re]ter egressione
suspecti sunt ad eum omnes venerunt se se:
unanimiter astringentes ut die eodem
nequaquam acquiesceret missarum sollempnia cele-
brare nisi prius apud deum ipse antistes
suus intercessor accederet Tunc ille compulsus
in episcopi oratorio missas fecit et manibus sua
corpus dominicum signans pacemq[ue] omnibus tribuit
Cum cuncto misterio oblato sacrificio peracto
ad lectum rediit ibiq[ue] tactus dum sacerdotes
suos ac ministros cum spectasse se cerneret
quasi ultimum vale dicens depredicando eos vicio
caritatis amonebat et quanta debuissent
inter se concordia vivere p[re]dicabat Cum
subito inter ipsa sacre exhortacionis verba voce
terribili clamavit dicens hora est Moxq[ue]
assistentibus ipsi suis manibus linthen dedit
quod ex more morientium sibi ante faciem tenere
devote tenens emisit spiritum Sic itaq[ue] sacra illa ani-
ma ad gaudia eterna perveniens a carnis corrup-
tione soluta est Sciendum fratres karissimi quem bo-
nitate in morte sua invitabit enim quem in
vita sua fuerat contemplatus dicens cum hora
e de corpore exeunt quod ihesus patri omnibus in
divinis consumatum est et inclinato capite tra-
didit spiritum Deo gratias domine ex parte hic agit

famulus ex voto ecce cottidiane ho-
stie illa cum elemosinis et lacrimis missa
ligacio quanta cum rege veniente gracie
pacem fecit Relinquat ergo omnia quod pot-
quis aut relinquere omnia non potest tamen adhuc
longe est legacionem mittat lacrimas elemo-
sinam hostiam innocentem offerat Vult enim
placari patribus qui scit quod portare non pos-
sit iratus quod adhuc mora fiat venire
legacione pacis suspicet venisset namq[ue]
si vellet et inimicos suos adversarios contri-
disset Sed et quasi terribilis veniat et dicat
et tamen adveniendum tardat qui non vult in-
venire quos puniat reatus nobis contempnen-
tes nobis dimittat inter dicens Sic ex vo-
bis omnis qui non dimittat omnibus que
possidet non potest esse meus discipulus Et tamen
spirituale salutis remedium confert quod quod prius
non potest ferri post consulate pacis vult legi-
tom placari Conato ergo fratres karissimi lacrimis
peccata maculas elemosinis tergite sacris
hostiis expiate nolite presidere in que
adhuc possidemus minime relinquentes spem
in solo redemptore figite ad eterna premia
mente transite Si enim nichil in hoc mundo ama-
do possideatis cuncta possidendo cuncta relin-
quitis Ipse nobis gaudia desiderata con-
cedat qui nobis eterne pacis remedia con-
tulit dominus noster ihesus christus qui vivit ¶ xviij s[ecundu]m math
In illo tempore dicebat ihesus turbis pa-
rabolam hanc Simile factum est regnum mt 22
celorum homini regi qui fecit nupcias filio
suo Et misit servos suos vocare invita-
tos et nolebant venire Et reliqua ¶ o 38
Sextum lectionis evangelice fratres karissimi
volo si possum sub brevitate:
transcurrere ut in fine eius valeam
ad loquendum largius vacare Sed querendum
prius est an hec apud matheum ipsa sit lectio
que apud lucam sub appellatione cene describi-
tur Et quedam sunt non ulla que sibi dissona esse
videantur quia hic prandium illic cena me-
moratur hic qui ad nupcias sine digna vesti-
bus intrat repulsus est illic nullus qui
intrasse dicitur repulsus esse p[er]hibetur Unde ex-
re vere colligitur quia et hic per nupcias prandium
cena et illic per cenam eternum et ultimum convivium

designatur quia ad hanc nonnulli conveniunt
et ad id quod semel intravit ulterius non exi-
bit. At si quis forte contendat hanc eam-
dem lectionem ego melius puto salva fide ali-
quo intellectu tractare quam contentionibus deservire
quia et intelligi congrue potest quia et de prandio
eo qui in veste nupciali non venerat complicatur
tamen Matheus dixit. Quamvis vero prandium cena
post hunc autem prandium dicitur recessus hominis intel-
ligentie obsistit quia tamen ad horam nonam apud
antiquos cottidie prandium fieret ipsum quo-
que prandium cena vocabatur. Sepe autem iam dixisse
me memini quod plerumque in sacro eloquio regnum
celorum presens ecclesia nominatur. Congregatio quippe
iustorum regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam
dominus dicit Celum michi sedes est. Et Salomon
ait anima iusti sedes est sapientie. Paulus et
dicit Christum dei virtutem et dei sapientiam. Liquido
colligere debemus quia si Christus dei sapientia est anima
autem iusti sedes est sapientie dum celum dicitur
sedes dei celum ergo est anima iusti. Hinc per
psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur. Celi enarra-
runt gloriam dei. Regnum ergo celorum est eccle-
sia iustorum quia dum eorum corda in terra nil ambi-
unt per hoc quod ad superna suspirant iam in eis
dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo simile
est regnum celorum homini regi qui fecit nup-
tias filio suo. Iam intelligit caritas vestra
quis est iste regis filii pater. Ille nimirum cui
psalmista ait Deus iudicium tuum regi da et ius-
ticiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio suo.
Tunc enim deus pater deo filio nuptias fe-
cit quando hunc in utero virginis humane nature
coniunxit quando deum ante secula fieri voluit
hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus
personis solet fieri ista coniunctio absit hoc
ab intellectibus nostris ut personam dei et hominis
redemptoris nostri Ihesu Christi ex duabus personis
credamus unitam. Ex duabus quippe atque
in duabus hunc naturis existere dicimus sed ex
duabus personis compositum credi ut nephas
vitamus. Apertius ergo et securius dici potest quia in hoc
pater regi filio nuptias fecit quo per incar-
nationis misterium ei sanctam ecclesiam sociavit
uterus autem genitricis virginis huius sponsi
thalamus fuit. Unde per psalmistam dicitur. In sole posuit
thabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.
Tamquam sponsus quippe de thalamo suo pro-
cessit quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus
deus de incorrupto virginis utero exivit. Mi-
sit ergo servos suos ut ad istas nuptias ami-
cos invitaret. Misit semel misit iterum quia incarna-
cionis dominice predicatores et prius prophetas et postmo-
dum apostolos misit. Bis itaque servos ad in-
vitandum misit quia incarnationem unige-
niti et per prophetas dixit futuram et per apostolos nunci-
avit factam. Sed quia hii qui prius invitati fuerunt
ad nuptiarum convivium venire noluerunt in
secunda invitatione iam dicitur. Ecce prandium meum
paravi tauri mei et altilia occisa sunt et omnia
parata. Quid in tauris vel altilibus fratres karissimi
nisi novi ac veteris testamenti patres accipimus.
Quia enim vulgo loquor et ipsa me necesse
est verba eadem lectionis explanare. Altilia
enim saginata dicuntur dictum ab eo quod est alere
altilia quasi alitilia vocamus. Cum vero in lege scrip-
tum sit diliges amicum tuum et odio habebis in-
imicum tuum accepta tunc iustis licentia fuerat
ut dei suosque adversarios quanta possent vir-
tute comprimerent eosque iure gladii ferirent
quod in novo procul dubio testamento compescitur
cum per semetipsam veritas predicat dicens diligite (luce 6)
inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos.
Quid ergo per tauros nisi patres testamenti veteris
significantur. Nam dum ex permissione legis
acceperant quatenus adversarios suos odii retribu-
tione percuterent ut ita dicam quasi quidam tauri erant
qui inimicos suos virtute corporis cornu ferie-
bant. Quid vero per altilia nisi patres testamenti
novi signantur. Qui dum gratiam pinguedinis
interne percipiunt a terrenis desideriis inte-
rius ad sublimia contemplationis sue penna sub-
levantur. In ymo quippe cogitationem ponere
quid est aliud quam quedam ariditas mentis. Qui-
a autem intellectum celestium per sancta desideria de su-
premo delectationis intime cibo pascunt quasi lar-
giori alimento pinguescunt. Hac enim pingue-
dine saginatum psalmista se conspexerat cum dicebat
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima
mea. Quia ergo predicatores dominice incarnationis

Xpc in [illegible]

missi predicatores a bonis fidelibus et primo prophete et
postmodum sancti apostoli pertulerunt iniurias et
venire nolentibus dicitur: Tauri mei et altilia
occisa sunt et omnia parata, ac si aperte diceret:
patrum precedentium mores aspicite et reme-
dia vite vestre cogitate. Notandum vero quod in priori
invitatione nil de tauris et de altilibus dicitur,
in secunda autem iam tauri et altilia mac-
tata memorantur, quia omnipotens deus cum verba
eius audire nolumus adiungit exempla ut omne
quod impossibile credimus tanto nobis ad supe-
randum fiat facilius quanto per hoc transisse in
alios audimus. Sequitur: Illi autem neglexe-
runt et abierunt alius in villam suam, alius
vero ad negotiationem suam. In villa ire est labo-
ri terreno immoderate incumbere, in negotia-
tionem vero ire est actionum secularium lucris in-
hiare. Quia enim alius intentus labori ter-
reno, alius vero mundi huius actionibus deditus
dominice incarnationis mysterium pensare et
secundum id vivere dissimulat, quasi ad villam vel
negotium pergens ad regis nuptias venire
recusat, et plerumque quod est gravius nonnulli vo-
cantis gratiam non solum respuunt sed etiam
persequuntur. Unde et subdit: Reliqui vero tenue-
runt servos eius et contumeliis affectos
occiderunt. Sed rex ista cognoscens missis
exercitibus suis perdidit homicidas illos et civi-
tatem illorum succendit. Homicidas perdidit
quia persecutores interemit; civitatem illorum
igne succendit quia illorum non solum anime sed
caro quoque in qua habitaverant eterna gehenne
flamma cruciantur. Missis autem exercitibus extin-
xisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iu-
dicium per angelos exhibet. Quid namque sunt illa
angelorum agmina nisi exercitus regis nostri? Unde et
idem dominus Sabbaoth dicitur. Sabbaoth quippe
exercituum interpretatur. Ad persecutores ergo ad vindican-
dos suos exercitum mittit quia ultionem
per angelos suos exercet. Cuius vindicte potentia
tunc presentes non audiebant, nos autem cernimus.
Ubi sunt enim illi superbi martirum persecutores?
Ubi illi qui contra persecutorem sui conditorem terri-
tem colla erexerant et deliciis mundi gloria
mortifera tumebant? Ecce iam mors martirum
floret in mente viventium, et hii qui contra illos de
crudelitate sua gloriati sunt nec quidem ad memoriam
minime veniunt vel de numero mortuorum rebus
ergo recognoscimus quod in parabolis audivimus.
Sed is qui invitatus se contempni conspicit re-
gis filii sui nuptias vacuas non habebit; ad
alios mittit, quia etsi apud aliquos labo-
rat verbum dei quandoque tamen sermo dei inventus
est ubi requiescat. Unde et subdit: Tunc
ait servis suis: Nuptie quidem parate sunt,
sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite
ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis
vocate ad nuptias. Sed in scriptura sacra vias ac-
tiones accipimus et exitus viarum intelligi-
mus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad
deum veniunt quos in terrenis actibus
prospera nulla comitantur. Sequitur: Et egressi ser-
vi eius in vias congregaverunt omnes quos
invenerunt malos et bonos, et implete sunt
nuptie discumbentium. Ecce iam ipsa qualitate
convivantium aperte ostenditur quia per has regis
nuptias presens ecclesia designatur, in qua mali
cum bonis conveniunt. Permixta quippe est
diversitate filiorum, quia sic omnes ad fidem
generat ut tamen omnes per immutationem vite ad li-
bertatem spiritalis gratie culpis exigentibus
non perducat. Quousque namque hic vivimus neces-
se est ut viam presentis seculi permixti agamus.
Tunc autem discernimur cum pervenimus. Boni
enim soli nusquam sunt nisi in celo, et mali nusquam
sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter
celum et infernum sita est sicut in medio
subsistit ita utriusque partis cives communiter
recipit. Quos tamen sancta ecclesia et nunc indiscre-
te suscipit et postmodum in egressione dis-
cernit. Si igitur boni estis quamdiu in hac
vita subsistitis equanimiter tolerate
malos. Nam quisquis malos non tolerat
ipse sibi testis per intolerantiam suam est quia
bonus non est. Abel enim esse renuit quem
Cayn malitia non exercet. Sic in area
grana sub paleis premuntur, sic flores inter
spinas oriuntur, et rosa que redolet crescit
cum spina que pungit. Duos quippe filios
habuit primus homo, unus eorum electus,
alter reprobus fuit; tres filios Archa
Noe continuit, sed ex hiis duo electi sunt et
unus reprobus fuit. Duos Abraham filios

habuit sed unus electus alter vero reprobus fuit. Duos ysaac filios habuit sed unus electus alter vero reprobatus. Duodecim filios habuit yacob sed eorum unus per innocentiam venditus est, alii vero per malitiam fuerunt venditores fratris. Duodecim apostoli sunt electi sed unus eis admixtus est qui reprobaret, xi qui reprobarentur. Septem sunt diacones ab apostolis ordinati sed sex in fide recta permanentibus unus exstitit auctor erroris. Insinuat ergo ecclesia nec mali esse sine bonis nec boni sine malis esse possunt. Antiqua itaque tempora fratres karissimi ad mentem reducite et vos ad malorum tolerantiam roborate. Sicut enim filii electorum summa repetit nocte e ut per eorum ecclesia gradiuntur. Bonus enim non fuit qui malos tolerare recusavit. Hinc namque est quod de semetipso beatus iob asserit dicens: Frater fui draconum et socius struthionum. Hinc per salomonem sponsi voce sancta ecclesia dicitur: Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Hinc ad ezechielem dominus dicit: Fili hominis increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Hinc beatum loth petrus vita glorificat dicens: Et iustum loth oppressum a nefandorum iniuria et eripuit; aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc paulus discipulorum vitam laudat et roborat dicens: In medio nationis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. Hinc Johannes pergami ecclesie testatur dicens: Scio ubi habitas ubi sedes est sathane et tenes nomen meum et non negasti fidem meam. Ecce fratres karissimi pene omnia percurrendo cognoscimus quia bonus non fuit qui malos perpetui non probavit. Ut enim ita loquar ferrum nostre anime nequaquam pervenit ad subtilitatem acuminis si hoc non eraserit aliene lima pravitatis. Terrere autem vos non debet quod in ecclesia multi mali et pauci sunt boni quia et arca illa diluvii que huius ecclesie typum gessit et ampla in inferioribus et angusta in superioribus fuit que in summitate etiam sui ad unius mensuram cubiti excrevit. Inferius quippe quadrupedia atque reptilia superius vero aves et homines habuisse credenda est. Ibi lata exstitit ubi bestias habuit, ibi angusta ubi homines servavit, quia nimirum sancta ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta est. Ubi enim tollerat bestiales hominum mores illic latius sinum laxat; ubi autem eos habet qui spirituali ratione suffulti sunt illic quoque ad summum ducitur, sed tamen quia pauci, sibi angustatur. Lata quippe est via que ducit ad perditionem et multi sunt qui vadunt per eam, et angusta est que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. [struck] Sed autem usque arca illa coangustatur in summis quousque ad mensuram unius cubiti perducitur, quia sancta ecclesia quanto superiores quique sunt tanto pauciores, qui in summo ad illum perducitur qui solus homo in hominibus et sine alterius comparatione natus est sanctus, quia nullus potest vere sanctus esse sicut passer unicus in edificio. Tanto ergo magis mali tollerandi sunt quanto et amplius habundant, quia et in aree tritura paucitas est granorum que servantur horreis et quantitas acervi palearum qui ignibus comburuntur. Sed iam quia largiente domino nuptialem domum intrastis, sollicite etiam intra vos sollerter fratres karissimi respicite ne aliquis de mentis vestre habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: Intravit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid fratres karissimi per vestem nuptialem [struck] putamus? Si enim vestem nuptialem baptisma vel fidem dicimus, quis sine baptismate et fide has nuptias intravit? Foris enim ipso foris est quia nec dum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem nisi caritatem? Intrat enim ad nuptias sed cum nuptiali veste non intrat qui in sancta ecclesia existens fidem habet sed caritatem non habet. Recte enim caritas nuptialis vestis vocatur quia hanc ipse conditor in habuit dum ad sociandae sibi ecclesie [blotted] nuptias venit. Sola quippe dilectione dei actum est ut eius unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde et Johannes dicit: Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per caritatem venit ad homines [struck] caritatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo in sancta ecclesia positus deo credidit iam ad nuptias intravit sed cum nuptiali veste non venit

[Margin notes: x; scilicet invidia; Ezech. 2; 2 petri 2; [illegible]; Philip. 2; ducitur; Hom.]

Si caritatis gratiam non custodivit. Et iste fra-
tres si quis ad carnales nuptias esset invi-
tatus vestem mutaret congaudere se sponso et
sponse ex ipso sui habitus decore ostenderet
inter gaudentes et festa celebrantes de-
spectis vestibus apparere erubesceret. Nos
ad Dei nuptias venimus et cordis vestem mu-
tare dissimulamus. Congaudent angeli cum ad
celum assumuntur electi. Quia ergo mente hec
spiritalia festa agimus qui nuptiale veste
id est caritate que sola nos sponsos exhibebat non
Item // Sciendum vero est quia sicut in duobus lig-
nis superiori videlicet et inferiori vestis texitur
ita in duobus preceptis caritas habetur in dilectione
Dei scilicet et proximi. Scriptum quippe est Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ani-
ma tua et tota virtute tua et proximum sicut te-
ipsum. Qua in re notandum est quod in dilectione proximi
mensura ponitur amoris cum dicitur Diliges pro-
ximum sicut teipsum. Dei autem dilectio nulla
mensura coangustatur cum dicitur Diliges Dominum De-
um tuum ex toto corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota virtute tua. Non enim iubetur
quisque quantum diligat sed ex quanto cum dicitur
ex toto. Nam ille veraciter Deum diligit qui
sibi de se nichil relinquit. Duo ergo necesse est
ut caritatis precepta custodiat quisquis habere
in nuptiis vestem nuptialem contendit. Hinc
est enim quod apud Ezechielem prophetam porta
civitatis in monte constituta vestibulum
duobus cubitis mensuratur quia nimirum acces-
sus nobis celestis civitatis non panditur
si in hac ecclesia que pro eo quod foris est vestibulum
dicitur Dei et proximi dilectio teneatur. Hinc est quod cor-
tinis tabernaculi intexi coccus bis tinc-
tus iubetur. Vos estis fratres mei vos estis
cortine tabernaculi qui per fidem in vestris
cordibus secreta celestia velatis. Sed corti-
ne tabernaculi bis tinctus coccus debet
inesse. Coccus quippe speciem ignis tenet.
Quid vero est caritas nisi ignis. Sed ipsa caritas
esse bistincta debet ut prius tingatur per amo-
rem Dei tingatur et secundo per amorem
proximi. Qui enim sic amat Deum ut pro con-
templatione illius negligat proximum coccus
quidem est sed bistinctus non est. Rursum quisquis
amat proximum ut tunc contemplatione Dei per eius
amorem relinquatur coccus est sed bistinctus
non est. Ut ergo caritas vere bistincta coc-
cus esse valeat et ad amorem se Dei et pro-
ximi attendat quatenus ex compassione proximi
contemplationem relinquat Dei nec plus quam
debet in hoc contemplationis Dei compassio-
nem abiciat proximi. Omnis itaque homo
inter homines vivens sic ad eum anhelet
quem desiderat ut tamen hunc non relinquat
cum quo currebat et sic huic adiutorium ferat
ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat.
Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi duo-
bus preceptis subdividitur. Cum quidam sapiens
dicit omne quod tibi odis fieri vide ne ipse al-
teri feceris. Et per semetipsam Veritas dicit.
Que vultis ut faciant vobis homines et vos
eadem facite illis. Si enim et quod impendi nobis
vere volumus aliis impendimus et quod nobis fieri no-
lumus hoc aliis facere ipsi devitamus caritas
nostra illesa servatur. Sed nemo cum quempiam
diligit hinc se protinus caritatem habere putet nisi
prius ipsam vim sue dilectionis examinet.
Nam quisquis quemlibet amat sed propter Deum
non amat caritatem non habet sed habere se putat.
Caritas autem vera est cum et in Deo diligitur amicus
et propter Deum diligitur inimicus. Ille enim
propter Deum diligit eos quos diligit qui
etiam et eos diligit a quibus non diligitur. Pro-
bari enim caritas solet per solam odii adversi-
tatem. Unde et per semetipsam Dominus dicit Diligite
inimicos vestros benefacite his qui vos ode-
runt. Ille ergo securus amat qui propter De-
um et illum amat a quo se intelligit non
amari. Quia igitur sunt hec alta sunt hec et mul-
tis ad exhibendum difficilia sed tamen ipsa est
vestis nuptialis. Quisquis ergo hanc recumbens
in nuptiis non habet iam sollicitus metuat
ingrediente rege quia mittitur foras. Ecce en-
im intravit rex ad nuptias ut videret
discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali. Nos sumus fratres qui in nuptiis
discumbimus ubi qui iam fide in ecclesia venimus
qui scripture pane et epulis pascimur quia gaudetis

deos etiam et gaudemus. Considerate ergo si
in veste nuptiali ad has nuptias venistis,
cogitationes vestras sollicita inquisitione discu-
tite. De singulis rebus cordium vestrorum trutinate,
si contra iam odium nullum habetis, si nullius felicita-
te aliena nulla vos invidie face succenditis,
si per occultam malitiam nemini nocere festinetis.
Ecce rex ad nuptias ingreditur et cordis nostri
habitum contemplatur, atque ei quem caritate vesti-
tum non invenit protinus iratus dicit: Ami-
ce, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptia-
lem? Mirandum valde est, fratres karissimi, quod hunc
et amicum vocat et reprobat, ac si apertius di-
cat: Amice et non amice: amice per fidem, sed non
amice per operationem. At ille obmutuit, quia, quod
dici sine gemitu non potest, in illa districtione
ultime increpationis omne argumentum cessat
excusationis, quippe quia ille foris increpat
qui testis conscientie intus animum accusat. Sed
inter hec sciendum quia quisquis habet vestem
virtutis habet, sed tamen ad hunc perfecte non habet, ad
portam regis ingressum desperare de venia non
debet, quia ipse quoque spem nobis per psalmistam
tribuens dicit: Imperfectum meum viderunt o-
culi tui, et in libro tuo omnes scribentur. Sed
quia pauca hec increpationis habentes et insur-
mentibus diximus, ad ea que hac omnino
non habet verba vertamus etc. Tunc rex dixit mi-
nistris: Ligatis pedibus et manibus mittite eum
in tenebras exteriores, ibi erit fletus et
stridor dentium. Ligantur tunc pedes et manus
per districtionem sententie, qui modo a pravis operibus
ligari noluerunt per meliorationem vite; illos
tunc ligat pena quos modo a bonis operibus
ligavit culpa. Pedes enim qui visitare egrum
noluerunt, manus que nil indigentibus tribu-
erunt, a bono opere iam ex voluntate ligate sunt.
Qui ergo nunc sponte ligantur vicio, tunc in
supplicio ligantur inviti. Bene autem dicitur quia
exteriores tenebras proiciatur. Interiores quippe
dicimus tenebras cecitatem cordis, ex-
teriores vero tenebras eternam damnationem. Tunc
vero damnatus quisque non in interiores sed exte-
riores tenebras mittitur, quia illic invitus proicitur
in noctem damnationis qui hic sponte cecidit
in cecitatem cordis. Ibi fletus et stridor den-
tium esse perhibetur, ut illic dentes strideant
qui hic de edacitate gaudebant; illic oculi de-
fleant qui hic per illicitas concupiscentias versabantur;
quatinus singula queque membra supplicio subiace-
ant que hic singulis quibusque vitiis subiec-
ta serviebant. Et repulso uno in quo videlicet omne
malorum corpus exprimitur, generalis protinus
sententia subinfertur qua dicitur: Multi autem sunt
vocati, pauci vero electi. Tremendum valde est, fra-
tres karissimi, quod audivimus. Ecce nos iam omnes
vocati per fidem ad celestis regis nuptias
venimus, incarnationis eius misterium credimus et con-
fitemur, divini verbi epulas sumimus, sed futuro
die iudicii est rex intraturus. Est quod vocati
sumus novimus, si sumus electi nescimus. Tanto
ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate
se deprimat quanto si sit electus ignorat. Alio-
rum corda bona nec incipiunt, nonnulli vero que
incipiunt minime perficiunt. Alter vero pene
totam vitam suam ducere in pravitate conspicitur,
sed iuxta finem vite a pravitate sua per districtionem
penitentie lamenta revocatur. Alter electam vitam
videtur ducere et tamen hunc contingit ad erroris
nequitiam iuxta finem vite ducere. Alius bonum
inchoat, melius consummat; alius in malis
actibus a prima etate se deicit et in eisdem
operibus semper se peius deiciens consummat. Tanto
ergo sibi unusquisque sollicite metuat quanto
ignorat quid restat, quia, quod sepe dicendum est
et sine oblivione retinendum, Multi sunt
vocati, pauci vero electi. Sed quia nonnullorum mentes in-
dicentium plus exempla fidelium quam doctorum verba
convertunt, volo vobis aliquid exemplo dicere quod
corda vestra tanto formidolosius audiant
quanto eos hoc de propinquo sonat. Nec pro eis
res longe in gestis dicimus, sed eas de quibus
testes existunt eisque interfuisse se referunt
memoramus. Pater meus tres sorores habuit, Exemplum
que cuncte sacre virgines fuerunt, quarum
una Tarsilla, alia Gordiana, alia Emiliana di-
cebatur. Uno omnes ardore conversi, uno eodemque
tempore sacrate, sub districtione regulari degentes
in domo propria socialem vitam ducebant. Cumque
essent diu in hac conversatione, cepit cotidia-
nis incrementis in amore conditoris sui

Tarsilla et Emiliana singulari studio et cum solo habitu esset
corpore cotidie animo ad eterna crescerent, Gordiane animus coepit a calore amoris intimi
per cotidiana detrimenta tabescere et paulisper ad
huius seculi amorem redire. Crebro autem Tarsilla
dicere Emiliane sorori sue in magno gemitu
solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra
sorte non esse. Perpendo enim quod foris defluit, et
cor ad quod proposuit non custodit. Quam tamen
blanda cotidie redargutione corripere atque
a levitate morum ad gravitatem sui habitus re-
formare curabant. Que quidem repente inter ipsa verba correptio-
nis gravitatem vultus assumebat, sed mox ut correptio-
nis hora transisset, transiebat protinus et superduc-
ta gravitas honestatis, moxque ad levia verba
redibat, puellarum gaudebat societate lay-
carum, quarum persona valde onerosa ei erat que necdum
huic mundo dedita non erat. Quadam vero nocte
Tarsille amite mee, que inter sorores
suas virtute continue orationis, afflictionis stu-
diose abstinentie, singularis gravitate vite ve-
nerabilis in honore et culmine sanctitatis ex-
creverat, sicut ipsa narravit, per visionem ata-
vus meus Felix huius Romane ecclesie antistes
apparuit, eique mansionem perpetue claritatis osten-
dit, dicens: Veni, quia in hac lucis mansione
te suscipio. Que subsequenti mox febre cor-
repta ad diem pervenit vocationis. Et sicut no-
bilibus feminis virisque morientibus multi conve-
niunt qui eorum proximos consolentur, eadem hora
exitus eius multi viri ac femine eius lectum
circumsteterunt, inter quas ~~[struck through]~~ quoque
mater mea affuit. Cum subito sursum illa re-
spiciens Ihesum venientem vidit, et cum magna
animadversione coepit circumstantibus clamare,
dicens: Recedite, recedite, Ihesus venit. Cumque
in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima
carne soluta est, tantaque subito fragrantia
miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitas
cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis
venisse. Cumque corpus eius ex more mortu-
orum ad lavandum esset nudatum, longe orationis usu
in cubitis eius et in genibus camelorum more
inventa est obdurata cutis excrevisse, et quod
vivens eius spiritus pergit caro mortua testabatur.
Hec autem gesta sunt ante dominici natalis
diem. Quo transacto mox Emiliane sorori sue

Ex[emplum]

per visitationem nocturne visionis apparuit, dicens:
Veni, ut quia natalem Domini sine te feci, sanctum
Theophanie diem tecum faciam. Cui illa pro-
tinus de sorore sua Gordiana salute solli-
cita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordia-
nam cui dimitto? Cui si afferebat, iterum tristi
vultu dixit: Veni, Gordiana soror nostra inter
laycas deputata est. Quam visionem mox mo-
lestia corporis est secuta, atque ita ut dictum fu-
erat ante diem Epiphanie molestia
ingravescente defuncta est. Gordiana autem
mox ut solam remansisse se reperit, eius pra-
vitas excrevit, et quod prius latuit in desiderio
cogitationis, hoc postea effectus prave actionis ex-
titit. Nam oblita divini timoris, oblita pu-
doris et reverentie, oblita consecrationis, conduc-
torem agrorum suorum postmodum maritum duxit.
Ecce omnes tres uno prius ardore converse sunt,
sed non omnes uno eodemque studio permanserunt,
quia iuxta dominicam vocem multi sunt vocati, pauci
vero electi. Hec autem dixi ne quis iam in bono opere
positus sibi vires boni operis tribuat, ne
quis de bona virtute confidat, quia et si iam
novit hodie qualis sit, adhuc tamen quid
futurus sit nescit. Nemo ergo de suis operibus ea
securus gaudeat, qui adhuc in huius vite
incertitudine quis se finis sequatur ignorat.
Sed quia retuli que nos ex divina misericordia perita
mea corda consolentur, quiddam in sermone alio iam
dixisse memini, sed vos necessario adiungo. Ante
biennium frater quidam in monasterio meo quod
iuxta beatorum martyrum Iohannis et Pauli ecclesiam situm
est, gratia conversationis venit, qui diu regulariter
protractus, quandoque susceptus est. Hunc frater
suus non ad monasterium conversationis studio
sed carnali amore secutus est. Is autem qui
ad conversionem venerat, mire spirituali amore val-
de pollebat. At vero frater illius longe a vita
eius ac moribus discrepabat. Vivebat
tamen in monasterio necessitate potius quam voluntate.
Et cum in cunctis actibus perversus existeret,
pro fratre suo ab omnibus equanimiter tolle-
rabatur. Erat enim levis eloquio, pravus
actione, cultus vestibus, moribus incultus.
Ferre vero non poterat si quis ei aliquid de sancti habitus
~~[struck through]~~ conversatione loqueretur. Sancta autem fue-
rat vita illius cunctis fratribus visu gravis

Ex[emplum]

ps

[...] ut dictum est pro fratris sui gratia tolerabi-
liter approbabat valde si quis ei aliquid de spirituali-
bus sive correptione loqueretur bona non solum
facere sed etiam audire non poterat. Numquam se ad
sancte conversionis habitum venire iuratus irascendo
deridendo testabatur. In hac autem pestilentia
que nuper huius urbis populi magna ex parte con-
sumpsit percussus in inguine est perductus ad
mortem. Cumque extremum spiritum ageret convenerunt
fratres ut egressum illius orando protegerent.
Iam corpus eius ab extrema parte premor-
tuum in solo tantummodo pectore vitalis adhuc ca-
lor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo
enixius ceperunt orare quanto eum iam videbant
sub celeritate discedere. Cum repente cepit
eisdem fratribus assistentibus a nisu quo poterat
clamare et orationes eorum interrumpere dicens: Rece-
dite recedite ecce draconi ad devorandum
datus sum qui propter vestram presentiam me devo-
rare non potest. Caput meum in suo ore iam absor-
buit. Date locum ut me non amplius cruciet
sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum
datus sum quare propter vos moras patior? Cui
fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loqueris fra-
ter? signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille
ut potuit dicens: Volo me signare sed non
possum quia a dracone premor. Cumque hoc fratres
audissent prostrati in terram cum lacrimis cepe-
runt pro illius ereptione vehementius orare.
Et ecce subito cepit melioratus eger quibus
valebat vocibus exultare dicens: Gratias ago
deo. Ecce draco qui me ad devorandum accepe-
rat fugit orationibus vestris expulsus est sta-
re non potuit. Pro peccatis meis exigentibus
mo intercedite quia converti paratus sum et se-
cularem vitam funditus relinquere. Homo
ergo qui sicut dictum est ab extrema parte pre-
mortuus reservatus ad vitam toto ad deum
corde conversus est longis et continuis in con-
versione eadem flagellis eruditus atque in
paucos dies excrescente corporis molestia
defunctus est qui iam dracone moriens non
vidit quia illum per cordis mutationem vicit. Et
de fratris mei germana Gordiana quam supra dixi a
sancta monialis habitus excellentia corruit
ad penam et sic hic de quo ista narravimus
ab ipso articulo mortis rediit ad eternam

vitam. Nemo ergo sciat quid de se in occultis
dei iudiciis agatur. Quia multi sunt vocati
pauci vero electi. Quia quod nulli de se certum est — certi
electione restat ut omnes trepident de
de sua actione formident omnes in sola dei
misericordia gaudeant nullus de suis viribus presumat
et qui presumat fiducia maior ille fuit qui in se
signatus est assimile [...] — s. Matth.

Luc

In illo tempore cum appropinquaret Iesus
Ierusalem videns civitatem flevit super illam
dicens: quia si cognovisses et tu. Et reliqua. Omelia XIX — xix

Lectionem brevem sancti evangelii
breviter si possum sermone volo percur-
rere ut illius vita prolixior debeat immorari qui
sunt ex paucis multa cogitare. Quod fle-
te domino illa urbis eversio subverso describitur
que a Vespesiano et Tito romanis principi-
bus facta est. Illius qui historiam eversionis
eiusdem legit ignorat. Quia venient dies
et circumdabunt te inimici tui vallo et circumdabunt
te et coangustiabunt te undique. Ad terram pro-
sternent te et filios tuos qui in te sunt
hic quoque additur: et non relinquent in te
lapidem super lapidem et iam ipsa eiusdem
civitatis transmigratio testatur quia dum nunc i-
n eo loco constructa est ubi extra portam fue-
rat dominus crucifixus prior illa civitas ut di-
citur funditus eversa est. Cui ex qua culpa eu-
sionis sue pena fuit illata subiungitur
Eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Cre-
ator quippe omnium per incarnationis sue my-
sterium hanc visitare dignatus fuerat sed ipsa timo-
ris et amoris illius recordata non est. Un-
de etiam per prophetam increpatione cordis humani
aves celi ad testimonium deducuntur cum dici-
tur milvus in celo cognovit tempus suum. turtur
et hirundo et ciconia custodierunt tempus ad-
ventus sui. populus autem meus non cogno-
vit iudicium domini. Orandum pius est quod
sit quod dicitur: videns civitatem flevit super
illam dicens: quia si cognovisses et tu. Fle-
vit etenim redemptor noster ruinam perfide civ-
itatis quam ipsa sibi venturam non cognoscebat.
Cui recte flens dominus dicit: quia
si cognovisses et tu. subaudis fleres quia
modo que nescis communiter exultas vel et

subditur. Et quidem in hac die tua que ad pacem
tibi. Cum enim terrenis voluptatibus se dedit
ventura mala non prospicit. In die sua que ad
pacem ei esse poterant habebat. Cum vero bona presen-
cia ad pacem habuit manifestat cum subditur
Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si
enim a cordis eius oculis mala que imminebant
abscondita non essent leta in prosperitatibus
non fuisset. Unde mox etiam penam que de Roma-
nis sit principibus imminebat adiunxit.
est que describit quid dominus fecit, subditur
Et ingressus cepit templum eicere vendentes
et ementes dicens illis scriptum est domus mea domus
orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latro-
num. Qui enim narravit mala ventura repenti-
nus templum ingressus est ut de illo vendentes
et ementes eiceret, profecto innotuit quia ruina
populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversio-
nem quippe describens vendentes in templo et
ementes feriens in ipso effectu sui operis oste-
ndit unde radix perditionis oriretur. Aut
cetera alio tempore didicimus in templo columbe
vendebantur. Et quid per columbas nisi spiritus sanctus
accipitur. Et vendentes et ementes e templo
eliminat quia vel eos qui per impositionem manuum
tribuunt vel eos qui spiritum sanctum emunt
dampnat. De quo templo mox subditur. Domus
mea domus orationis est vos autem fecistis illam
speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera
in templo residebat profecto quibusdam non dan-
tibus lesiones exquirerent dubium non erat.
Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat
quia ad hoc in templo assistere noverant ut
aut non dantes munera perderent corporaliter
persequi aut dantes spiritaliter necarent.
Anima vero redemptor noster predicatoribus ubi ne
indignus et ingratus subtrahit postquam
discipline vigorem exercendo perversos re-
munit domum moris gratie ostendit quam subditur
Erat docens cotidie in templo. Hec nimirum hy-
storia breviter tractando transcurrimus,
sed quia cuncta iam verba nominis atque custodes
sua in melius commutata quia expulsos
latrones a templo atque iam ipsum templum esse
scimus, debemus ex rebus exterioribus interior-
sum aliquam similitudinem trahere atque ex ipsis
eversis parietibus morum ruinam timere.

Videns enim civitatem flevit super illam dicens
Quia si cognovisses et tu. Hoc semel egit
in peritura civitate eversionem nuntians. Hoc cot-
tidie redemptor noster per electos suos agere
in ecclesia non cessat cum quosdam ex bona
vita ad mores reprobos pervenisse cognoscit.
Plangit enim eos qui nesciunt cur plan-
gantur. Quia iuxta Salomonis verba letantur
cum male fecerint et exultant in rebus pessi-
mis. Qui si dampnationem suam que eis imminet
agnovissent, semetipsos cum lacrimis electorum pla-
gerent. Bene autem perverse anime forma que
subditur convenit. Et quidem in hac die tua
que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab
oculis tuis. Quasi hic diem habet anima perversa
que transitorio gaudet in tempore. Cui ea que
adsunt ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus
letatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis
voluptate resolvitur, dum nulla venture pene
formidine terretur, pacem habet in die sua,
que grave dampnationis sue scandalum
habebit aliena. Ibi enim affligenda est ubi
iusti letabuntur, et cuncta que modo ei ad pacem
sunt, tunc in amaritudinem conversa veniunt,
quia rixari secum incipit cur dampnationem
quam pati nunc expavit non prospexerit
malis sequentibus oculos mentis clausit.
Unde ei dicitur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Perversa quippe anima rebus presentibus dedita
et carnis voluptatibus resoluta abscon-
dit sibi mala sequentia, quia previdere futura
refugit que presentem leticiam perturbet, cumque
in presentis vite oblectatione se deserit, quid
ad quam clausis oculis ad ignem vadit? Un-
de scriptum est. In die bonorum ne imme-
mor sis malorum. Unde per Paulum dicitur. Qui
gaudent tamquam non gaudentes sint,
quia et si qua est presentis temporis adesse leti-
cia, ut numquam amaritudo sequentis iudi-
cii recedat a memoria. Unde et ani-
ma dominice ultionis timore transfigitur
quanto minus presens leticia tanto perpetua sub-
sequens erit. Hinc namque scriptum est.
Beatus homo qui semper est pavidus.
Qui vero mentis est dure corruet in
malum. Sequentia enim iudicii tanto

tur districtior portabit quanto nunc et nunc
culpas minime timet. Sequitur. Quia venient
in te dies et circumdabunt te inimici tui vallo.
Quam enim nequiores sunt habitatores anime maiores
inimici quam maligni spiritus qui hanc a corpore
exeuntem obsident quam in carnis amore
pollutam deceptoriis delectationibus fouerunt.
Quam vallo circumdant quia ante mentis eius ocu-
los reductis iniquitatibus quas perpetrauit hanc
ad societatem sue damnationis trahentes
coartant ut in ipsa iam extremitate vite depre-
hensa et quibus hostibus circumclusa sit vi-
deat et tamen euadendi aditum inuenire non
possit quia operari bona non licet que tunc
licuit agere contempsit. De quibus apte
quod sequitur intelligi valet. Circumdabunt
te inimici tui vallo et coangustabunt te un-
dique. Maligni spiritus undique animam angustiant
quam non solum operis verum locutionis atque
insuper cogitationis iniquitates replicant
ut que prius se per multa dilatauit in scele-
re ad extremum de omnibus angustetur in retribu-
tione. Et ad terram prosternent te et filios tu-
os qui in te sunt. Tunc anima peccatrix ter-
ram se esse cognoscit. Terra quam ad terram prosternitur cum caro que
vitam suam credidit redire in puluerem
cogitur. Tunc in morte filii illius cadunt
cum cogitationes illicite que modo ex illa pro-
deunt in extrema vite ultione dissipantur
sicut scriptum est. In illa die peribunt omnes co-
gitationes eorum. Que scilicet cogitationes co-
gitationes etiam per lapides significate valent
intelligi. Et non relinquent in te lapi-
dem. Sequitur. Et non relinquent in te lapi-
dem super lapidem. Peruersa etenim mens cum
peruerse cogitationi adhuc peruersiorem
addiderit quid aliud quam lapidem super lapidem ponit.
Sed in destructa ciuitate super lapidem lapis
non relinquitur quia cum ad ultionem anima ducitur
omnis ab illa cogitationum suarum constructio
dissipatur. Que cur hec patiatur adiungitur.
Eo quod non cognoueris tempus visitationis
tue. Pluribus namque modis omnipotens Deus malam ani-
mam visitare consueuit. Nam assidue
hanc visitat precepto aliquando autem flagel-
lo aliquando vero miraculo ut et vera que nes-
ciebat audiat et tamen adhuc superbiens
atque contempnens aut dolore compuncta re-

deat aut beneficiis deuicta malum quod fecerat
erubescat. Sed quia visitationis sue tempus
minime cognoscit illis in extremo vite in-
imicis traditur cum quibus in eterna
damnatione perpetue societatis religatur.
Sicut scriptum est. Cum vadis cum aduersario
tuo ad principem in via da operam liberari
ab illo ne forte tradat te ad iudicem
et iudex tradat te exactori et exactor
tradat te in carcerem. Aduersarius quippe
noster in via est Dei sermo contrarius nostris carna-
libus desideriis in presenti vita. A quo ipse
liberatur qui preceptis eius humiliter sub-
ditur. Alioquin aduersarius iudici et iudex
tradet eum exactori quia ex sermone Dei con-
temptor reus peccator tenebitur in extremo
iudicio. Quem iudex exactori tradet quia
hunc maligno spiritui ad ultionem trahen-
dum permittit ut compulsa anima ipse ad penam
a corpore exigatur que ei ad culpam sponte
consensit. Exactor mittet in carcerem
quia per malignum spiritum in inferno retruditur
quousque dies iudicii veniat ex quo in
inferni ignibus simul ipse crucietur. Templo-
rum ingressus precipue ciuitatis quia nos ad peneta-
lia anime similitudine trahimus, primus sub-
ditur. Et ingressus in templum cepit eicere
vendentes et ementes de illo. Quod enim templum
Dei in ciuitate est ita in plebe fideli vita
religiosorum. Et sepe nonnulli religionis
habitum sumunt et dum perfectionem ordinum locum
percipiunt sacre religionis officium in commercium
terrene negotiationis trahunt. Vendentes
quippe in templo sunt qui hoc quod quibusdam
iure competit ad premium largiuntur. Justi-
tiam enim vendere est hanc pro premii acceptione
seruare. Ementes vero in templo sunt qui hoc quod iuste ho-
norem persoluere proximo quod iussi sunt noluerunt dum quod re-
inere debita facere contempnunt dato premio
premio emunt peccatum. Quibus bene dicitur domus
mea domus orationis est vos autem fecistis illam
speluncam latronum quia nimirum peruersi ho-
mines locum religionis tenent ibi malitie
sue gladiis occidunt ubi viuificare
proximos orationis sue intercessione debue-
runt. Templum quoque et domus Dei est ipsa
mens atque conscientia fidelium que si qua in lesione

p[ro]ximi p[er]vsas cogitacões p[ro]fert q[ui] i[n] spelunca
latrones resident et simplices gradientes in=
terficiant qui in eos qui in illo rei sunt lesiores
gladios defigunt. Gen[ti]us eni[m] i[n]fidelium ia[m] no[n]
domus orationis s[ed] spelunca latro[num] est qui relicta
i[n]nocentia et simplicitate p[ro]ximitatis illius contra
agere b[e]n[e] valeat p[ro]ximis nocere. Sed quia cot[idie]
p[re]cepta h[abe]t o[mn]ia ubi receptoris n[ost]ri p[er]
sacras paginas i[n]desinenter instruunt nunc
usq[ue] h[oc] agit[ur] q[uo]d s[e]c[u]ndu[m] fuisse p[er]hibet[ur] cu[m] dicit[ur]
Et erat docens cotidie in templo. D[omi]n[u]s eni[m] cu[m]
mente fidelium ad cavenda mala subtiliter
erudit cotidie vita sua in templo. Sed sic
d[omi]n[u]s nobis e[st] quia vitari ubi n[on] aliter cum
d[omi]n[u]s s[ed] c[on]sim[i]l[ite]r formidolose et indesinenter
aspicimus m[od]o h[abe]t q[uod] p[ro] q[ui]ete su[m]pserit d[icit]
In omnibus operibus tuis memorare novissima
tua et in et[er]nu[m] no[n] peccabis. Pensare quippe cot=
tidie debemus q[uod] eum[dem] vocem receptoris
n[ost]ri audimus. Et quidem si sciat d[omi]n[u]s tua qua
ad pacem tibi nu[n]c aut absco[n]dita sunt ab oculis
tuis. D[omi]n[u]s eni[m] d[e]sp[er]ans mox [ex]sup[er]net et ad
h[oc] m[od]i[cu]m eius exit i[n] p[ro]missione retribu=
tione ultionis ultime. Ecce quieta t[em]p[or]is serenitas
videtur debemus pensare malum q[uod] sequi[tur] po=
sitiones gemeres vitare et que co=
misimus peccata indesinenter aspicere aspicientes
flere flentes abstergere. Nulla nos p[ro]spe=
ritas transitorie letitie dissolvat n[ec] metus
m[ente] oculos ea que sunt transitoria observat
ne tenens ad ignem ducat. Si eni[m] d[e]sp[er]itate
pensetur tunc sit penitere iam p[ro]p[ri]u[m] q[uod] ex ore
vitatis cognoscit[ur] cu[m] negligentia et futura no[n]
p[ro]spicientia d[icit]. Et quidem si sciat d[omi]n[u]s tua que
ad pacem tibi nu[n]c aut absco[n]dita sunt ab oculis
tuis. Nam cogitandum valde e[st] q[uam] t[ra]n[sitoriu]m erit no=
bis terribilis hora mortis resolucionis q[ui] pavor
metus q[ua]ta tunc o[mn]i[u]m malorum memoria q[ue]
oblivio transacte felicitatis que formido et co=
siderationis m[er]itus i[n]nui d[e]p[ro] ac de nob[is] tempo=
ribus ad delectationem debi[tu]m q[uod] cu[n]ctis simul tem=
poralibus no[n] valet transire q[uod] imminet quod
et h[oc] funditus finit[ur] q[uo]d diligit[ur] et id incipit
ubi dolor nu[n]q[uam] finit[ur]. Tunc maligni sp[irit]us
egrediente a[n]i[m]a sua opa req[ui]runt[ur] tunc ma=
la que suaserunt replicant ut secu[m] ad tor=

mentu[m] trahant. Sed cur h[oc] p[re]missa solu[m]mo[do] a[n]i[m]a
d[icit]um[us] cu[m] ad electos quoq[ue] egredientes veniat
et sunt i[n] illos si p[re]valeant aliq[uid] req[ui]rat. Unus at
in hominibus extitit qui an[te] passione[m] suam
libera voce dixit. Iam no[n] multa loquar vo=
biscu[m] venit eni[m] p[ri]nceps mundi huius et in me
no[n] h[ab]et q[ui]cq[uam]. Co[n]tra eni[m] hunc mortale[m] homine[m]
vidit suu[m] i[n] illo mundi p[ri]nceps aliq[uid] invenire
se posse credidit. Sed sine ullo peccato a mundi
corrupcione exiit qui sine peccato ad mundum
venit h[oc] de se coti[die] mundi p[ri]ncipe nec petrus
dic[er]e p[re]su[m]psit qui audire meruit q[uo]dcu[m]q[ue] li=
gaveris sup[er] terra[m] ligata erunt et in celis et
q[uo]dcu[m]q[ue] solveris sup[er] terra[m] soluta erit et in celis
h[oc] nec paulus dic[er]e p[re]su[m]psit qui p[ri]us q[uam]
mortis debitum solveret ad celi tertiu[m] secre=
tu[m] p[er]venit h[oc] n[ec] iohannes ausus e[st] dic[er]e qui
p[ro] amore p[ri]cipuo in receptoris sui pectore
Nunquam homo in vitam eternam intrasset
Laudemus et benedicamus dominum nostrum Ihesum Christum
Qui venit in hunc mundum sanare semivivum istum
Cum etiam filius dei in hunc mundum venire satagebat
Aliquem de quo nasceretur premittere disponebat
Misit quoque angelum qui conceptionem eius nunciavit
Et sanctificationem eius in utero matris intimavit
Hec est beatissima virgo maria
Per quam venit humanitati sanatio sanctio pia
Quod et deus in multis figuris premonstravit
Et gratiam eius multipliciter insinuavit
Rex astyages visionem mirabilem videbat
Qui videbat de ventre filie sue vitem pulcherrimam crescebat
Que frondibus et foliis se amenissime dilatabat
Et fructus proferens totum regnum suum obumbrabat
Dum esset ei per interpretatores hec visio gerat
Ut videlicet de filia sua rex magnus nasciturus erat
Que filia postea hunc cirum regem generavit
Qui filios israel de captivitate liberavit
Hec est litteralis huius visionis significatio
Sed alia est mistica eius prefiguratio
Astiagi monstratum est quod filia sua cirum regem generaret
Ioachim monstratum est quod filia sua christum regem portaret
Cirus rex liberavit filios israel de captivitate babilonica
Et christus rex liberat nos de captivitate dyabolica
Filia quoque regis astiagis figurat mariam
Que protulit mundo vitam veram et piam
Benedicta sis tu summi regis filia
Flos candens et nitens sicut candida lilia
Benedicta sit tue conceptionis annunciatio
Per quam ortum habuit nostre captivitatis liberatio
Benedictus sit deus pater qui te nobis destinavit
Benedictus sit dei filius qui te matrem adoptavit
Benedictus sit spiritus sanctus qui te intus sanctificavit
Benedicti sint utrique parentes qui te mundo generaverunt
Hanc beatissimam filiam et salomon precinebat
Que in utero matris sue sanctificari debebat.

Nam ortum conclusum eam in canticis nominabat
Et fonti signato et sigillato eam comparabat
Quia tamen mirum adhuc in utero conclusam sciebat
Spiritus sanctus ei sanctificationem infundebat
Et sigillo sancte trinitatis sic eam signabat
Quia in eam nunquam aliqua contaminatio intrabat
O maria tuus venter ortus omnium deliciarum
Et fons indeficiens scaturientium aquarum
Ex quo scilicet nobis omnia necessaria fundebat — Num 22
Deus per os balaam ortum eius premittebat
Promisit namque quod de iacob orietur stella
Per quam figuratur maria futura dei cella
Balaam populo israhelitico maledicere cogitabat
Sed spiritus sanctus maledictionem in benedictionem commutabat
Per quod et spiritus sanctus figuraliter ostendebat
Quod nostra maledictio in benedictionem converti debebat
Et hoc fieri mediante quadam puella
Cuius ortum prefigurabat in quadam stella
Hec est sanctissima maria vera stella maris
Fluctuantium conductrix et adiutrix singularis
Sine hac stella non possumus hoc periculosum mare transire
Nec ad portum celestis patrie pervenire
Magnum deus ortum marie per stellam precinebat
Qua nos ad celeste premium inducere disponebat
Gratias agamus deo qui dedit nobis hanc maris stellam
Per quam effugere possimus huius maris periculosam procellam
O peccator quicunque peccasti noli desperare
Sed hanc benedictam stellam attente contemplare
In dubiis in periculis et necessitatibus ipsam intuere
Ipsa dirigit ipsa protegit ipsa perducit vere
Hanc stellam theophilus respexit
Et ipsa eum pie ad portum salutis suscepit
O bone ihesu da nobis hanc stellam contemplari
Ut a cunctis periculis per ipsam mereamur liberari Amen

Capitulum Quartum de nativitate benedicte virginis

In precedenti capitulo audivimus de beate virginis annunciatione
Consequenter audiamus de ipsius ortu sive generatione
Progenies marie processum habuit de stirpe yesse patris david
De quo ysaias propheta plenarie vaticinavit
Prophetia cuius sic legitur hec esse
Egredietur virga de radice yesse — ysa 2
Flos de radice eius ascendet
Super quem septiformis gratia requiescet
Hec virga est maria fecundata per celestem rorem
Que produxit nobis dominum amenissimum florem
In hoc flore inveniuntur septem medicamina bona
Per que signantur sancti spiritus vii dona
In hoc flore inveniuntur tactus odor fructus
Color folia succus et gustus
Hec septem egritudinibus anime sunt valde medicinalia
Contra septem peccata mortalia
Tactus huius floris hoc timor superbie opponatur
Et dono timoris ad cognitiones sui humiliatur
Quia non cogitat quomodo ... lucifer propter superbie tumorem
Humiliat se et capit habere dei timorem
Si enim deus altificatos et angelos noluit superbia sustinere
Multo minus vult homines superbientes penitus habere

Ipi hebant gras vn̄ q̄dam potant gloriari
Et hꝫ p̄ut sumos hō de quo potant (potuit) eleuari
Odor huius flor̄ dulcia i mūdicordis mollificat
Et dono pietatis ad ꝯpassioēꝫ afflictoꝝ dilatat
Mundus n̄ ad nllius ꝯpassioēꝫ ꝯmouet
Unus at si afflicto ꝯpatit̄ ⁊ misꝫt
Ut g° suscipit deoꝫ i exempla sui saluatoris
Omis ꝯpassiuus est afflictis i oibꝫ hor̄
Exemplo dn̄i nr̄i ihū xp̄i flet cū flentibꝫ
Et ꝯpatit̄ ta i cor̄ q̄ i aīa pacientibus
Fructu huius flor̄ verpania huius flor̄ me rmonet
Et dono sc̄e hō decent̄ ꝯu̾sari cū hoīb; edocet̄
Hō natu d⁹ nllam hꝫ mcr̄ distoēꝫ
Et io nescit bona ⁊ decente ꝯu̾satoēꝫ
Domi sc̄e masuetu ē ⁊ suaue
Et doꝫ bn̄ ꝯu̾sari in domo nacōis p̄ue
Ut g° huius flor̄ fructu .i. xp̄i opa voluit imitari
Ex ip̄is opibꝫ distat cū hoībꝫ bn̄ ꝯu̾sari debite
Colore huius flor̄ p alijs attidie ꝯpulsat̄
Et dono fortitudis .i. ad abstinēdm̄ hō corrobat̄
Nulla n̄ sent̄ pena n̄c vet̄ laboꝫ
Ut mtinet̄ huius flor̄ .i. crifixi coloꝫ (aīat̄)
Si em̄ elephas aspectu sagnis mrie adpugnādm̄
Mlto mag̾ hō aspctu sagnis xp̄i ad laboꝫ fortificat̄
Ut g° deuote ip̄ius ros̄m coloꝫ huius flor̄
Silaiter ꝯpat̄ ⁊ sustinet oibꝫ hor̄
Folijs huius flor̄ ydropis auacie ꝯfugat̄
Et p donm̄ ꝯsili sit̄ p̄cuniaꝝ refrenat̄
Folia huius floris sūt v̄ba xp̄i ⁊ ei⁹ doctina
Que ꝯsul̾ ꝯtēpne tpalia q̄re diuina
Auarus hat doctna diligit studꝫ r̄tinere
Sic spm̄ ꝯsilij in se p̄hibet̄ habere
Et ttūs no ciiat tpalia ꝯgg̾are
Sicut hꝫ pat⁹ indigētibꝫ mistrare
Semi huius flor̄ rplecōe gulcoꝯpmit̄
Et dono itt̄cs sēꝯ ꝯgtōis arnit̄
Gut⁹ n̄ hꝫ coloꝫ vride q̄ visu clarificat
Et donm̄ itt̄cs sens⁹ ad cogicoēꝫ celesti ill̄mat
Gulos⁹ n̄ no ꝯgnosc̄t celestia s̾m trrestia
Hꝫ donm̄ itt̄cs doꝫ p trrestria ꝯgnosc̄e celestia
Ut si videm⁹ claꝝ solem et delectabiles floꝫ
Cogitam⁹ claꝝ ⁊ delecta̾bꝫ ee illoꝝ datorem
Gustu huius flor̄ delectacōe luxurie carcat̄
Et dono spc̄ .i. sapide sc̄e aīa delectat̄
Cm̄ n̄ gustante sp̄s sc̄a dulcedinē
Omēꝫ delectacōeꝫ carnis reputat ꝯcūitu̾
Sic n̄ gustato melle n̄ sap̄t palato cib⁹ malus
Sic gustato sp̄u sc̄o desip̄it oīs voluptas carnal̄
Q̄ bona mlta do dulcedis tue dn̄e
Q̄ abscondisti timētibꝫ te
Pꝫ q̄ i v̄ga iesse vn̄ maria fit orta
Ꝫ q̄ floꝫ p dnyx̄ pꝫ i clausa porta
Clausa porta i sp̄u ezechiel videbat
Q̄ nūq̄ apiri debebat.

Unus solus p eā clausa volebat trāsire
In q° meo m⁹ eius pturitoīs mire
Intelligat h̾ qui pt
Nō sicut nos nascim̄ ita xp̄s nat⁹ ē
Nō ē mri aprire porta ⁊ trāsire
Hꝫ mirabilit̄ ē vde p clausa porta me
Salomo ā dno tēplū edificauit
In q° misterie ortu bte maria p̄figat̄
Templū salois hūit p̄micia triā
P q̄ signat̄ t̄plex ancila i maria
P̄ma ē vgi̾m q̄ vgi̾tem p̄mo vouit
2a ē martir q̄ martir i aīa fuit
Hūit demq̄ ancola p̄dicatoꝝ ⁊ doctoꝝ
Que ē euangelistaꝝ doctrix ⁊ aploꝝ
Templū erat ꝯstructū de marmore cādido
Et ornatū int̾ius et⁹ auro mūdissimo
Sic maria erat cādida mūdissime castitatis
Et ornata i tūp̾c⁹ auro p̾fecti ssime caritatis
Q̄ p̾ pl̾chra ē casta ꝯnato cū caritate
Q̄ p̾ pl̾chra ē maria ornata caritate pīt ⁊ castitate
In teplo erat scala p̄ q̄ sursū ascēdebat̄
In maria erat diuinitas p̄ q̄ nos ascensū ad celū pabat
O bone ihū da nob mrit̄ tue sc̄issime matris
Sursū ascēd̄e ad gl̾am dei patris amen

Quintū de p̄sentacōe bndicte v̾gis

Nota preti[?] cā audiuim⁹ q° bta v̾g° fuit nata
Spec̄r audiam⁹ q° i teplo fuit dno oblata
Cm̄ ꝯtriennia eēt parentes eā ad teplū attulerunt
Et vt dno suiꝫ ⁊ vitas distat pontifici tradiderunt
Cui⁹ oblatō p mensā sol in sabulo p̄figabat̄
De q̄ p̄ticula histoie breuit̄ audiat̄
Piscatores quida retbe sua i mare p̾ciecerunt
Et tam mirabili mensā aurea extraxerunt
Mensa illa erat tota de auro puro ⁊ mltū p̄ciosa
Et videbat̄ oīm oculis mirim̄ spciosa
Ibidē i littore maris ꝯstā teplū erat edificatū
Et i honoꝫ solis q̄ gētes illa colunt dedicatū
Ad teplū illud mensa illa ē deportata
Et ipi soli tāq̄ do q̄ colebat oblata
Mensa illa p toto mūdo vocata ē h̾c vocabulo
Q̄ ꝯmuniter dicebat̄ mensa sol in sabulo
Sabulū eni arenosa t̾ra apellat̄
Et ibi teplū solis i arenoso loco habebat̄
P mensā g° solis maria pulchra ē figata
Que v̾o soli .i. summo do ē oblata
Mensa solis oblata ē i teplo solis materialis
Maria ē oblata i teplo veri solis etualis
Mensa solis mlti ac magni affectabant videre
Marie ortū tā angli q̄ hoīes desiderabant
Mensa sol̄ sc̄a sc̄a fuit de materia purissima
Maria fuit mēte ⁊ corpore mūdissima
Pulcherrime maria p mensā ē figurata
Que p̄ea celest̄ escam nob ē collata
Nā ip̄a filiū dei ihm xp̄m nob generauit
Q̄ nos suo corp̾e ⁊ sagne oēs refocillauit

Benedicta sit vere beatissima mensa
per quam collata est nobis esca tam salubris et tam immensa
Benedicti sint parentes qui eam genuerunt
Et eam puram parvulam domino deo obtulerunt
In veteri testamento nullum legimus filiam suam deo obtulisse
nisi Jephte quem legitur eam ymmolasse et occidisse
Jephte obtulit filiam suam deo sed in discrimine et nove
Joachim et Anna obtulerunt filiam suam viventem et perfectam
Ipsi vero filiam suam non ymmolaverunt nec occiderunt
Sed vivam ut domino vivo deserviret obtulerunt
Jephte fecit votum quod a sanctis doctoribus vituperatur
Maria fecit votum quod tam a deo quam ab angelis collaudatur
Filia Jephte deflevit quod virgo mori debebat
Maria per votum virginitatis gratiam inveniebat
Illa deflevit quod nullam prolem post se relinquebat
Dolens quod de sua posteritate nullus nasciturus erat
Et ipsa miseriam sue virginitatis deflevit
Set Maria felix et felicissima filium invenit
Filia Jephte oblata est post victoriam pugnationis
Maria oblata est ante victoriam pro victorie collatione
Filia Jephte oblata est pro victoria hostium temporalium
Maria facta est victoria hostium infernalium
Illa dispositione oblata est deo postea finem recepit
Maria per oblationem suam per dominum finivit
Evaluit ad dominum firmiter et quia vita amplexabatur
Sicut in orto illo quasi suspensibilis deus erat prefigurabatur
Quam rex preparavit uxori sue in alta structura platani
De quo per fenestram sua priorem de longe contemplari desiderant
Per quod contemplativa vita Marie designatur
Que per eam celeste contemplacione nitebatur
Ita omni tempore contemplationi et devotioni erat intenta
Nunquam otiosa nunquam feriata est inventa
Sed ante omnia devotioni
Sed ad contemplationi et orationi devotissime se dabat
Sed lectioni et orationi se diligentissime occupabat
Psalmodia et versibus hymnis et canticis iubilando psallebat
Sepius morose et devotione dulcissime
Psalmi cum omni ... in remissione dominum exorabat
Septimanas de adventu Christi secundum legem non cessabat
Quod in scripturis de incarnatione Christi inveniebat
Hoc ostendendo et amplexando dulciter relegebat
Cum cetere virgines ad ipsam conveniebant
Ipsa sola in templo domini esse affectabat
Ipsa manebat et ipsa sedebat
Ipsa legendo et relegendo psallebat
Que in templo domini lavanda ipsa lavabat
Et que mundanda erant ipsa mundabat
Nunquam dormitabat nunquam dormire consuevit
Nisi quando naturalis legittima necessitas exegit
Sed licet dormiret vel dormitaret eius corpus
Tamen semper interior eius vigilabat animus
Et hoc est quod Salomon in eius persona meditatur
Ego dormio et cor meum semper vigilat
Tam prudenter tam humiliter tam devote se habebat
Quod vita ipsius cunctis exemplum vivendi prebebat

Sermo eius valde erat discretus et rarus
Semper dulcis et suavis et nunquam amarus
Nullum pauperem nullum debilem despiciebat
Dulciter omnes salutabat et dulciter respondebat
Ultra quam dici potest humilis erat mitis et devota
Tamquam omnibus virtutibus et dei dotibus decorata tota
Libros prophetarum et sacras scripturas optime intelligebat
Ut potest quia ipse doctor populum informabat
Nunquam in terram ... oculum ut infixe aspexit
Nunquam erecte numquam collum portabat erectum
Oculos interdum deflexos inter homines habebat
Sed cor semper erectum in celum gerebat
O quam bonum quam laudabile potest dici scribi vel tractari
Hec est beatissima virgo que recepit ...
O bone Jhesu da nobis in hoc seculo semper eam laudare
Ut tecum et secum in eternum mereamur habitare

Sermo de desponsatione Marie:

Superiori sermone audivimus quomodo Maria est oblata
Consequenter audiamus quomodo et quare fuerat viro desponsata
Cur deus matrem suam voluit viro desponsari
Decem et octo rationes possunt assignari
Primo ne presumeretur concepisse per peccatum
Et tamquam fornicatrix iudicio condempnaretur
Secundo ut viro solatio et ministerio foveretur
Et quocumque pergeret non solitaria vaga videretur
Tertio ne dyabolo maternitas Christi investigaretur
Et virginem se deum concepisse consideraret
Quarto ut Maria per patrem suum ... honoraretur
Quia plus marito suo quam alicui alteri crederetur
Quinto ut series genealogie per virum texeretur
Et genealogia Christi ad Joseph Marie produceretur
Quos in scriptura et genealogia ducere non ... adversos
Sed tantum ... desponsatos ... coniuges
Sexto ut matrimonium sanctum probaret et approbaret
Et cultus sanctus in ecclesia dominus ostenderet
Septimo ut virginitati in matrimonio servare liceret
Si utrique coniugum votum et placitum teneret
Octavo ut coniugati de salute sua sperarent
Et virgines cum electis a se desperatis cogitarent
Omnes status in ... dominus ad ... reducebat
Et omnes sua virgo et desponsata vidua erat
Omnibus ac statibus ... approbaret
Tamen se dicens magna sic viderentur
Matrimonium ... votum ... approbare
Si tamen debitum ... debitum ... creare
Melior est ut matrimonio castitas vidualis
Sed optima est ... excellit munditia virginalis
Matrimonio debetur fructus tricesimus
Viduis sexagesimus virginibus centesimus
... phylosophus ... dicto
... argumento ... professionis ... autem
Tractat Marie conjugio ... videre ... ...

Luna est lucidior sed sol lucidissimus
Dulcis [illegible] a stella que clarus [illegible]
Dulcior [illegible] amenitas paradisi quam dulcissima celi
Eminens est [illegible] optime dignitas
Quod per hoc in [illegible] sine mentis integritas
Tamen non virginitatem servat carne et mente
Non habet aureolam virginum in carne
Hunc autem mente virgo et non sit virgo corpore
Non perdit aureolam sed [illegible] imminuta
Habet autem aureolam per mentis virginitatem
Insuper primitus per professionem violenter est ablata
Aureola autem perdita per mentis corruptionem
Recuperare potest nisi [illegible] per confessionem
Tunc autem cum voluptate violatur
Illius aureola nulla contritione reparatur
Maria autem fuit virgo in desponsatione [illegible]
Tamen [illegible] virgo in eternum permansisse [illegible]
Et hoc dici potuit quod Sara Raguelis filia
Que septem maritis nupta ab omni corruptione servata
[illegible] fuit desponsata
Et tu virgo permansisti integra et immaculata
Quanto magis potuit [illegible] sponsus hic
Et tu virgo immaculata in eternum permansisti
Si Sara a septem viris custodiri [illegible]
Quanto magis [illegible] non custodiret [illegible]
[illegible] Joseph [illegible] appropinquabat videbat
Splendorem quendam divinum a vultu [illegible]
Et ideo numquam faciem eius intueri audebat
Nisi forte hoc casu aliquo accidebat
Tobias et Sarra [illegible] castitatem servaverunt
Maria et Joseph toto tempore vite sue virginitatem servaverunt
Joseph virgo erat [illegible]
Et divino nutu Marie tanquam custos associatus
Non quod Maria ipsius custodia egeret
Sed ut [illegible] suspicionem [illegible] custodie
Ipsa enim [illegible] custodie [illegible]
Que [illegible] hostili [illegible] custodiebat
Fuit enim duobus custodibus [illegible]
Et aliis duobus custodibus [illegible]
Maria [illegible] virgo [illegible] turris
Comparatur turri cuius [illegible] erat [illegible]
Que defendi poterat ab omnibus hostibus
Duobus [illegible] custodibus [illegible] custodiebatur
Tam fortissima et [illegible] fuit Maria
Eius [illegible] custos erat deus vera sophia
Que [illegible]
Et nunquam [illegible] hostem [illegible]
Maria [illegible] turri David comparatur [illegible]
Que mille clipeis erat munita
Clipei sunt virtutes [illegible]
[illegible] munita erat [illegible] gloria
[illegible] erat munita [illegible] fortia

Et sic superabat omnes temptationes et omnia peccata
Joseph [illegible] temptationes et peccata repellebat
Sed [illegible] radios [illegible] videbat
Tamen Maria virgo [illegible] pulcherrima erat
Tamen nunquam ab aliquo male concupisci poterat
Quia virtus quedam divina [illegible] procedebat
Que [illegible] concupiscentias [illegible] extinguebat
Cedrus [illegible] odore suo fugat serpentes
Sic Maria [illegible] sua depellit malas concupiscentias
Cypressus in vinea florente nequit serpentes [illegible]
Sic Maria nulla concupiscentia potuit appropinquare
Hoc Christe [illegible] nostras concupiscentias [illegible]
Et corda nostra dono tuo clementer [illegible] reple

Septimum de impregnatione [illegible]

Iam preteritis capitulis audivimus de Marie desponsatione
Presenti audiamus de ipsius mirabili impregnatione
Cum [illegible] Maria iam esset Joseph desponsata
Ad domum parentum in Nazareth est [illegible]
Interim autem et Joseph [illegible] nuptiarum intendebat
Ipso nesciente per spiritum sanctum Maria concipiebat
Non est suspicandum quod angelus invenit eam [illegible]
Cum solus deo placuit et [illegible] omnibus [illegible]
Ipsa non [illegible] divina solo [illegible]
[illegible] Thamar cum viro familiariter [illegible]
Sed tamen Sara filia Raguel [illegible] viro desiderabat
Et tamen Judith solitaria manens ieiuniis [illegible]
[illegible] Joseph [illegible]
Et tunc [illegible]
Impossibile est [illegible] fornicationem [illegible]
[illegible]
Non erat commessatrix non potatrix non [illegible]
Non [illegible] non saltatrix non [illegible]
Publica loca semper vitabat et quantum potuit fugiebat
Solitariam vitam contemplativam amplectabatur et diligebat
Omnia mundana solacia et gaudia aspernabat
Tantum in rebus divinis et celestibus delectabatur
[illegible] sua in templo domini manebat
Ubi cum nullo viro aliquid [illegible]
Et [illegible] ad domum parentum [illegible]
[illegible] in cubiculo clausa in orationibus perseverabat
[illegible]
[illegible] nunquam alicui [illegible] dedit occasionem
Forsan in ea completum est [illegible]
Forsan in ea impletum est [illegible]
Ecce virgo concipiet et pariet filium
Hec est forte illa de qua [illegible] Jacob puella
[illegible] Balaam [illegible] stella
In quo [illegible]
Quod filius dei nasci de virgine debebat
Hec virgo [illegible] virgo [illegible] esse
Que [illegible] de radice [illegible] Jesse
Forsan hec est illa virgo de qua [illegible] nascetur
[illegible] filius Jesse nasciturus prophetatur

Mundus autem nescius debebat sanctissima virgo praestimari
Ideo castissimus Joseph erat sponsus matris Christi
Non sum ergo dignus cum tali virgine habitare
Quia per eam expedit in contemplatione impeditur esse
Et ne forte aliqua sinistra suspicio in populo oriatur
Oportet ut occulte et valde caute dimittatur
Joseph indignum se reputans timuit cum Maria habitare
Sicut Johannes qui non fuit ausus Christum baptizare
Centurio rogavit Christum ne sub tectum suum intraret
Petrus rogavit eum ut de navi sua exiret
Mulier Sunamitis timuit cohabitationem Helie
Sicut Joseph cohabitationem matris Dei male
Cum ergo Joseph Mariam accipere trepidaret
Missus est angelus Domini qui mentem eius solidaret
Et dixit ei virginem dimittendam non esse
Et non ab homine sed a spiritu sancto concepisse
Maria autem concepit tamen inviolabilis et tamen incorrupta
Sicut Moysi in rubo ardenti praeostensum
Rubus sustinuit ignem et non perdidit viriditatem
Maria concepit filium et non amisit virginitatem
Dominus ipse habitavit in ipso rubo ardente
Et idem Deus habitavit in Maria quomodo venire
Deus descendit in rubum ut educeret Iudaeos de Egypto
Descendit in Mariam ut eriperet nos ab inferno
Descendit Deus in rubum propter Iudaeorum liberationem
Descendit in Mariam propter nostram omnium redemptionem
Cum autem incarnari volebat
Mariam solam pro omnibus mulieribus mundi eligebat
Judic 6 Et hoc fuit in vellere Gedeonis praefiguratum
Quod caelesti rore legitur esse madidatum
Solum enim vellus caelestem rorem capiebat
Et tota terra circumiacens sicca manebat
Ita Maria sola divino rore replebatur
Et in toto mundo nulla alia digna inveniebatur
Multe enim filie congregaverunt divitias
Maria autem sola supergressa est universas
Dant Gedeon ut signum Dei in vellere daretur
Si in per eum filios Israel ab hostibus suis liberaret
Repleto ergo vellere signum erat liberationis
Concepto Maria signum extitit nostrae redemptionis
Vellus ergo Gedeonis est benedicta virgo Maria
De quo vellere fecit tunicam sibi vera sophia
Qua vestiri voluit tunica nostre humanitatis
Ut nos vestiret veste perpetue iocunditatis
Vellus Gedeonis suscepit rorem sine lane lesione
Maria concepit filium sine carnis corruptione
Gedeon expressit rorem et concham implevit
Maria enixa est filium qui totum mundum gratia replevit
Erat autem conceptio Mariae facta per annunciationem Gabrielis
Quae figurata est in servo Abrahe et Rebecca Bathuelis
Abraham misit Eleazar servum suum pro virgine querere
Quam filium suum Isaac sponsam deberet habere
Rebecca autem nuncio Abrahe petenti potum tribuebat
Et ideo eam filio domini sui in sponsam eligebat
Sic pater caelestis misit in mundum archangelum Gabrielem
Qui filio suo quaereret filiam in matrem

Virgine

Gabriel ad virginem de castissima Maria venit
Quae de potu idest incarnatione sua genus humanum dedit
Rebecca non solum nuncium sed et camelos potavit
Maria tam angelis quam hominibus vitae fonte propinavit
O bone Jesu da nobis tuam incarnationem ita venerari
Ut poculo fontis vitae in aeternum mereamur satiari

Octavum de nativitate Christi capitulum

In praeterito capitulo audivimus de Christi conceptione
Nunc audiamus de ipsius humana generatione
Hanc generationem non solum angeli videre desiderabant
Sed et patres sancti desiderantes expectabant et clamabant
Emitte agnum tuum dominatorem terrae
Emitte lucem et veritatem tuam Deus aeterne
Ostende nobis faciem tuam et salvi erimus
Ostende filium tuum quem desideramus et quaerimus
Utinam disrumperes caelos et descenderes
Ut nos de captivitate dyaboli defenderes
Domine inclina caelos tuos et descende
Ad liberandum nos dexteram maiestatis tuae extende
Memento miserationum tuarum antiquarum
Veni et eripe nos de potestate tenebrarum
Veni Domine cito festina et noli tardare
Relaxa facinora plebis tuae et incarnare
Nullus angelus nullus homo sufficit nos liberare
Libera nos tu pie Domine qui dignatus es nos creare
Misertus quoque primis desideriis assumpsit humanitatem
Ut destrueret hominis dyabolicam captivitatem
Qui olim dixit penitet me fecisse hominem
Factus est homo ut liberaret captivum hominem
Et praefiguratum hoc fuit in pincerna Pharaonis Gen 40
Qui in carcere positus vidit sompnium suae liberationis
Videbatur sibi quod coram se vitis de terra excrescebat
Quae in se tres propagines sive tres ramos habebat
Vitis excreta uvas non protulit in momento statim
Sed incepit florere et uvas producere paulatim
Captivus et ciphum Pharaonis manu tenebat
Et uvas in eum exprimens poculum Pharaoni offerebat
Post hoc audivit huius sompnii interpretationem
Quod post tres dies obtineret liberationem
Ista fuit huius sompnii litteralis expositio
Sed alia est mistica eius mistica praefiguratio
Ante salvatoris nostri humanam nativitatem
Sustinuit humanum genus miserabilem captivitatem
Tandem vitis id est virgo de terra id est de Maria excrescebat
Quae tres propagines id est tres res mirabiles in se habebat
Habuit namque Christus in se carnem animam et deitatem
Quae destruxerunt nostram captivitatem
Vel tres propagines sunt tres personae sanctae trinitatis
Quae liberaverunt nos de carcere dyabolicae potestatis
Non tamen statim post ortum humanum genus est liberatum
Sed quando vinum passionis suae in ciphum caelestem est oblatum
Et postquam hoc vinum in passione est expressum
Genus humanum de captivitate est egressum
Hoc vinum regem caelestem ita inebriavit
Quod omnes offensas humano generi liberaliter relaxavit.

Hoc eciam dum deus misericordie reliquit
Et pro cottidiana oblacione sub sacramento instituit
Ut in sua die regi celesti pro mundi offensa offeratur
Et ita non esset in quo deus a mundo non offendatur
Benedicta sit salvatoris nostri clemencia divina
A qua data est nobis tam salubris medicina
Benedicta sit sanctissima virgo maria
Ex qua processit tam saluberrima vitis et tam pia
Cum enim christus nasceretur vinee engadi floruerunt
Et vinum pro vite figuratum venisse ostenderunt
Benedicta sit ihesu christi salvatoris nostri nativitas
De qua orta est angelis et hominibus tanta utilitas
Per ipsam enim est homo de captivitate dyaboli liberatus
Et per ipsam est lapsus angelorum reparatus
Ecce audivimus nativitatis christi utilitatem
Audiamus eciam nativitatis modum et qualitatem
Modus figuratus est in virga aaron amigdalina
Que floruit et fructificavit virtute divina
Sicut enim illa virga mirabiliter contra naturam germinavit
Ita maria supra ordinem nature mirabiliter filium generavit
Virga aaron protulit fructum sine plantacione
Ita maria genuit filium sine virili commixtione
Virga florens aaron signum sacerdocio monstravit
Maria pariens magnum nobis sacerdotem portavit
In testa amigdalinum dulcis nucleus latebat // erat
In testa carnis christi dulcissima divinitas abscondita //
In virga aaron invenimus frondium viriditatem
Florum suavitatem et fructuum ubertatem
Sic maria habuit viriditatem virginitatis
Suavitatem pietatis et ubertatem perpetue sanctitatis
Non solum autem christus ortum suum iudeis prenunciavit
Sed et paganis patefacere non renuit
Non enim pro iudeis tantum veniebat
Sed omnes salvos facere intendebat
Erat illo tempore octavianus qui toti orbi dominabatur
Et ille a romanis tamquam deus reputabatur
Ipse autem sibillam prophetissam consulebat
Si in mundo aliquis eo maior futurus erat
Eodem die quo christus in iudea nascebatur
Sibilla rome circulum aureum circa solem contemplabatur
In circulo virgo pulcherrima residebat
Que puerum speciosissimum in gremio gerebat
Quod illa cesari octaviano monstravit
Et regem potenciorem ipso natum esse intimavit
O quam potens est iste rex regum et dominus dominatorum
Qui humanum genus liberavit de captivitate demoniorum
Potenciam huius regis cesar augustus formidavit
Et ab hominibus deus vocari et reputari recusavit
O bone ihesu da nobis ita tuam honorare nativitatem
Ut non incidamus iterato dyaboli captivitatem

Nonum de adventu magorum

In precedenti capitulo audivimus de christi generacione
Consequenter audiamus de magorum oblacione
Eodem die quo christus in iudea fuit natus
Ortus eius tribus magis in oriente est nunciatus
Videbant namque stellam novam in qua puer apparebat
Et super caput eius crux aurea splendebat — Crux Christi in passione
Audierunt vocem quandam dicentem sibi
Ite in iudeam et novum regem natum invenietis ibi
Tres igitur isti festinanter in iudeam pergebant
Et regi celi nato sua munera offerebant
Hii tres magi per tres robustos figurati fuerunt — 2° Re 23
Qui regi david aquam de cisterna bethlehem attulerunt
Istorum robustorum virtus et audacia multum commendatur
Sic magorum adventus et oblacio valde approbatur
Tres robusti exercitum inimicorum non timuerunt
Sed viriliter castra eorum irrumpentes aquam hauserunt
Sic tres magi potenciam herodis non formidaverunt
Sed audacter in iudeam intrantes de novo rege interrogaverunt
Caspar melchior balthasar nomina sunt magorum
Abisay sobacai banaias nomina robustorum
Tres robusti perrexerunt bethlehem pro aqua cisterne
Tres magi venerunt bethlehem pro aqua gracie eterne
Tres robusti hauserunt aquam de cisterna terrestri
Tres magi susceperunt aquam gracie de pincerna celesti
Figurabat quoque illa bethlehemitica cisterna
Quod in bethlehem nasciturus erat celestis pincerna
Qui propinaret aquam gracie omni se sicienti
Et daret aquam vite gratis precium non habenti
David rex aquam allatam domino pro graciarum accione offerebat
Gaudens et exultans quod tam robustos viros habebat
Christus autem rex celi gloriose gaudebat et exultabat
Cum adventus magorum conversionem gencium figurabat
David rex videtur sitisse non aquam sed suorum virtutem
Christus perhibetur sitisse nostram conversionem et salutem
Tres robusti bethlehem / magi de oriente brevi hora / tempore pervenerunt
Si queritur quomodo tantum spacium tam cito potuerunt transmeare
Dicendum quod christo nato non erat impossibile hoc dare
Qui enim duxit abakuk de iudea subito in babilonem
Cito perducere potuit magos de oriente in iudeorum regionem
Venientes igitur magi in bethlehem coram puero procidebant
Aurum thus et mirram ei offerebant
Figura huius novi regis et eius oblacionis
Innuitata fuit olim in regno regis salomonis — 3° Re 10
Salomon rex licet puer esset tamen sapientissimus fuit
Christus puer factus non minus sapiens quam ante extitit
Salomon rex residebat in throno de ebore mundissimo
Qui vestitus erat auro optimo et purissimo
Universi reges terre regem salomonem videre desiderabant
Et ei munera preciosissima et carissima portabant
Sed regina saba tanta et talia munera ei offerebat — 3° Re 10
Cuncta prius in regno illo numquam visa erant
Thronus veri salomonis est beatissima virgo maria
In quo residebat ihesus christus vera sophia
Thronus iste factus erat de nobilissimo thesauro
De ebore videlicet candido et fulvo nimis auro /

Ebur ppt sui candorem et frigiditatem
Designat virginalis mundicie castitatem
Ebur antiquum capit colorem rubeum
Sic antiqua et longa castitas reputat martirium
Aurum quod in valore suo precellit omne metallum
Significat karitatem que mater est omnium virtutum
Maria quasi domus eburnea propter virginalem castitatem
Et auro vestita propter eius sanctissimam karitatem
Et pulchre virginitati coniungitur karitas
Nam sine karitate coram deo nichil reputatur virginitas
Et sicut fur non timet lampadem non ardentem
Sic dyabolus non timet virginem karitatem non habentem
Tronus salomonis super tres gradus erat exaltatus
Et maria supercellit trium sexus status
Supercellit in statu patriarcharum prophetarum apostolorum
Statum quoque martirum confessorum atque virginum
Vel sex gradus thronus salomonis habebat
Nam post sex etates mundi maria nata erat
Duodecim super sex gradus thronum exornabant
Nam xii apostoli marie tamquam regine celi ministrabant
Vel xii leunculi thronum decorauerunt
Nam xii patriarche progenitores marie fuerunt
Duos leones magnos thronus habebat
Nam duas tabulas preceptorum maria corde et opere retinebat
Summitas ipsius throni erat rotunda
Nam maria erat sine angulo sordium et tota munda
Due manus sedile hinc inde tenebant
Nam pater et spiritus sanctus numquam a matre filii recedebant
Hic est thronus verus quem rex salomon sibi fecerat
Et in omnibus regnis mundi tale opus non erat
Magi qui venientes aspexerunt numquam talia
Qui puero tali viderunt congrua et non alia
Aurum nam propter sui nobilitatem munus est regale
Per quod ostendebant puerum regem esse et deceret tale
Thus autem oblacio erat sacerdotalis
Et puer iste erat sacerdos cui numquam fuit equalis
Cum mirra solebat antiquitus corpora mortuorum condire
Et christus sacerdos rex voluit pro salute nostra mortem subire
Nos autem debemus christo offerre aurum dilectionis
Eo quod pro nostra dilectione subiit penam amare passionis
Thus deuote laudis et gratiarum actionem
Et mirram compassionis pro mortis eius recordacionem
Hoc ihesu da nobis ita te diligere et tibi condolere
Ut te in celis perhenniter mereamur videre Amen

Decimum de purificatione marie

Imperatrix celorum audiuimus quomodo christus fuit a magis adoratus
Consequenter audiamus quomodo in templo fuit domino presentatus
Quadragesima die post eius natiuitatem
Peregit virgo beata purificationis sue solempnitatem
Licet ipsa non haberet necesse de purificatione
Nam conceperat filium sine virili commixtione
Voluit tamen purificari ut preciperent virtuti legis exequeretur
Ne preuaricatrix legis esse presumeretur
Preuaricatrix legis ipsa numquam erat
Nam omnia que legis erant diligentissime tenebat
Quapropter ipsa per archam testamenti est prefigurata
In qua inclusa erant omnia legis mandata
In archa enim erant due lapidee tabule moysi
In quibus erant scripta decem precepta dei
Que propter legentium et audientium utilitatem annotabo
Et breui quadam glosula ipsa elucidabo x precepta
Primum est deos alienos non adorabis
Idest verum deum colas et super omnia nichil amabis
Secundum est non assumes in vanum nomen dei tui / nomen sui
Idest non blasphemabis non iurabis indebite pro nichilo
Tercium est memento ut diem sabbati sanctifices
Ut scilicet in eo non peraces mortalia et opera illiciata vites
Quartum est honora parentes tuos ipsis debite obediendo
Necessaria ministrando et animabus eorum impendendo
Quintum est ne occides non opere negligencia cogitacione
Consilio consensu malo exemplo nec aliqua occasione
Sextum est videlicet non mechaberis cogitando operando
Nec in mundicia ulla fornicacionem aliquam sustinendo
Septimum est non furaberis aliena modo quolibet attrahendo
Nec aliena in vita domino suo ex iniusta retinendo
Octauum est non falsum testimonium contra proximum tuum dicas
Idest omne mendacium et dolum et detractiones deuites
Nonum est domum vel agrum proximi tui non debes desiderare
Tali videlicet mente quod velles ea cum suo dampno adoptare
Decimum est uxorem seruum vel ancillam proximi tui non concupisces
Per res immobiles istas et mobiles intelligas
Quando ultra precepta in nullo videntur discrepare
Nisi quod res immobiles et mobiles voluit designare
Omnia ipsa mandata maria diligenter obseruabat
Et ideo archa testamenti ipsam figaliter prefigurabat
Archa testamenti et librum legis id est deuteronomium continebat
Et maria libros sacre scripture libenter legebat et audiebat
In archa etiam erat virga aaron que quondam floruit
Et maria floruit et fructum fecit et virginitatem suam protulit
Archa et urnam auream cum manna continebat
Et maria verum manna celi nobis afferebat
Archa testamenti de ligno sethim imputribili erat facta
Et maria in puluerem vel in putredinem numquam est redacta
Archa quatuor circulos aureos in lateribus habebat
Et maria quatuor virtutes cardinales in se gerebat
Que sunt temperancia prudencia fortitudo iusticia
Que sunt omnium virtutum radices et inicia
Archa habebat duos vectes aureos quibus portabatur
Per quos duplex karitas videlicet dei et proximi in maria designatur
Archa etiam intus et foris deaurata erat
Maria intus et foris virtutibus resplendebat
Insuper ipsa pulchre figurata est in candelabro aureo xx
Quod lucebat ierosolimis in domini templo
Super quod septem lampades ardentes stabant
Que vii opera misericordie in maria figurabant
Que sunt in ista esurientem potare sitientem
Vestire nudum et colligere hospicium non habentem
Infirmos visitare et victos captiuos vel liberare
Mortuos sepelire et necessaria funeralia ministrare
Nullus dubitet opera misericordie in maria plenarie fuisse
Quam nouimus pie karitate virginem misericordie perfectionem exercuisse
Quando nunc nunc totius opera misericordie non adimpleret

Pro nostro candelabrum divino igne succensum non lucet
Ipsa enim est candelabrum et ipsa est lucerna
Ipsa est lampas ardens accensum luce superna
Ipsa tota splendens est et tota luminosa
Ipsa aurora rutilans et magis sole radiosa
Ipsa lux et splendor super omnia astra celorum
Ipsa est luna que noctem fugat mundi et lux angelorum
Hoc candelabrum et eius candelam honoramus
Nos in festo purificationis cum accensas baiulamus
Maria enim Domino candelam in sua purificatione offerebat
Quam Symeon lumen ad revelationem gentium prenunciabat
Christus Marie filius est accensa candela
Propter triplices materias que inveniuntur ~~accensa~~ in ea
Sunt enim in candela ignis licinium et cera
Et in Christo erant caro et anima et divinitas vera
Hec candela pro humano genere Deo est oblata
Per quam nox tenebrarum nostrarum est illuminata
Oblatio huius dulcissime et gloriose candele
Quondam figurata fuerat in puero Samuele
Anna uxor Elchane sterilis existens prolem non habebat
Et pro puero Domino exorans lacrimas ubertim fundebat
Anne quoque filii Deus contra morem nature filium donavit
Marie Deus super cursum nature filium inspiravit
Anna filium suum Samuelem vocatum obtulit eum Domino Deo
Maria filium suum Ihesum appellatum eum obtulit patri suo vero
Anna obtulit filium qui Iudeos erat propugnaturus
Maria obtulit filium qui mundum erat protecturus
Filius Anne postea a Iudeis est refutatus
Filius Marie a Iudeis est morte turpissima condempnatus
Et hoc est quod Symeon Marie prophetando predicebat
Quod gladius filii sui ipsius animam pertransire debebat
O bone Ihesu da nobis purificationem tuam ita venerari
Ut in templo celesti mereamur manibus angelorum presentari

Undecimum capitulum. De fuga Christi in Egyptum

In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus est oblatus
Nunc audiamus quomodo in Egyptum est fugatus
Cum enim rex Herodes quereret occidere Christum
Joseph premonitus ab angelo fugit cum eo in Egyptum
Statim cum Christus Maria et Joseph Egyptum intraverunt
Omnia ydola Egypti et statue corruerunt
Et hoc quondam Jeremias Egyptiis prophetaverat
Cum in Egyptum per captivitatem ductus fuerat
Qui cum Egyptii suam prophetiam audivissent
Sciscitabantur ab eo si aliqua in Egypto mirabilia futura essent
Qui dixit eis quod in futuro quedam virgo esset paritura
Et tunc omnes dii et omnia ydola Egypti essent ruitura
Egyptii ergo puerum in potestatem diis suis indicaverunt
Et quia hec sic evenerit exhiberent ut recognoverunt
Ymaginem quoque virginis cum puero pulcherrime sculpebat
Et hic divinos honores maximos summo modo exhibebat
Interrogati ergo a Ptolomeo cur hoc agerent
Dixerunt quod hanc prophetiam adhuc implendam fore expectarent
Hec autem prophetia quam prophetavit sanctus iste propheta
Modo quando Christus cum matre sua intravit Egyptum est impleta

Nam omnia ydola Egypti et statue corruerunt
Et virginem sicut predixit fuerat peperisse indicaverunt
Hoc Deus est prefiguratum fuerat in Moyse et Pharaone
In confractione sui Hamonis corone
Pharao enim rex Egypti coronam regalem habebat
In qua ymago dei Hamonis artificialiter sculpta erat
Vaticinatum est Egyptiis quod de Iudeis quidam puer nasceretur
Per quem populus Iudaicus liberaretur et Egyptus destrueretur
Precepit ergo Pharao ut Iudei pueros suos in flumen proicerent
Ut sic illum quem timebat perire intimerent
Amram autem et Jochabed convenerunt se abstinere proposuerunt
Nam malebant carere liberis quam adnecare partum
Receperunt autem rursum adeo ut se cohabitarent
Nam puerum quem Egyptii timuerunt ipsi generarent
Concepit ergo Jochabed et peperit pulcherrimum filium
Et abscondit eum tribus mensibus intra suum domicilium
Cum autem diutius eum occultare non valebat
In fiscella eum includens in flumine exponebat
Eadem hora filia Pharaonis iuxta flumen deambulabat
Et puerum ipsum inveniens sibi in filium adoptabat
Quem ipsa Moysen vocatum fecit educari
Et postea dum eum regi Pharaoni adduceret presentari
Cui Pharao alludens coronam suam imponebat
Quam ipse puer ad terram proiciens confringebat
Quod videns quidam pontifex ydolorum exclamavit
Hic est puer quem nobis occidendum Deus innuit
Cumque evaginato gladio ipsum occidere voluisset
Dixerunt quidam quod puer per insipientiam fecisset
In cuius rei argumentum carbones vivos ei quidam offerebat
De quibus puer mittens unum in os suum proiciebat
Salvatus est ergo Moyses mirum dictu et vixit
Et postea totum populum de servitute egyptiaca eduxit
Sed quid enarranda sunt de puero isto
Figuravit per totum quod evenit puero Ihesu Christo
Rex Pharao Iudeos pueros suos submergere coegit
Et ut primum Moysen perimeret submergentes perthegit
Ita rex Herodes omnes pueros in Bethleem occidi mandavit
Nam puerum Ihesum perire cum eis occidere affectavit
Moyses mirabiliter salvatus est a nece Pharaonis
Sic Christus mirabiliter a gladio Herodis
Moyses natus est ut filios Israel educeret de Egypto
Christus hoc fecit ut eriperet nos de inferno
Moyses dei Egypti regis coronam confregit
Christus omnia ydola Egypti ad nichilum redegit
Hanc ruinam ydolorum iam statua precedebat
Quam rex Nabuchodonosor in sompnio videbat Dan 3°
Cuius statue caput et collum erant ex auro
Brachia vero ipsius et pectus erant ex argento
Venter autem ymaginis femoraque erant ex ere
Tibia autem ipsius videbantur materias ferri habere
Pedum autem quedam pars erat fictilis et terrena
Quedam autem pars eorum videbatur esse ferrea
De monte autem quidam lapis sine manibus est abscisus
Et in pedes ipsius ymaginis sive ydoli est allisus
Contrivit eam et in pulverem omnino redegit
Et postea idem lapis in montem maximum crevit

Lapis iste figurat filium Dei Ihesum Christum
Qui pro salute generis humani venit in mundum istum
Lapis abscisus est de monte sine manibus
Et Christus natus est de Maria sine tactibus maritalibus
Lapis iste scilicet Christus veniens in Egipto omnia ydola
Sive enea erant sive argentea
Terrea et gemmea et post terrea ferrea
Confregit et fictilia id est omnia que erant terrea
Deus iste materie erant in predicta ymagine sive statua
Et omnia ydola corruerunt de quacumque erant materia
Lapis iste contrita statua in montem magnum excrevit
Quia destructa ydolatria fides Christi per totum mundum inolevit
Vel crescebat contrita statua et magnus est factus
Quia hostis Herodes qui ad nichilum est redactus
Ipse autem Iudeos in Iudea tristabat
Statu et spiritu Deo et hominibus proficiebat
Et tandem crevit in montem celestem tantum
Quod sua immensitate replevit celum et mundum
Et qui ascendit in montem Domini istum
Nisi innocens manibus et mundo corde hic videbit Christum
Non accipiet benedictionem a Domino
Et misericordiam a Deo salutari suo
Hoc vero da nobis ut mundo corde [illegible]
Et in monte Domini ascendentes te sine fine videamus

Duodecimum de baptismo Domini

Postquam audivimus quomodo Christus in Egiptum est fugatus
Consequenter audiamus quomodo in Iordane a Iohanne est baptizatus
Cum enim Christus tricesimum etatis sue annum inchoaret
Venit in Iordanem ut eum Iohannes baptizaret
Non autem filius Dei vivi baptismo non indigebat
Sed pro salute generis humani baptizari volebat
Ut per tactum sue sacratissime carnis aquis daret virtutem
Ut in eis baptizatus et mundatus regnum celorum intret
Et istud in mari eneo quod est in lavatorio erat olim prefiguratum
Quod ante introitum templi Salomonis fuit collocatum
Sacerdotes vero Domini qui templum Domini ingressuri erant
In hoc lavatorio se lavare necesse habebant
Ita omnes qui intrare volunt celeste Domini templum
Necesse habent ut prius laventur per baptismum
Nota Notandum autem quod triplex est baptismus
Videlicet fluminis sanguinis et flaminis
Baptismus fluminis baptizatur per aque mersionem
Baptismus sanguinis per martirii passionem
Baptismus flaminis id est spiritus sancti hoc baptizatur
Si non habet baptismum et contritus baptismo moriatur
Si autem supervixerit non sufficit ei solum propositum
Nisi susceperit ab aliquo saltem aque baptismum
Baptismus ergo aque sive fluminis est summe necessarius
Templum Domini celeste ingredi volentibus
Baptismus ergo fluminis debet fieri in pura aqua
Non in vino non in lacte nec in aliqua materia alia
Quia eneum sive lavatorium factum erat ex ere
In quo confluxerunt artifices qui metalla componere
Ita in qualibet lingua possunt verba baptismi pronunciari
Sed tamen servata forma verborum debet pronunciari

Quilibet et hoc potest conferre baptismum
Si intendit id est facere quod ecclesia instituit faciendum
Quondam boves eneum mare portaverunt
Quia baptismum Christi xii apostoli per totum mundum dilataverunt
Nec pretermittendum est quod hoc lavatorium sive mare eneum
Circumtectum et ornatum non fuit speculis mulierum
Ut ingressuri templum se speculantur et viderent
Si aliquas maculas seu immundicias haberent
Per hoc significabat quod baptizandus requirunt consciencie perspectorem
Vera displicencia et cordis contritione
Unde Iohannes Baptista quibusdam phariseis predicabat
Quos ad baptismum accedere sine contritione videbat
Genimina viperarum quomodo iram futuri iudicii effugietis
Si videlicet per baptismum suscepistis et contritionem non habetis
Qui autem suscepit baptismum cum cordis contritione
Mundatur ab omni peccatorum suorum perditione
Istud est quondam prefiguratum fuit in Naaman Syro
Qui leprosus erat et mundatus est in Iordane modo miro
Naaman erat gentilis et ignorabat Deum
Et tamen venit per curam ad prophetam Dei Eliseum
Et iussu autem Elisei septies in Iordane lavabat
Et statim ab omni lepra sua mundabatur
Heliseus per septenam aque Iordanis lotionem
Significat vii mortalium peccatorum ablutionem
Caro Naaman per Iordanem facta est ut caro parvuli
Ita peccatores per baptismum efficiuntur mundi sicut pueri
Et si statim antequam iterum peccaverint morerentur
Sine omni impedimento regnum celorum ingrederentur
Et hoc innuitur in eo quod celum apertum fuit super Christum
Cum suscepit in Iordane a Iohanne baptismum
Cuique ergo regnum celorum intrare voluerit
Non intrat nisi prius ut Dominus est baptizatus fuerit
Istud est olim prefiguratum fuit in transitu Iordanis
Quando filii Israel terram intraverunt promissionis
Prius enim in Iordane figuraliter baptismum susceperunt
Quam terram eis promissam intraverunt
Sic oportet omnes per lavacrum baptismi transire
Qui desiderant ad eternam terram promissionis pervenire
Archa Domini in medio Iordanis portabatur et ibi stabat
Donec totus populus cum pecoribus suis transmeabat
Aqua vero que erat in superiori parte arche non processit
Sed instar montis maximi se super se congessit
Aqua autem a parte inferiori in mare defluebat
Et inferior alveus Iordanis siccus permanebat
Tulit autem populus xii lapides de Iordanis alveo
Et fecerunt cumulum in littore pro memoriali perpetuo
Quondam lapides de littore in alveum importaverunt
Et in loco ubi archa steterat cumulum fecerunt
Sic quoque omnes alveum Iordanis sicco pede transibat
Et postea flumen Iordanis ad pristinum statum redibat
Archa testamenti que in medio Iordanis stabat
Christum qui in Iordane baptizatus est prefigurabat
In archa erat virga Aaron que quondam floruerat
Et Christus per florem illius virge figuratus erat
In archa et manna celi panis erat
Et Christus est panis vivus qui de celo descendebat
In archa erat Deuteronomius liber legis

Et iste deus ipse est qui dedit legem iudeis
In archa continebantur domini precepta decem
Iam iste deus qui dedit precepta instituit baptisma
Archa de lignis sethim imputribilibus facta fuit
Et xpus licet moreretur et sepeliretur non tamen computruit
Archa erat lignea et tamen intus et extra auro polita
Et xpus erat dives tam in morte quam in vita pro unita
Duodecim lapides testimoniales xij sunt apostoli
Et porte terrarum testificati sunt baptismum xpi
O bone ihesu da nobis baptismum tuum ita venerari
Ut tecum mereamur in perpetua gloria commorari Amen

Capitulum xiij de temptacione xristi le

In precedenti audivimus quomodo xpus a iohanne fuit baptisatus
Nunc audiamus quomodo a dyabolo fuit triplicater temptatus
Post baptismum ductus est ihesus in desertum a spiritu
Et ihesus intravit desertum ex proprio suo instinctu
Non est sic intelligendum quod duxit eum portando
Sicut angelus portavit abacuc in babilonem
Sic et non dyabolus duxit eum super templum
Sed ut facilius intelligatur videamus per exemplum
Hic enim duxit non de loco portando per baiulare
Aliquando enim ponitur inductione vel inductivum significare
Moyses duxit filios israel de egipto
Non quod sequitur quod baiulavit eos in dorso
Sic dyabolus xpum non portando ducendo baiulavit
Sed in forma hominis ei apparens verbis blandis secum ire persuasit
Xpus autem qui pro nobis temptaciones sustinere volebat
Sibi consensit et secum templum et montem ascendebat
Voluit enim xpus temptari pro nostra instruccione
Ut ostenderet neminem posse vivere in mundo sine temptacione
Si enim xpus filius dei a dyabolo temptari voluit
Nullus purus homo sine temptacione vivere posset
Et si forsan homo ab una temptacione liberatur
Statim alia a demonibus ei preparatur
Nunc autem xpus non est temptatus ab uno vicio sed tribus
Nam demones temptant nos viciis multiplicibus
Et si deus sua et angelorum custodia non dedisset
Nullus hominum temptaciones demonum evadere posset
Nam sicut radius solis plenus videtur esse pulveribus
Ita mundus iste plenus est demonibus
Et ideo si aliquem per temptaciones cecidisse videmus
Continuo corde et spiritu debemus
Non statim debemus eum condempnare vel publicare
Sed pocius peccatum eius celare et excusare
Si autem non poterimus excusare factum peccatoris
Excusemus tamen prout poterimus eius intencionem
Si autem tale sit quod nequaquam poterimus excusare
Sed debemus intra nos ingemiscere et cogitare
Quantum plures deterius et ipse cecidisses
Si deus per graciam non te custodivisset
Notandum autem quod temptator xpo fuit tria vicia
Et sunt gula superbia avaricia
Cum enim deus xl diebus et xl noctibus ieiunasset
Suspicatus est sathanas quod famelicus esset
Solet autem dyabolus temptare per illud peccatum

Ad quod videt vel animat eum magis inclinatum
Cum igitur ipsum famelicum esse animaduertit
Cogitabat apud se ut de gula eum temptaret
Temptator primo hominem per gulam invadit
Nam in trassat[illegible] quod abstinens in peccatum vadit
Unde primos parentes de gula primo temptavit
Et ad comedendum fructum prohibitum instigavit
Frustra igitur contra alia vicia nititur aliquis repugnare
Nisi prius gulam et inmoderanciam discat refrenare
Xpus igitur dyabolum in temptacione gule superavit
Et hoc quondam daniel in ydolo bel et dracone prefigurat
In babilone ydolum bel pro deo colebatur
Quod multum comedere et multum bibere dicebatur
Cottidie ei offerebantur panes xij mensurarum
Sex amphore vini et carnes xl ovium coctarum
Sacerdotes autem ydoli per via subterranea noctibus intraverunt
Uxores et liberos secum adducentes hec omnia consumpserunt
Horum vestigia pedum daniel per cineres invenit
Et de licencia regis bel destruens illos interemit
Ibidem et in spelunca draco quidam latitabat
Quem tota gens ista tamquam deum estimabat
Et statutis diebus sacerdos suus cibum ei offerebat
Quem ille gratanter accipiens se ibi permanebat
Daniel autem massam de pice adipe et pilis confecit
Et de licencia dominorum ea in os draconis proiecit
Qua cum comedisset draco statim est ruptus
Et sic uterque devorator per danielem est destructus
Daniel igitur qui istos voratores et gulosos annichilat
Xpum qui temptacionem gule vicit prefigurat
Xpus etiam superavit dyabolum in temptacione superbie
Et hoc figuratum fuit olim in david et necem golie
Golias superbissime de fortitudine sua se iactabat
Et nullum sibi similem inter omnes filios israel estimabat
David autem eum cum funda ad terram proiecit
Et suo gladio cum dei adiutorio eum interfecit
Golias iste gigas superbus tenet figuram luciferi
Qui in regno celorum affectavit similis deo fieri
David autem pastor qui hunc superbum gigantem peremit
Xpus est qui temptaciones superbie viriliter superavit
Temptaciones superbie diverse sunt et ubique valde generales
Nam regnant non tamen inter seculares sed et inter claustrales
Sepe enim quod nulla vicia vincere possunt
Inanis gloria et appetitus laudis humane corrumpunt
Sepe enim sub veste vilissima latitat mens elata
Sicut purpura imperatoris deaurata
Tercio xpus in temptacione avaricie dyabolum superavit
Hoc et david in necem leonis et ursi prefiguravit
Leo enim et ursus quietem avaricia prefigurabat
Nam auferendo de ove rapina perpetrabat
David autem ovem suam eripiens raptorem interfecit
Et xpus superata temptacione avaricie sathanam a se vicit
Devicto autem sathana accesserunt ad eum angeli
Et tamquam victori et triumphanti ministrabant ei
Si ipse pugna decertavit quod dyabolum triumphavit
Ministerio et convivio sociorum angelorum dignus est
O bone ihesu da nobis in cunctis temptacionibus triumphare
Ut tecum mereamur in perhenni gloria exultare etc

Capitulum xiiij^m de curacione marie magdalene

In precedenti capitulo audivimus quomodo dyabolus xpm temptavit
In isto audiamus quomodo xpus mariam magdalenam curavit
Cum ihesus tricesimum annum inciperet et esset baptisatus
Et statim post baptismum a dyabolo est temptatus
Postea cepit ipse populum baptisare et eis predicare
Exemplo et doctrina viam salutis monstrare
In principio sue predicacionis emisit hunc dulcem sonum
Penitenciam agite appropinquavit enim regnum celorum
Cum adventum sui nunc audivit talem sermonem

Fidelis sermo et omni acceptione dignus
Quia per penitenciam intrat regnum celorum peccator malignus
Istud apparuit in peccatrice magdalena
Que fuit vij demoniis i. peccatis mortalibus plena
Que eiecta fuit ab ea per contricionem et penitenciam
Et ipsa misericordiam consecuta est dei clemenciam
Nullus ergo peccator de clemencia dei desperare
Quia deus promptus est cunctis penitentibus peccata relaxare
Ipse semper penitentes ad regnum celorum invocat
Sed cum adventus nulli penitenti fieri poterat
2 Par. 33 Et istud per regem manassen olim prefiguravit
Qui per penitenciam de captivitate in regnum revocavit
Manasses infinitis peccatis offenderat deum
Prophetas suos occiderat et inclitum ysaiam eciam
Tot prophetas ipsum arguentes cruciavit
Ut plateas urbis sanguine prophetarum cruentavit
Sanctum prophetam ysaiam quia ipsum de sceleribus suis redarguit
Cum serra lignea per medium dissecari fecit
Tandem pro multis sceleribus ab hostibus est captivatus
Et in exilium deductus carceri deputatus
Cum quo esset in carcere cepit penitenciam habere
Et ex toto corde commissa scelera deflere
Oravit quoque deum profusis lacrimis clamans
Peccavi nimis domine super numerum arene maris
Et iam non sum dignus videre celi celsitudinem
Pre iniquitatum mearum multitudine
Propter tuam clementissime deus misericordiam
Et malum coram te feci et iniquitatem perpetravi
Misertus dominus est ei sua clemencia
Et misericorditer acceptavit ipsius penitenciam
Quia de carcere et de captivitate ipsum liberavit
Et in regnum suum scilicet urbem revocavit
Per hunc manassen peccator malignus designatur
Qui sine timore peccat deum non curare probatur
Prophetas deum ipsum arguentes occiderat
Cum predicatores et doctores eos audire recusat
Et quando in tempore pertenditur in peccato mortali
Tamen deum probatur esse in captivitate dyaboli
Si autem ex toto corde suo egit penitenciam
Deus paratus est ei succurrere per suam clemenciam
Hoc deus et innuit per quandam parabolam
Quam predixit de filio prodigo secundum lucam
Luce 7

Recedens a patre suo abiit in regionem longinquam
Et ibi luxuriose consumpsit omnem suam substanciam
Et tunc incipiens egere ad quandam villam veniebat
Et uni civi adherens porcos illius pascebat
Filius iste prodigus peccatorem signat
Qui a suo patre celeste recedit quando mortale peccat
Et tunc in regione longinqua est iste filius malus
Quia secundum prophetam longe est a peccatoribus salus
Et tunc luxuriose consumit suam substanciam
Cum sensus suos et vires expendit in malicia
Et tunc adheret uni civi et pascit porcos
Quia scelelibus suis immundos pascit dyabolos alias
Post hec filius prodigus pervenit ad inopiam famis
Qui cupiebat implere ventrem suum siliquis
Tunc ad se reversus penitenciam agere incipiebat
Quia penuria et necessitas ipsum compellebat
In hoc possumus notare salvatoris clemenciam
Qui et peccatores compellit agere penitenciam
Ipsorum enim salutem magis querit et diligit
Quam ipsimet quibus ut nos se allicit
Quandoque enim allicit per internam inspiraciones
Aliquando attrahit per salutiferas predicaciones
Quandoque et allicit per beneficiorum largiciones
Quandoque non compellit per flagellaciones
Ipso enim filius prodigus compellebatur
Quia inopia fame ad patrem suum revertebatur
Videns autem eum pater a longe occurrebat
Et in amplexum et in oscula eius ruebat
Sic deus occurrit penitenti cum gracia preveniendo
Et recipit eum per clemenciam omnia scelera dimittendo
Presens est olim prefiguratum fuit in rege david 2 Re. 12
Qui adulterium et homicidium in uria perpetravit
Cum quo redargutus a nathan peccatum dixit
Paratus erat prius deus ut statim dimitteret
Quam cito dixit peccavi statim nathan respondit
Deus transtulit peccatum tuum i. dimisit
O quam magna est pietas tua domine et quam ineffabilis
Quia nullum penitentem tuis unquam condicionis despicis
Tu recepisti petrum paulum thomam et mattheum
Achab manassen latronem acthior et zacheum
Ninivitas samaritanam raab mulierem adulteram
Theophilum gilbertum taydem et mariam egipciacam
Eunuchum simeon cornelium ezechiam
Magdalenam longinum et moysi sororem mariam
Ideo et per vanitatem peccatorum nostrorum desperemus
Quia diversos testes divine misericordie habemus
O bone ihesu concede nobis veram et perfectam penitenciam
Per quam pervenire mereamur ad tuam mellifluam presenciam

Capitulum xv^m de die palmarum

In precedenti capitulo audivimus quomodo conversio magdalene est facta
Quare an. cap. tractatur in die palmarum sit peracta
In ista autem die tria nobilia principaliter contigerunt
Que olim per tres figuras premonstrata fuerunt
Videns enim civitatem urbem ihesus flevit
Cum laudibus susceptus fuit mercantes de templo eiecit

Primo notandum est quod Christus videns civitatem flebat
Compaciens civitati de miseria que illi imminebat
Hic fletus domini et salvatoris nostri iam prefiguratus
Fuit olim in lamentacionibus Ieremie prefiguratus
Qui deflebat desolacionem Ierusalem factam per Babilonios
Ita Christus deflebat desolacionem eius futuram per Romanos
Sic et nos proximis nostris cum compassione flere debemus
Quando proximos nostros afflictos vel affligendos videmus
Plus enim est compati afflicto quam bona temporalia erogare
Nam compaciens afflicto videtur de se ipso sibi dare
Compati debemus etiam malefactoribus nostris quam amicis
Exemplo Christi qui compassus est pro suis inimicis
Qui scit afflictis compati corde et misereri
Impossibile est illum misericordiam et graciam dei non mereri
Secundo notandum est quod populus Christo cum laudibus obviavit
8 Et hoc olim prefiguratum fuit per regem David
Cui populus post cedem Golie cum laudibus obviaverat
Et canticum laudis in honore ipsius decantabat
In quo cantico ipsum David regi Sauli preferebant
Nam Sauli mille et David x milia attribuebat
David dominum nostrum Ihesum Christum prefigurabat
Qui Goliam id est dyabolum adversarium nostrum superavit
Iste verus David id est Christus in die palmarum
Honoratus fuit multipliciter in occursu hebreorum
Quidam osanna filio David acclamabat
Quidam benedictus qui venit in nomine domini pronunciabat
Quidam eum regem Israel esse asserebant
Quidam eum salvatorem mundi continebat
Quidam cum floribus quidam cum palmis ei occurrerunt
Quidam vestimenta sua in via prosternerunt
Ierusalem visio pacis interpretatur
Per quam fidelis anima spiritualiter designatur
Ad quam salvator noster cotidie paratus est venire
Et nos ei in occursu procedere debemus
Laudes domino clamorosis vocibus decantamus
Cum in confessione peccata nostra cum gemitibus recitamus
Ramos palmarum adducimus si manibus portamus
Si corpora nostra in satisfactione disciplinis castigamus
Vestimenta nostra in via ad honorem dei prosternimus
Si temporalia nostra erogamus pauperibus
Cum floribus domino occurrimus et ipsum honoramus
Si nunc corporibus et animis bonis virtutibus insudamus
Ipsum Ihesum qui venit in nomine domini benedicimus
Si in prosperitatis nobis collatis devote grates agimus
Regem eum et dominum nostrum esse protestamur
Si opera nostra cum timore et reverencia operamur
Tercio notandum est quod Christus flagellum de funiculis fecit
Et ipso vendentes et ementes de templo eiecit
Mensas subvertit nummulariorum et effudit es eorum
Nam hic erant usurarii et collubiste phariseorum
Hec autem flagellacio domini iam recitata
Olim fuit in Eliodoro prefigurata
Rex enim Seleucus misit principem suum Eliodorum
Ut veniret in Ierusalem et ibi spoliaret domum templi
Cumque audacter intrasset templum manu armata
Statim contra eum ira dei est provocata
Et in primis ei apparuit quidam equus horribilis
Et qui sedebat super eum armatus erat et terribilis

Pedibus autem Eliodoro priores calces immisit
Et ipsum deiectum fremebundus ad terram collisit
Affuerunt et alii duo robustissimi adolescentes
Eliodorum flagellis usque ad mortem percucientes
Post hoc sedens equus et duo adolescentes disparuerunt
Et Eliodorum flagellatum tamquam mortuum reliquerunt
Sed sanavit eum summus pontifex Oniam et revixit
Et rediens ad dominum suum silencium dixit
Si habes rex aliquem hostem cuius mortem affectas
Eum ad spoliandum templum in Ierusalem mittas
Eliodorus flagellatus fuit propter templi spoliacionem
Isti flagellati fuerunt propter usure palliacionem
Usurarii enim posuerunt in templo collubistas et nummularios
Qui volentibus offerre mutuo dabant denarios
Et quia in mota lege usuras accipere non debebant
Collibia tamen id est munuscula parva recipiebant
Ficos nuces uvas poma vocabant collibia
Amigdala pullos anseres ovibus et similia
Sic usuras fraudulenter sub pallio tegebant
Verba domini in Ezechiele scripta non attendebant
Usuram et superhabundanciam non accipias
Confratres [illegible] vir hec diligenti animo in memoria retineatis
Sed [illegible]
Et fraudulenter similiter usure palliaciones fiunt
Qui mutuum non dat preter spem lucri dilectionis
Sed propter munera favores servicia vel promociones
Hii peccant contra verbum domini non perdentes
Mutuum date nihil inde sperantes
Ecce dominus de templo suo expellet
Et radicem eorum de terra viventium evellet
Studeamus ergo templum dei et domum eius cultu venerari
Si nolumus a domino flagello perpetuo flagellari
Relinquamus ergo usuras et omnes species usure
Ne expellamur a domino de templo glorie future
Hoc nobis dare velit totaliter custodire
Ut in eternum templum glorie eternaliter intrare

xvj. De cena et sacramento eukaristie

Superiori capitulo audivimus de palmarum die
Presenti audiamus de cena et sacramento eukaristie
Appropinquante tempore quo Christus voluit subire passionem
Dereliquit pro memoriali perpetuo in futurum passionis commemoracionem
Et ut nobis suam dulcissimam dilectionem demonstraret
Voluit quod hec ut se ipsum nobis in cibum daret
Iste enim in manna celi fuit prefiguratus
Quod filiis Israel in deserto de celo est donatum
Magnam dilectionem deus ostendit mittendo contulisse
Sed infinities nobis magis ostendit contulisse
Illis enim mittebat manna panem celi videlicet materialem et temporalem
Nobis autem contulit panem supersubstancialem et eternalem
Manna dicebatur panis celi nec tamen fuit in celo celi
Sed erat creatum ab aere in celo aereo
Noster autem salvator noster est panis celi et verus
Qui de vero celo descendit filius et verus
Iudeis quoque pro figura celi panis venit
Nobis autem non figuram sed veritatem celi panis contulit
Omnia enim completa fuerunt in manna figuraliter demonstrata
Que in sacramento eukaristie credantur fuit consummata
Manna celi valde mirabilis nec esse videbatur
Et in radio solis liquefiebat et ad ignem indurabat
Ita eukaristia in cordibus vanis liquefit et evanescit

In cordibus non igitur perdurat et abscondi nescit
Qualiter non sumunt eukaristiam ad suam dampnationem
Boni autem ad divinam et perpetuam consolationem
Cum quondam descendit manna descendebat similiter et ros celi
Sic sumentibus condignis cum eukaristia similiter confertur gratia dei
Manna erat album et ad modum nimis candidum
Sic quod sumitur quod communicans debet esse purus et mundus
Manna habuit in se omne delectamentum ciborum terrestrium
Et eukaristia habet in se delectamentum cibi celestis
Hoc autem delectamentum non sentitur in sacramenti masticatione
Sed in suis meditationibus et celestium contemplatione
Quilibet manne in ore saporem prout quilibet desiderabat gustabat
Quia dulcedini eius nullus sapor huius mundi assimilatur
Qui hanc dulcedinem perfecte semel gustaret
Hec delectamenta totius seculi absinthium reputaret
Petrus hanc dulcedinem in monte Thabor gustaverat
Statim tabernacula ibi facere et perpetuo ibi manere affectaverat
Accepit autem mane quisque ut mane cum ortus sol erat
Et singuli pro quolibet die de communi ad mensuram gomor colligebant
Contigit autem interdum quod aliqui plus colligerunt
Sed cum ad propria redibant non plus quam ad mensuram gomor habuerunt
Aliqui et illi qui plenam mensuram colligere non poterunt
Cum ad propria redirent plenam mensuram invenerunt
Sic communicans qui plures hostias recepit
Non plus habet quam ille qui unam tantum accepit
Similiter et ille qui particulam hostie suscipit
Non habet minus quam ille qui integram vel plures suscipit
Exo. 12. Cena domini et prefigurata fuit in agno paschali
Qui feria quinta cum pascere annuatim solebat manducari
Quem dominus primo precepit filiis Israel manducare
Cum decrevit eos de captivitate egyptiaca liberare
Ita Christus sacramentum eukaristie tunc primum instituit
Quando nos de captivitate dyaboli eripere voluit
Cum autem filii Israel agnum paschalem manducabant
Accincti erant baculos in manibus tenebant et stabant
Ita communicantes debent esse succincti per mentis et corporis castitatem
Et tenere baculos in manibus per recte fidei firmitatem
Debent et erecti stare in bona vita quam inchoaverunt
Et non se iterum in lutum ponere de quo iam surrexerunt
Agnus edebatur cum lactucis agrestibus que sunt amare
Sic nos debemus corpus domini cum amara contritione manducare
Qui comedebat agnum tenebatur pedes suos calceare
Et per pedes solemus spiritualia desideria designare
Communicantes ergo pedes suos calceare tenentur
Cavendo ne desideria eorum sorde aliqua maculentur
Agnus paschalis non fuit coctus aqua sed assatus igne
Et communicantes debent esse igniti caritate ut manducent digne
Hoc eukaristie sub specie panis et vini donavit
Hoc olim Melchisedech rex et sacerdos prefiguravit
Gen. 14. Cum reges terre in qua Habraham habitabat vastaverunt
Et multa spolia et Loth cum multis captivis abduxerunt
Abraham autem cum suis eos insequebatur
Et percuciens eos cum captivis ad propria revertebatur
Occurrit autem ei Melchisedech offerens ei panem et vinum
In prefiguratione huius sacramenti divini
Melchisedech erat rex et sacerdos dei altissimi
Et gerebat figuram domini nostri Ihesu Christi
Christus enim rex est qui omnia regna creavit

Ipse etiam est sacerdos qui primam missam celebravit
Melchisedech rex et sacerdos panem et vinum obtulit
Christus sub specie panis et vini hoc sacramentum instituit
Unde propter hoc secundum ordinem Melchisedech appellatur
Quia hoc sacramentum in oblatione Melchisedech prefiguratum
Melchisedech erat sacerdos et etiam princeps regalis
In quo pulchre figurabatur dignitas sacerdotalis
Sacerdotes enim habent potestatem super principes imperiales regales
Quia in dignitate precellunt omnes principes imperiales
Precellunt in potestate patriarchas et prophetas
Et in quadam virtute ipsas angelicas
Sacerdotes enim sacramentum conficiunt quod angeli facere nequeunt
Quod patriarche neque prophete olim facere potuerunt
Per Mariam olim filius dei semel incarnabatur
Per sacerdotes autem sepius panis in carnem transmutatur
Sacerdotes ergo propter sacramentum debemus honorare
Quos Christus confectores sui sacramenti dignatus est ordinare
O bone Ihesu da nobis tuum sacramentum ita venerari
Ut a te numquam mereamur in perpetuum separari Amen

Capitulum xvii de tradicione Ihesu Christi :

Ipsis tunc annis quo Christus eukaristiam instauravit
Tam cito Christus hostibus suis occurrens se exposuit
Cum quod Iudas proprius cum aliis satan [illegible]
Abiit ut faceret hostium suorum congregationem
Quanta erat Christi benignitas et clementia
Quanta erat Iude malignitas et dementia
Quem Christus participatione sui corporis et sanguinis cibavit
Et ipse de traditione ipsius in corde suo tractavit
Quamvis sciebat omnia noluit eum prodere nec sacramentum negare
In quo voluit sacerdotibus formam quamdam dare
Sacerdotes scientes aliquem cum mortali peccato ad communionem accedere
Non debent negare ne videantur eum prodere
Abiit ergo Iudas ut inimicos sibi congregaret
Christus autem ivit ad locum quem sciebat Iudas ut eum ibi expectaret
Venerunt ergo armati cum gladiis et fustibus
Querentes eum in tenebris cum laternis et facibus
Christus autem absque armis in occursum eorum ivit
Et quem quererent cum omni mansuetudine quesivit
Illi autem tamquam ignorantes coram eo astiterunt
Et Ihesum Nazarenum querere responderunt
Christus autem mitissimus et dulcissimus dabat eis responsum
Dicens humili voce et benigno modo Ego sum
Quo audito omnes retrorsum abierunt
Et tamquam mortui omnes coram eo in terram corruerunt
Quid dementissimi quid prodest vobis tanta multitudo
Qui vultis capere iacentes in minutissimo verbo uno
Quid prosunt vobis vestra milia et [illegible]
Quorum prostravit verbo uno tanta milia
Quid prodest vobis armatura tam terribilis
Que uno verbo prostrata probatur esse inutilis
Nonne videtis Christum solum potentiorem vobis omnibus esse
Et si vellet vos omnes interficere posse
Quomodo posset preparare terram sub pedibus vestris aperiri
Et vos omnes vivos tamquam Dathan et Abiron deglutiri
Et posset ignem et sulphur super vos facere pluere
Et tamquam Sodomam et Gomorram consumere
Et posset per angelos celi vos omnes delere

Sicut olim delevit totum mundum fere
Possit vos tamen uxorem loth in lapidis statuam mutare
Vel tamen egiptios diversis plagis molestare
Possit vos omnes gente in pulverem cinerem
Sicut exercitum sennacherib centum 80 quinque milia hominum
Vel possit vos omnes interficere per mortem subitaneam
Sicut olim interfecit filios michol et omnium
Vel possit vos omnes interficere per angelicum gladium
Sicut per david occidit maximum populum
Vel possit vos omnes in pestem dyabolo dare
Sicut septem viros thobie dedit occidere (?) sare
Vel possit ignem mittere qui consumet vos
Sicut chore cum suis et ducentos quinquaginta
Vel possit in vos mittere ignitos serpentes
Sicut olim in peregrinos vos (?) ter (?) gradientes
Vel possit vos disperge per in missos leones
Sicut olim in samaria tempore salmanazar colones
Vel possit vos dilacerare per rapidorum ursorum dentes
Sicut olim vel pueros elisei irridentes
Possit vos tamen eliodorum flagellare et conculcare
Vel tamen antiochum putrefacere et vermibus necare
Possit vos percutere per subitam lepram
Sicut olim percussit yesi et sororem moysi mariam
Vel possit percutere cecitate et avarisia
Sicut per eliseo percussus fuit exercitus de syria
Vel possit virum cuius brachium arida facere et induere
Sicut olim fecit regi yeroboam in bethel iuxta altare
Vel possit omnia arma vestra consumere debitis vermium
Sicut consumpsit in exercitu syriorum omnes cordas arcuum
Omnia hec et similia possit si vellet se defendere
Sed noluit in admodum vos opprimere
Sed magis fecit ut ostendat se voluntarie mortem sustinere
Et si vellet virtuti non possent eum capere nec tenere
Cuius gratia christus ostendit suam victoriam et potentiam
Debebat resurgendi et se capiendi licentiam
Victoria hostium christi in veritate
Fuit olim in sampsone et sangar et david prefigurata
Sampson cum mandibula asini stravit mille viros
Et sangar cum vomere interfecit sexcentos
Si iste admiratio dicitur tot hostes prostraverunt
Non est mirum quod coram christo omnes hostes eius corruerunt
Sepius vel david tenerrimus ligni vermiculus dicebatur
Qui octingentos uno impetu occidit
Vermiculus ligni dum tangitur mollissimus videtur
Sed cum tangit durissimum lignum perforare prohibetur
Sic david cum esset mitissimus nullus eo mitior
Sed in medio et contra hostes suos erat nullus eo durior
Sic christus in hoc mundo erat mitissimus et pacientissimus
In medio autem contra hostes suos erat districtissimus
Quia pugnabat autem mansuete et incessit inermis
Et sustinuit ut vellet tractaretur tamquam vermis
Et sustinuit hoc videtur querulose deplangere in psalmo
Ubi dicitur ego sum vermis et non homo
Quia agitur quod non tamen vermis sed vermiculus ligni
Quia in ligno se occidere eum maligni
Convenienter et tenerrimus appellatur

Quia caro sua tenerrima et nobilissima fuisse probatur
Et quanto caro sua erat mollior et tenerior
Tanto passio sua erat gravior et asperior
Et o quam intueris ad omnes transeuntes per viam
Attendat et videat si umquam viderit similem penam
O bone ihesu da nobis tuam amaram penam ita videre
Ut tecum in eterna in celesti patria vivere et gaudere

Capitulum xviii de dolosa salutacione :·

In precedenti capitulo audivimus quomodo christus hostes suos prostravit
Nunc audiamus quomodo eum iudas in dolo salutavit
Iudas salvatoris nostri traditor dedit iudeis osculi signum
Quod numquam super mortem nimis est malignum
Osculum enim quod convenit esse signum dilectionis
Hoc numquam iudas mutavit in signum traditionis
Sua iniqua salutacio in qua christo dolose fuit porrecta
Olim fuit in ioab et amasa prefigurata
Ioab enim amasam salutans mite dolose fratrem vocabat
Et iudas christum salutans in iniqua salutacione magistrum appellabat
Ioab dextera manu mentum amase quasi osculans tenebat
Et sinistra gladium educens ipsum perimebat
Sic iudas qui dextera manu mentum christi dicitur tenuisse
Quia legitur et ave rabbi blande dixisse
Simul etiam vero sinistra gladium evaginasse et ipsum perfodisse
Quia legitur insidias per blandiciis vis occultasse
O iuda qui es iam quod salvatorem tuum perdidisti
Quid enim tibi mali fecit quod sic adversus eum agere voluisti
Ipse te preponebat apostolorum honore et dignitate
Et tu exposuisti in eum totam malignitatem
Ipse te super hos discipulos elegit in apostolum
Et tu exhibuisti te sibi per omnibus fallacissimum
Ipse te cognominavit inter suos specialissimos xii discipulos
Et tu reliquisti eum et accessisti ad suos inimicos
Ipse te ad secreta sua suscepit cum aliis apostolis
Et tu ipsa secreta consiliaque eius cum suis hostibus
Ipse te sibi sanctio et sibi pecunie dispensatorem misit
Et quicquid voluisti ipso providente nichil tibi defuit
Tu autem ut fur in nocte tuis et tibi provideres
Misisti eum tradere pro modica quantitate pecunie
Ipse tibi contulit audaciam ut infirmos curares
Et tu cogitasti ut eum inimicis fraudes et ligares
Ipse tibi dedit potestatem super ejectionem demoniorum
Et tu tradidisti eum in manus inimicorum
Ipse te fecit bursiferum et procuratorem
Tu autem fecisti te furem dolosum et traditorem
Ipse te constituit super sua et suos procuratorem
Tibi et suis per nos commoditatem collocavit
Tu voluntatem tuam contra deum posuisti debitam
Cur ergo dominum tuum fraudulenter pro pecunia vendere
Tu sustinuisti colloquio domini tui quod volebas
Cur ergo eum fugere duos cum debebas
Ipse te dignatus est sacratissimo suo corpore cibare
Et tu non abhorruisti suum corpus iudeis in mortem dare
Ipse te potavit sui sacratissimi sanguinis nectare
Et tu non timuisti sanguinem eius fundere et tradere
Ipse non vilescebat tibi ministrare et pedes tuos lavare
Et tu non verebaris eum cum fraudulenta salutatione
Ipse tibi suum mellifluum os ad osculandum non negavit
Et tu cor tuum a sua malicia prestavit

Eciam cum in dolo salutares ipse te vocavit amicum
Et tamen non est adversum a malo cor tuum iniquum
Ipse lavacrum tuum Petro et aliis apostolis preferre noluit
Cum scivit quod te occidi oporteret hoc prevenire voluit
In lege scriptum erat dente pro dente oculum pro oculo
Numquam tamen licitum fuit reddere malum pro malo
Sed tu iniquissime michi malum pro bono reddidisti
Quod talem et tantum benefactorem tuum tradidisti
Filii et complices tui michi et malum pro bono reddiderunt
Qui salvatorem suum in ligno suspenderunt
Hoc quondam et vos michi olim Saul prefiguravit
Qui genero suo David malum pro bono reddere non cessavit
David suus erat gener, Saul dederat filiam suam in uxorem
Et tamen Saul machinatur eius interemptionem
Et filius Dei assumpsit ex vestro genere naturam
Et vos congregastis ad interficiendum eum armaturam
David hostem Saul videlicet Goliam superavit
Et Saul sibi tamquam hosti suo insidias mortis machinavit
Et de Pharaone et omnes inimicos vestros sepius devicit
Et vos insania mea vita sibi tamquam inimico gradiuntur
David spiritum malignum plerumque a Saule fugavit
Et ipse ad fodiendum eum lanceam suam vibravit
Et salvator vester vos a multis ydolatriis sepius revocavit
Nunc autem vesania vestra in mortem eius conspiravit
David autem egrediebatur et regrediebatur ad imperium regis
Tamen ipse rex Saul aspiravit ad necem eius
Et Christus pabula vestrorum corporum et viam vite vos docuit
Et vos quesistis eum occidere qui vobis profuit et numquam nocuit
David dolores Saul cytharizando mitigavit
Et tamen ille ipsi David dolorem et mortem inferre affectavit
Et et Christus languidos vestros sanavit et mortuos suscitavit
Et concilium vestrum ad occidendum eum se armavit
Vos ergo estis filii Kayn qui fratri suo sine causa invidit
Et nichil mali sibi fecerat et tamen ipsum occidit
Munera que obtulit Abel grata fuerunt apud Deum
Et hec causa erat sibi tanti odii sufficiens quod occidit eum
Sic Christus quia gratus erat celis et acceptus apud Deum
Ideo dixistis si dimittimus eum sic omnes credent in eum
Et si omnes credent in eum quid oberit
Nonne omnia sunt vera et salvifica que docet
Kayn eduxit fratrem suum foras verbis blandis
Et eductum interfecit verberibus nephandis
Sic et Iudas verbis blandis Christum salutavit
Et hostibus suis dolose interficiendum presentavit
Kayn interfecit suum uterinum fratrem
Iudas et Iudei occiderunt Christum patrem suum et fratrem
Pater omnium est quia nos omnes creavit
Frater est quia humanam naturam sibi adaptavit
O bone Ihesu qui dignatus es fieri noster frater
Miserere nostri et protege nos sicut clementissimus pater

Capitulum xix^m de blasphemia ihesu christi:

In preterito capitulo audivimus quomodo Christus fuit traditus et osculatus
Nunc audiamus quomodo consputus delusus fuit et velatus
Cumque cohortes Christum apprehenderent et ligarent
Contigit ut Petrus cuidam servo auriculam amputaret
Statim Ihesus benignitate sua ibidem [illegible]
Et auriculam eius tangens subito sanavit
Duxerunt autem eum ad domum primum Anne
Qui erat socer summi pontificis videlicet Cayphe
Cumque Annas Christum de sua doctrina interrogaret
Dixit quod ab aliis qui audierant eam investigaret
Ipse enim in angulis docere non solebat
Sed in templo et synagoga ubi totus populus conveniebat
Statim unus servorum manum suam levabat
Et alapam maximam in maxillam suam dabat
Iste creditur fuisse ille servus videlicet Malchus
Cuius auriculam modicum ante sanaverat Christus
Christus autem se non vindicabat nec repugnabat
Sed eam cum mansuetudine humiliter sustinebat
O fratres si vos talem alapam sustinuissetis
Et si possetis quantum Christus potuit quid fecissetis
Forsan eum per evaginato gladio transfodissetis
Vel cum Helia ignem de celo super eum misissetis
Non sic faciendum est fratres credite Christo docente
Qui te percusserit in una maxilla prebe ei et alteram
Duxerunt ergo Iudei Ihesum ligatum de domo Anne
Et perduxerunt cum multis contumeliis ad domum Cayphe
Ibi congregati sunt seniores populi ut concilium inirent
Unde contra Ihesum causam et occasiones mortis invenirent
Omnia autem que adversus eum confingere potuerunt
Propter insufficientiam et dissonantiam mendosa fuerunt
Tandem adiuravit eum Cayphas per Deum ut eis diceret
Si ipse Christus filius Dei vivi esset
Cumque adiuratus se filium Dei fateretur
Dixerunt omnes quod iuste propter hoc morti adiudicaretur
Velaverunt ergo oculos eius quodam velamine
Et maculaverunt faciem eius multo sputamine
Dederunt quoque ei alapas dicentes quod prophetizaret
Et quis esset qui eum percuteret enarraret
Omnes contumelias quas excogitare potuerunt
Hec illi nequissimi Iudei sua ira fecerunt
Hec contumelia cum desperatione et cum prophanie
Duravit in domo Cayphe tota nocte usque mane
O quanta erat salvatoris mansuetudo et paciencia
O quanta erat Iudeorum sevicia et insipiencia
Oculos qui cuncta conspiciunt velaverunt
Et eum qui cuncta scit prophetare se nescire putaverunt
Faciem illam delectabilem in quam angeli prospicere desiderant
Sputis suis immundissimis maculare non timebant
Manus illas ligare presumpserunt
Que manus in principio celum et terram plasmaverunt
Illum prophetizare cum derisione dicebant
A quo prophete olim virtutem prophetandi habebant
Illum contingebat per velamen oculorum excecare
Qui olim dignatus est eos per columpnam ignis illuminare
Faciem eius non sunt veriti sputis suis conspuere
Qui olim operuit eos per columpnam nubis ab estu meridie
Iudei isti qui faciem Christi sputis suis maculaverunt
Per ydolatras antiquitus conflatiles prefigurati sunt
Cumque filii Israel deos alienos sibi facere volebant
Aaron et Hur male ipsis resistebant
Tunc illi indignati in Hur irruerunt
Et in eum conspuentes ipsum sputis suffocaverunt
Illi indignabantur Hur quia eorum ydolatrie resistebat
Pharisei indignabantur Christo quia eorum errores reprehendebat
Isti et Iudei qui Christum sputamine deriserunt
Olim per Cham filium Noe prefigurati sunt
Cham quem multo debuisset patrem suum honorasse
Legitur eum nequiter derisisse et subsannasse
Et Iudei debuissent Christum multa reverencia exhibuisse
Sed perhibentur post dolorem eum inhonorasse et delusisse
Et quamvis Noe perhibetur esse derisus a proprio filio
Tamen multo inhonestior videtur Christi derisio

Noe derisus fuit in tabernaculo ubi nullus videbat
Christus derisus fuit in domo pontificis ubi multitudo erat
Noe derisus fuit nesciens et dormiens
Christus derisus est vigilans et omnia videns et audiens
Noe derisus est ab uno solummodo filio
Christus autem a multis et a toto collegio
Noe habuit duos filios sibi condolentes
Christus nullos habuit sibi in aliquo compatientes
Proh dolor et iudei qui Christum sibi deluserunt
Olim in Philistinis hostibus Sampsonis figuratum fuit
Philistim captivaverunt et excecaverunt Sampsonem
Et illudentes ei fecerunt eum in delusionem
Sampson amisit suam magnam fortitudinem
Venit figuram Christi per quandam similitudinem
Sampson quadam vice voluntarie se ligari permittebat
Sic Christus audiens ligari et derideri volebat
Quadam autem alia vice quando Sampsoni placuit
Tunc se de inimicis suis horribiliter vindicavit
Ita in fine seculi de inimicis Christus facturus est
Cum ipse in maiestate et potestate ad iudicandum veniet
Talem vindictam tunc contra inimicos suos facturus est
Quam nulla scriptura nulla lingua explicare potest
Tunc mallent inimici eius omnem penam sustinere
Quam faciem tam irati iudicis et vindicis videre
Tunc enim dicet eis ite maledicti in ignem eternum
Nobis autem dicet venite benedicti suscipite premium sempiternum
O bone Ihesu da nobis hic ita placide finire
Ut tuam benedictam vocem tunc mereamur audire

xx^m Quomodo dominus Ihesus fuit ad columpnam ligatus

In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus fuit illusus et velatus
Nunc audiamus quomodo fuit ad columpnam ligatus
Cumque tota nocte fuissent eum in derisum
Mane facto duxerunt eum ad Pilati presidis iudicium
Cumque Pilatus de accusatione contra eum quereret
Dixerunt quod malefactor et seductor populi esset
Et quod seduxisset omnem populum non solum in Iudea
Sed in patria sua hoc est in Galilea
Audiens autem Pylatus quod homo Galileus erat
Misit eum ad Herodem quia ad iudicium eius pertinebat
Illa die Pylatus et Herodes facti sunt amici
Qui ante fuerant adinvicem inimici
Herodes Christum non viderat sed multa de eo loqui audierat
Et ideo de adventu ipsius multum gavisus erat
Ipsum enim magum vel incantatorem esse estimabat
Et aliqua miracula ab eo videre affectabat
Cumque Herodes de multis eum interrogaret
Ipse sustinuit ita quod nullum responsum ei daret
Quod videns Herodes estimabat eum insipientem vel fatuum esse
Et illusit ei induens eum per derisionem alba veste
Et sic remisit eum ad iudicium Pilati presidis
Dicens se non invenisse in eo aliquam causam mortis
Herodes nesciens quod presagiret veste alba eum induebat
Quia spiritus sanctus hec agens innocentiam Christi ostendebat
Sicut et per Caypham prophetiam insinuavit mortis Christi expedientiam
Ita et per Herodem declaravit ipsius innocentiam
Pylatus autem interrogavit iudeos si aliquam causam haberent
Propter quam ipsum ad mortem condempnare valerent
Tunc illi tres causas contra ipsum composuerunt
Et eas in medium presentes coram omnibus dixerunt

Primo dixerunt se templum dei quod manu factum dissipare
Et post triduum aliud non manu factum reedificare
Secundo quod tributum non esset dandum cesari romanorum
Tertio affirmabat se regem esse iudeorum
Primas duas causas Pylatus frivolas reputavit
De tertia autem eum diligenter interrogavit
Tunc enim regnum iudeorum romano imperio subiacebat
Et quod iudea tunc tempore nullum regem nisi cesarem habebat
Pylatus autem a cesare super iudeam constitutus erat
Quapropter quod aliquis se regem iudeorum diceret audire non poterat
Ihesus autem regnum suum de hoc mundo non esse narravit
Quo audito Pylatus de accusatione iudicium cessavit
Pylatus igitur cogitavit quomodo furorem iudeorum posset mitigare
Et videbat sibi expediens quod faceret eum flagellari
Et ut illi obprobrio saciati a morte eius cessarent
Ne ipsum in insufficiente iudicio iudicarent
Milites igitur Pilati Ihesum flagellabant
Et pecunia phariseorum corrupti eum solito plus verberabant
Et hec flagellatio prefigurata fuit per Achior principem
Quem famuli Olofernis ligaverunt ad arborem
Achior ligatus fuit per Olofernis satellites
Christus ligatus fuit ad columpnam per Pilati milites
Achior / Christus ligatus fuit pro veritate quam dixerat / predixerat
Achior ligabatur quia voluit Olofernis loqui cum paciencia
Christus ligatus est quia reprehendit iudeos cum displicencia
Achior / Christus flagellatus est quia gloriam dei magnificavit / nomen patris sui manifestavit
Notandum autem quod due gentes Christum flagellaverunt
Et he per duas uxores Lamech prefigurate fuerunt
Que uxores Lamech appellabantur Sella et Ada
Due gentes fuerunt gentilitas et synagoga
Sella et Ada maritum suum verbis et verberibus afflixerunt
Gentilitas et synagoga salvatorem suum flagellaverunt
Gentilitas flagellavit eum verberibus et corpore
Synagoga flagellavit eum linguis et verbis
Et hec flagellatio in Christo duobus modis perfecta
Olim fuit in flagellatione beati Iob prefigurata
Beatus Iob flagellatus fuit duobus modis
Sathana verberavit eum verberibus et uxor verbis
De flagellis sathane sustinuit dolorem in carne
De flagello lingue habuit tristiciam in corde
Non suffecerat dyabolo quod flagellabat carnem exterius
Nisi et instigaret uxorem quod cruciaret cor interius
Sic non suffecerat iudeis quod Christus cedebatur flagellis
Nisi et ipsi affligerent eum acutissimis verbis
Explanata usque consummationem in beato Iob finitus non erat
Sed in carne Christi nichil inconcussum remanebat
Et quanto caro Christi erat tenerior et nobilior
Tanto fuit dolor ipsius amarior et asperior
O homo recogita quanta sustinuit Christus propter te passionem
Et ne ingratus tradas animam tuam in perdicionem
Attende si unquam similem penam vidisti vel audivisti
Qualis fuit passio domini nostri Ihesu Christi
Attende quanta ardore Christus habuit dilectionem
Qui tantam penam pro nostra salute sustinuit passionem
Considera quantum sit tu versa vice pro ipso sustinuisti
Quantam gratitudinem et quantum famulatum ei reddidisti
Et bonum quod facis cunctis diebus vite tue
Non correspondet minime sanguinis gutte sue
Noli igitur murmurare si contingit te modicam sustinere
Sed pacienter Ihesu Christo cordis intellectualibus intuere

Amaritudine una cum sanguine Christi commisce
Et videbitur tibi quaecumque sustinueris esse dulce
Sustine in hac vita modicam flagellationem
Ut in futuro effugias perpetuam damnationem
Postula a domino ut in hoc saeculo ita corripiaris
Ut post mortem regnum dei sine poena ingredi merearis
O bone Jesu in hac vita nos paterne flagella
Ut post mortem absque purgatorio gustemus caelica mella

XXI capitulum de spinea coronatione Christi

In praecedenti capitulo audivimus quomodo Christus fuit flagellatus
Consequenter audiamus quomodo fuit spinis coronatus
Pilatus praecepit militibus ut Jesum flagellarent
Sed Judaei dederunt eis munera ut eum plus solito verberarent
Consuetudo in lege erat ad minus quadraginta verbera dari
Sed Judaei procuraverunt super Jesum verbera multiplicari
et Sed non sufficiebat eis ut ultra debitum flagellaretur
Sed excogitaverunt novam poenam ut spinis coronaretur
Et ut ipsum subsannatorie tamquam regem adorarent
Et ut insignia regalia videlicet purpuram et sceptrum darent
Consuetudo fuit malefactores aliquando flagellari
Sed non erat mos legis homines debere spinis coronari
Unde iniqui Judaei inventores novarum malitiarum
Quanta sustinebunt nova genera poenarum
Qui non excogitaverunt novorum malorum machinamenta
Recipient in futuro nova et inaudita tormenta
Consimiliter quod numquam finiet eis durare
Et multum addetur quia poena eorum numquam finietur
Cum autem Jesum flagellassent non eum vestierunt
Sed chlamyde coccinea sine spina eum circumdederunt
Purpura conveniens erat omni signo regali
Et in derisione induerunt eum pallio tali
Quoniam regale insignium est aurea ~~diadema~~ diadema
Loco cuius imponebant ei spinea corona
Quoniam regale insignium est aureum sceptrum
Loco eius dederunt in dextram eius sceptrum arundineum
Honor regis quondam erat ut flexis genibus veneraretur
Et ideo flexis genibus tamquam regem salutabant
Consuetum est offerri regibus regalia munera
Pro quibus dederunt ei alapas et sputamina
Percutiebant et caput eius arundine
Imprimentes ei acutissimos aculeos coronae spineae
O pessimi Judaei cum rege gloriae tam crudeliter tractastis
Et beneficia sua vobis exhibita non recogitastis
Ipse in arvo acutos scopulos pro pedibus vestris complanavit
Et crudelius vestri caput eius acutis spinis perforavit
Et ipse pretiosa exhibuit calciamenta vestris pedibus
Et vos spinetum exhibuistis suo capiti eius
Ipse conservavit vestes vestras quadraginta annis sine corruptione
Et vos spoliastis eum vestibus suis cum derisione
Ipse flagellavit propter vos Pharaonem et Aegyptum
Et vos sine aliqua culpa flagellastis ipsum
Ipse per Moysen propter vos confregit coronam regis Aegypti
Et vos de spinis imposuistis coronam eius capiti
Ipse omnes reges terrae coram vobis humiliavit
Et ingratitudo vestra ipsum tamquam regem despicabilem adornavit
Ipse vos honoravit super omnium gentium nationes
Et vos inhonorastis eum per multiplices illusiones
Ipse similiter vicit hostes vestros unus mille persequendo
Et solum per duos decem milia fugando
Quo persequebatur unus mille et duo decem milia
Nisi quia deus voluit ideo fuit ita
Et quod deus confusionem vestram solum ipsum repulisset
Nisi deus in potestatem vestram ipsum tradidisset
Haec autem intentio quae Christo in coronatione est illata
Olim fuit in Apemen concubina regis praefigurata
Apemen coronam regalem de capite regis accepit
Et capiti suo in praesentia ipsius regis imposuit
Ita synagoga Christum corona sua id est honore debito spoliavit
Et ipsum corona spinea in sua contumelia coronavit
Apemen regi alapas palmis suis dedit in maxilla
Quas rex sustinens libenter non indignabatur quod illa
Ita rex caeli sustinuit a Judaeis alapas et colaphos
Et tamen Christus non ostendit contra indignationem quam eos
Rex iste concubinam suam in tantum amavit
Quod omnia mala sibi illata patienter consulte tolleravit
Christus synagogam multo plus dilexisse comprobatur
Quia tamen in tanta patientia patiebatur
Talem patientiam quondam rex David olim praefiguravit
Qui ab inimico Semei tanta mala patienter tollerabat
Semei proiciebat super David lapides ligna et lutum
Sic synagoga proiecit in Christum palmas spinas et sputum
Semei David virum sanguinum et virum Belial vocavit
Synagoga Christum seductorem et maleficum appellavit
Abisai voluit Semei occidisse sed David prohibuit
Angeli occidissent Judaeos sed Christus ipse non permisit
Christus non venit in mundum propter nos mortem pati
Ut nos reconciliaret per suum sanguinem deo patri
Ideo non venit in mundum ut aliquos interficeret
Sed ut pacem et concordiam inter deum et homines efficeret
Ipse autem a Judaeis non est pacifice tractatus
Sed tantum derisionibus ab eis est inhonoratus
Quod typum ipsius praefiguraverunt olim nuntii regis David
Quos Amon rex Amonitarum turpiter dehonestavit
Qui venerant pacem inter deum et homines reformare
Quam infra quinque milia annorum nemo potuit reformare
Gentiles in formatione pacis effuderunt sanguinem
Ut eo firmius fierent quod ipse fecit pacem
Judaei autem consueverunt effundere aquam
Christus autem effudit cum sanguine quoque aquam
Gentiles fundunt sanguinem animalis Judaei aquam fluminis
Christus autem effudit sanguinem et aquam sui sacratissimi corporis
O bone Jesu doce nos hanc pacem ita firmare
Ut tecum mereamur in aeterna pace habitare amen

Capitulum XXII de baiulatione crucis

In praecedenti capitulo audivimus de Christi coronatione
Consequenter audiamus de crucis ipsius baiulatione
Cum Jesus esset flagellatus illusus et coronatus
Eduxit eum Pilatus populo ostendens qualis esset tractatus
Hoc ideo fecit ut saltem tot contumeliis et afflictione
Essent contenti et cessarent ab eius infestatione
Illi autem tamquam rabidi canes in eum frenduerunt
Et crucifige crucifige eum omnes clamaverunt
Cupiens autem eum Pilatus de manibus eorum liberare
Dixit se velle ipsis unum captivum liberum dare
Tunc illi petierunt sibi dari Barrabam latronem
Jesum autem postulaverunt tradi ad patibuli suspensionem
O pessimi Judaei cur non permisistis Jesum liberum dimitti
Qui liberavit vos de captivitate Babilonis et Aegypti
Videns autem Pilatus quod non proficeret sed magis tumultus fieret
Lavit manus ut per hoc innocentem se a sanguine Jesu ostenderet

Hoc agebat etc.

Hoc agebat contra Pylatum Christus sanctus
Innuens quod ihesus moriturus esset innocens et iustus
Uxor autem Pylati dixit quod de ihesu multa propter visa pertulisset
Et ipsum dimittendum dixit eo quod iustus esset
Hoc faciebat dyabolus cupiens impedire Christi passionem
Ut sic impediret humani generis redemptionem
Et quamquam Pylatus tamen videtur quod Christi liberationi institisset
Putatur totum consilium dyaboli sicut uxor sua fecisse
Dyabolus enim per eos nitebatur impedire nostram redemptionem
Sicut olim per Adam et Evam fecit nostram dampnationem
Dyabolus non videns suos priores in lymbo exultare
Cognoscebat quod Christus per suam passionem vellet eos liberare
Magnopere proinde passionem Christi impedire instabat
Et ipsum per familiam suam et per feminam magis instigabat
O quam deceptorius stimulus dyaboli est fraus blanda
Per quam tam blande simulat virtutes ad mala perpetranda
Milites ergo Pylati Christum veste purpurea exuerunt
Et vestibus suis quibus spoliatus fuerat reinduerunt
Imposuerunt autem humeris suis crucem portandam
Et hoc etiam fecerunt ad maiorem ipsius contumeliam
Lignum enim patibuli tunc temporis maledictum credebatur
Propter hoc milites Pylati non nisi ipsum portare volebant
Crux ergo que tunc reputabatur maledicta et ignominiosa
Per passionem Christi facta est benedicta et gloriosa
Ergo tunc erat patibulum furum et supplicium latronum
Modo depingitur in frontibus principum regum et imperatorum
Et in qua tunc malefici fortitudine dyaboli suspendebantur
Per eam nunc demones puniuntur et fugantur
Hec autem baiulatio crucis ihesu Christi iam narrata
Olim fuit in ysaac filio Habrahe prefigurata
Ysaac namque ligna sacrificii humeris afferebat
In quibus eum pater suus ymmolare intendebat
Sic Christus sacrificii humeris crucis patibulum baiulabat
In quo eum gens iudeorum suspendere affectabat
Ysaac autem per admonitionem angeli a morte est liberatus
Et aries in dumis pendens loco ipsius est ymmolatus
Christo autem nec aries nec aliqua creatura parcebat
Sed ipse solus omnia sustinuit et pro nobis ymmolabatur
Ysaac audiens quod per patrem eum domino ymmolare volebat
Voluntarium se ad obediendum ei dicebat
Sic filius dei patri suo celesti usque ad mortem obedivit
Et se ad omnia patris imperia voluntarium exhibuit
Nam pater et filius et spiritus sanctus misterium consilii habebant
Et deus se nostre pro salute generis humani mittere disponebat
Cum quod pater diceret quem mittam et quis ibit ex nobis
Respondit filius ecce ego mitte me qui sum patris
Vade mi fili in mundum et cum hominibus conversare ibi
Et patienter sustine quicquid applicatum fuerit tibi
Missus ergo filius dei venit conversatus est in iudea
Et non pepercerunt ei sed crudeliter interfectus est ab ea
Istud insinuavit nobis in quadam parabola
Cum predicando iudeis talem figuram proposuit eis de vinea
Homo quidam plantavit vineam et eam circumsepsit torcularium
Et extruens in ea turrim colonis commisit et torcular
Tempore autem fructuum misit servos qui fructus colligebant
Sed illi nuncios apprehendentes tenebant et interficiebant
Quod audiens dominus misit alios servos plures prioribus
Sed illi fecerunt sicut fecerant primis
Novissimum autem misit eis unicum filium suum
Si forte vererentur occidere illum
Sed coloni apprehendentes de vinea eiecerunt

Et acrius eum quam servos interfecerunt
Per vineam ista figuratur iudea sive plebs iudaica
Per sepem murus velum et angelorum custodia
Per turrim autem significatur templum salomonis
Per torcular altare holocausti et oblationis
Servi missi prophete domini fuerunt
Quos illi diversis modis afflixerunt et interfecerunt
Ysaiam serrabant ieremiam lapidabant
Ezechielem excerebrabant amos clavo perforabant
Tandem misit unicum filium suum ihesum Christum
Et acrius quam aliquos alios interfecerunt ipsum
Patibulum suum humeris suis imposuerunt
Et eicientes eum de vinea id est de urbe interfecerunt
Duo autem populi erant qui ihesum ad occidendum convenerunt
Videlicet iudei qui corde et gentiles qui opere hoc fecerunt
Isti enim per duos portatores prefigurati fuerant
Qui botrum de terra promissionis ad desertum deferebant
Per botrum prefiguratur filius dei ihesus Christus
Quem per hos duos populos de urbe in locum calvarie eductus
Botrum illum portabant filii israel terre promisse bonitatem
Per doctrinam Christi possumus nos considerare celi suavitatem
Ubi o bone ihesu nos dulcedinem vite eterne ita considerare
Ut tecum in ea maneamus in perpetuum conregnare Amen

Capitulum xxiiij^um de crucifixione domini ihesu Christi

In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus crucem baiulavit
Nunc audiamus quomodo pro crucifixoribus suis exoravit
Tota nocte et die illusionibus et passionibus tam fatigatus erat
Ut illam gravem crucem portare non valebat
Tunc angariaverunt quendam videlicet symonem cyrenensem
Ut adiuvaret ihesum baiulare suam crucem
Cum autem venissent ad montem calvarie et viderent eum fatigatum
Dederunt ei acetum felle mixtum et vinum mirratum
Sed potum maliciam iudeorum Christus cognoscebat
Sicut olim per psalmistam de ipsis prophetatum fuerat
Accipientes autem milites crucem et posuerunt super terram
Et ligantes ihesum extenderunt eum super ipsam
Unam autem manum clavo cruci affixerunt
Et aliam funibus trahentes ad aliud foramen extenderunt
Unam cum affixissent pedes sic funibus extendebant
Et uno clavo ambos cruci affigebant
Hanc extensionem david dixit in psalmo et dicit de ea
Foderunt manus meas et pedes dinumeraverunt omnia ossa mea
Cum autem ihesus pateretur tam crudelissimam acerbitatem
Ostendit eis suam clementissimam karitatem
Nam pro illis patrem suum celestem exoravit
Et nobis exemplum diligendi inimicos donavit
Nam enim inimicos diligimus et pro eis exoramus
Filios dei et fratres Christi nos esse demonstramus
Christus enim docuit ut inimicos nostros amemus
Ut filii patris qui in celis est esse possemus
Non est magnum amare benefactores et amicos
Sed maximum est diligere persecutores et inimicos
Milites ergo Christum super terram cruci affixerunt
Et post hoc vivum cum cruce in altum levaverunt
Hoc autem quod Christo in crucifixione est prestita
Fuit in iubal et tubalcayn filiis lameth prefigurata
Iubal et tubalcayn filii lameth fuerunt
Qui inventores ferrarie artis et musice extiterunt
Nam enim tubalcayn cum malleis sonum faciebat
Iubal ex sonitu malleorum melodiam inveniebat
Dulcem ergo melodiam et malleorum fabricationem
Comparamus Christi orationem et crucifixorum malleationem

Dum enim crucifixores ihesum ad crucem fabricabant
Hic dulcissimam melodiam pro ipsis patri decantabat
Dicens pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt
Ignorant enim quod filius tuus sum qui me crucifigunt
Si enim iudei et gentiles filium dei agnovissent
Nunquam regem glorie crucifixissent
Tante autem dulcedinis erat hec dulcissima melodia
Quod eadem hora conversi sunt hominum tria milia
Hec inde per inventorem artis fabrice prefigurata fuit
Quia ipsi hunc modum crucifigendi primo invenerunt
Non enim erat mirum quod hoc deo cum clavis anecteretur
Sed ut funibus suspenderetur donec moreretur
Bene et inventor melodie ihesum christum prefigurabat
Quia ipse primus erat qui talem melodiam decantabat
Christus non solum crucifixoribus suis condonavit
Sed pro totius mundi salute patrem suum flagitavit
Et quamvis olim multi prophete talium oraverunt
Tamen nec preces nec per sacrificia exauditi sunt
Christus autem oravit cum lacrimis et cum clamore valido
Et exauditus pro sua reverencia id est quod petiit impetrando
Hac figura crucifixionis ysaias prefiguravit
Quem gens iudaica nimis inhumaniter mactavit
Iudei enim cum serra lignea ipsum per medium secabant
Et per hoc mortem christi futuram quicient prefigurabant
Iudei cum serra lignea christum per medium diviserunt
Quia animam eius et corpus per mortem ab invicem separaverunt
Nimis autem animam et carnem ab invicem dividebant
Nunquam tamen deitatem a neutro eorum dividere valebant
Deitas enim a carne mortua non fuit separata
Nec ab anima sua fuit aliquatenus segregata
Deus enim filium suum in morte derelinquere noluit
Licet eum in morte pro nobis tradere voluit
Quam immensa dilectione nos pater celestis diligebat
Qui tam dilectum filium suum pro nobis in mortem tradebat
O inestimabilis dilectio divine karitatis
Ut filium suum daret pro filiis iniquitatis
Quis unquam vidit simile vel quis audivit tale
Et quis sufficit hanc dilectionem ad plenum enarrare
Hec autem dilectio dei patris erat tam immensa
Olim fuit in rege moab ostensa
Civitas moab regis fuit ab hostibus circumvallata
Et gens in civitate defecit fame et siti attenuata
Rex autem cives suos intantum amabat
Quod primogenitum filium pro eis super muros ymmolabat
Pater celestis isto modo prefiguratur
Et per cives humanum genus designatur
Civitas ista obsessa erat ab exercitu demoniorum
Ante adventum christi plus quam quinque milibus annorum
Et omnes cives in tantum debilitati erant
Quod per se hanc seditionem dissolvere non valebant
Tandem pater misericordiarum et deus totius consolationis
Pie respexit angustias nostre obsidionis
Et in tantum dilexit nos ut filium suum in mortem daret
Ut sic ab obsidione dyabolica nos liberaret
Rex moab ymmolavit filium suum pro civibus et amicis
Sed deus dedit filium suum in mortem pro suis inimicis
Ergo quid est quod possimus ei pro tanta dilectione retribuere
Nisi quod studeamus ex toto corde eum vicissim diligere
O bone ihesu concede nobis ut in hoc seculo ita te diligamus
Ut tecum in futuro in perpetuum maneamus Amen

xxiii^us Quomodo mors christi fuit prefigurata

Superiori capitulo audivimus quomodo christus in cruce oravit
Consequenter audiamus quibus figuris mortem suam prefiguravit
Rex nabuchodonosor per sompnium arborem magnam videbat
Que ad celum se extendens ramos per mundum exponebat
Hec arbor ipsum regem nabuchodonosor designabat
Quod mistice christum regem prefigurabat
Cuius potestas super omnes celos exaltabatur
Et per totum orbem super omnem partem mundi dilatabatur
Omnes bestie subtus eam et volucres in ea morabantur
Et omnes de fructibus eius vescebantur et nutriebantur
Et per hoc satis quiescent innuebatur
Quod omnis creatura per ipsum sustentatur
Et ecce angelus descendens iussit arborem succidi
Per quod figurabatur quod christus debuit crucifigi
Dixit quod omnes rami eius essent amputandi
Innuens quod omnes discipuli essent ab eo separandi
Addidit et omnia folia arboris esse excucienda
Innuens omnia documenta a iudeis esse contempnanda
Adiecit et quod omnis fructus arboris deberet dispergi
Innuens quod omnia opera christi a iudeis deberent vilipendi
Item dixit quod omnes bestie et volucres ab ea fugere deberent
Quia nec homines nec angeli christo auxilium prestare deberent
Addidit quod licet arbor illa esset succidenda
Tamen radix eius ad regerminandum in terra esset dimittenda
Per quod innuebatur quod licet christus esset moriturus
Tamen non esset in morte permansurus sed resurrecturus
Adiecit quod nabuchodonosor quod arbor ad terram pertendebat
Vinculis ferreis et eneis ligari debebat
Per quod innuebatur quod christus esset ad columpnam ligandus
Et clavis ferreis patibulo crucis affigendus
Addidit quod idem rex deberet rore celi tingi et madidari
Innuens ad terram cum mundo extra homines debere morari
Per hoc figurabatur quod christus extra urbem deberet crucifigi
Et rore celi tingi id est proprio cruore perfundi
Adiecit quod idem rex tanquam bestia esset habendus
Innuens quod christus felle et aceto esset potandus
Addidit angelus quod cor eius ab humano deberet immutari
Et cor bestie pro corde hominis deberet ei dari
Per hoc innuebatur quod iudei ihesum non tanquam hominem tractarent
Sed tanquam vermem et fedum conspuerent et conculcarent
Nec ipsi iudei tanquam homines se ei exhiberent
Sed tanquam bestie contra ipsum dentibus striderent
Adiecit quod super predictum regem septem tempora essent mutanda
Quia passio christi per septem horas canonicas est prolonganda
Addidit quod hoc quod esset decretum in sententia vigilum id est angelorum
Et hoc est sermo et petitio sanctorum
Per hoc innuebatur quod mors christi ab angelis et sanctis optata erat
Quia per ipsam angelorum restauratio et sanctorum liberatio fieri debebat
Adiecit quod eundem regem deberet ad noticiam omnium
Quod deus excelsus dominatur super omnia regna hominum
In quo innuebatur quod per predicatores christi et suorum
Agnosceret mundus dominum verum omnium sanctorum
Addidit quod deus posset dare regnum cui homini vellet
Et quod super id hominem humillimum constitueret
Per hoc innuebatur quod christus esset humillimus hominum
Et ideo deus constituerit eum regem omnium
Sic ideo patet quomodo per arborem istam prefigurabatur christus
Qui ex perordinatione sui patris est pro nobis crucifixus

Et haec omnis passio Christi fuit a patre caelesti praeordinata
Tamen non invite sed voluntarie est ab ipso acceptata
Hoc Codrus rex Graecorum olim praefiguravit
Qui pro suis civibus liberandis sponte mortem acceptavit
Civitas enim Athenarum obsessa erat
Et per nullius offensionem liberari poterat
Tunc praedictus rex consuluit deum suum Apollinem
Si per aliquem modum posset liberare civitatem
Et quamvis paganus esset et non cognosceret deum
Tamen istud recepit per Apollinis responsionem
Quod tunc civitas nullo modo posset liberari
Nisi oporteret ipsum ab hostibus occidi et mactari
Qui mox diligens cives suos qui erant intra urbem
Exivit de urbe volens pro eis subire mortem
Hostes autem hoc scientes nolebant ei in aliquo nocere
Cupientes potius civitatem quam ipsius mortem habere
Quo audito et experto rex ad civitatem rediit
Et vestes regias ponens et vilibus induens iterum exiit
Statim hostes in eum irruentes ipsum interfecerunt
Quia ipsum regem esse in simili habitu non cognoverunt
Cum autem viderent regem mortuum de capitulo urbis desperaverunt
Et ab impugnatione cessantes ad propria redierunt
Sic Christus nos dilexit ut se in mortem sponte daret
Ut nos a daemonum obsidione liberaret
Induit autem se carne humana quasi veste vili
Quia in veste regali i. in divinitate non posset occidi
Si enim mundi Christum regem gloriae cognovissent
Nunquam eum sic illusissent nec occidissent
Et non solum Christus obsidionem nostrae civitatis dissipavit
Sed et mortem sua morte nostram destruxit et necavit
Machabe. Et hoc fuit olim per Eleazarum Machabaeum praefiguratum 1 mach 6
Qui se morti exposuit ut perimeret elephantem loricatum
Cum enim exercitus Antiochi contra filios Israel bellavit
Eleazar accurrens elephantem cum lancea perforavit
Qui sauciatus vulnere mortifero cecidit
Et super corpus suum cadens ipsum oppressit
Fortis impegit in fortem et ambo corruerunt
Sic Eleazar et elephantem et ambo mortui fuerunt
Ita Christus fortis mortem invasit fortem
Et per mortem suam nostram mortificavit mortem
O bone Jesu qui per mortem tuam dignatus es nos liberare
Fac nos post hanc vitam tecum habitare Amen

Capitulum xxvi^m quo Christus fuit derisus:

In praecedenti capitulo audivimus quomodo Christus fuit ab ipsis iniquissimis Judaeis occisus
Consequenter audiamus quomodo fuit post mortem derisus
Non enim sufficiebat Judaeis quod Christum dominum innocentem occiderant
Sed etiam post mortem huiusmodi deriserunt
Istud olim Michol filia Saulis praefiguravit
Quae regem David virum suum derisit et subsannavit
David ad laudem dei cytharizando subsiliebat
Sed Michol per fenestram prospiciens deridebat
Non sufficiebat ei quod infra cytharizationem eum deriserat
Nisi et deluderet ipsum postquam eum dimiserat
Tanquam minus gloriosum ipsum appellavit
Et nudatum scurris contumeliose comparavit
Sic synagoga Christum plus quam scurram dehonestavit
Cum Barrabam praeferens ipsum inter latrones computavit
David cytharizando praefiguravit Christum
Qui sicut cordas in cythara sic in cruce extendebat ipsum
Quam dulcem melodiam haec cythara decantavit
Quando cum lacrimis et clamore valido pro nobis oravit
Quando latroni pro poenitentia paradisum promisit
Quando matrem discipulo et discipulum matri commisit
Quando dixit se pro nostra salute sitire
Et consummatum esse quod pro nobis debuit subire
Quando heli heli lamasabacthani exclamabat
Et spiritum suum patri suo commendabat
Infra hanc cytharizationem synagoga ipsum subsannavit
Et postquam emisit spiritum subsannare non cessavit
Illud etiam fuit olim in Absalone praeostensum
Quem legimus pulcherrimum esse et in arbore suspensum
Quem videns quidam suspensum venit ad Joab et hoc dixit
Qui veniens tres lanceas in corpus eius fixit
In hoc non fuerunt contenti armigeri Joab qui affuerunt
Sed et gladiis ipsum crudelissime invaserunt
Per Absalonem significatur speciosus forma prae filiis hominum Christus
Qui in corde tribus lanceis i. tribus doloribus est transfixus
Primum fuit ex sua propria poenarum magnitudine
Secundum ex dilectae matris suae amaritudine
Tertium dolorem pro perditis damnandis sustinuit
Quibus sua amara passione non prodesse praescivit
Et quamvis Christus confixus fuit tantis doloribus
Tamen sic hodie mali invaserunt eum quasi armigeri suis gladiis
Hoc modo omnes voluntarii peccatores invadunt Christum
Qui sponte peccando iterum crucifigunt ipsum
Isti olim praefigurati fuerunt per Evilmerodach regem
Qui desaevit in suum mortuum et sepultum patrem
Corpus patris de sepulchro effossum in trecentas partes divisit
Et trecentis vulturibus ad devorandum distribuit
Ita mali christiani in patrem suum mortuum peius scilicet Christum desaeviunt
Qui voluntarie peccando ipsum iterato crucifigunt
Plus enim peccant qui offendunt Christum regnantem in divinitate — Nota bene
Quam qui crucifixerunt eum conversantem in humanitate
Ipsum scilicet crucifixum videntur iterum et rursus vulnerare
Qui sine timore peccant vel qui praesumunt se de peccato iactare
Crucem Christo ad crucifigendum eum probantur comparare
Qui ad peccandum mala conantur consilia vel consilia praestare
Torque Christo ad imponendam baiulandam in pane probantur
Qui poenam divinae ordinationis abnuere videntur
In faciem Christo probantur despective conspuere
Qui non agunt gratias deo pro nobis datis munere
A tergo Christum probantur colaphis verberare
Qui proximum post tergum nituntur diffamare
Faciem autem Christo probantur alapis contundere
Qui proximum suum in praesentia sua praesumunt confundere
Caput Christo probantur vulnerare spinis
Qui ecclesias nituntur invadere iniuriis et rapinis
Oculos domini sua conspiratione conantur velare
Qui malum pro bono nituntur reddere dare vel mutuare
Vestimenta Christo probantur sibi dividere
Qui res pauperum suorum praesumunt distribuere
Dominum Jesum Christum cum Juda dolose corde osculantur
Qui proximo suo fraudulenter adulantur
Qui proximo suo promittunt quod non intendunt facere
Dominum cum Judaeis videntur deridere et subsannare
Dominum cum Juda probantur dolose salutare
Qui pro laude humana nituntur orare vel eleemosynam dare
Loculos Christi cum Juda sua portare probantur
Qui decimas et commissa ad publicum et furantur
Pedes Christo probantur clavis ferreis perforare
Qui magis theatra et tabernas quam templa solent visitare
Crucem cum Simone Cyrenaeo portare comprobantur
Qui non voluntarie sed quasi coacti bonum operantur
Clavos Christo probantur fabricare

Qui mutuo proximos nituntur discordiam seminare
Illi porrigunt subsannationem cum sinistro latrone
Qui ficte confitentur et commentantur in confessione
Cum Iuda comprobantur semetipsos suspendere
Qui nolunt veram penitentiam et satisfactioni intendere
Manus Christi probentur cum funibus colligare
Qui non credit Deo quod possit necessaria sua dare
Manus domini videtur configere et vulnerare
Qui de bonis a Deo sibi datis non vult elemosinas erogare
Illi cum Iuda pro temporali pecunia comprobantur vendere
Qui bona sua pro vana gloria studet expendere
Vinum mirratum comprobatur domino exhibere
Qui heresis sub pallio veritatis studet docere
Acetum mixtum felle probentur domino propinare
Qui de malis aliis presumunt domino pacificare
Illi cum Iuda dolosum osculum Christo exhibent
Cum tamen mortalibus peccatis accedere ad corpus domini non verentur
O bone Ihesu da nobis tuo sacramento ita uti
Ut ante mortem nostram a peccatis separari Amen:

xxvi^m de virginis marie intima passione:

In precedenti capitulo audivimus Christi passionem
Consequenter audiamus dulcissime matris eius dolorem
Quem salvator noster in passione tollerabit
Affuit Maria et secum omnia per compassionem comportavit
Tunc impletum est quod prophetavit ei Symeon iustus
Dicens tuam ipsius animam pertransibit gladius
Dolorem quem Maria in passione filii sui tollerabit
Jacob in tollerantia mortis filii sui Joseph prefiguravit
Jacob Joseph super omnes filios diligebat
Et invidia fratrum ipsum inficere videbat
Fecit autem Jacob filio Joseph tunicam polimitam
Variis coloribus et picturis artificialiter politam
Quem cum misisset pater ad fratres ubi greges pascebant
Illi apprehenderunt eum interficere volebant
Sed mutato consilio ipsum Ismaelitis vendiderunt
Et tunicam eius laceratam sanguine edi asperserunt
Et mittentes eam portabant et dicebant patri
Ut videret si esset tunica filii sui
Quam videns pater scidit vestimenta sua et cepit flere
Quod devoratum filium suum dicebat pessime fere
Quod audientes filii eius ad ipsum conveniebant
Et ipsum in luctu suo consolari satagebant
Ipse autem consolationes eorum minime attendit
Et nullas consolationes volens accipere sic dixit
Descendam lugens filium meum ad infernum
Maria noluit consolari in hac vita in eternum
Sic Maria ad filium suum lugens in infernum descendisset
Et secum utique penas sustinuisset si possibile fuisset
Amarius quam fratres Christum Maria planxit et dixit
Quia filii sui tunicam id est carnem laceratam conspexit
Tunica Joseph fuit sanguine edi cruentata
Sed tunica Christi fuit proprio sanguine madidata
Et non aliqua devoravit fera pessima
Hoc est invidia Iudeorum iniquissima
Jacob ex dolore suo scidit vestes exteriores
Maria autem scidit vestes suas id est vires interiores
Omnes filii Jacob ad ipsum congregati sunt
Et tamen dolorem eius delinire non potuerunt
Et si totus mundus ad Mariam congregatus fuisset
Ipsa tamen sine filio nullam consolationem accepisset
Jacob duodecim filios habuit de amissione unius tamen doluit
Quanto magis Maria que unicum habuit eundem amisit

Iste et dolor Marie tam immensus fuit prefiguratus
Cum Abel a maligno Cayn est mactatus
De ipsius interfectione Adam et Eva valde doluerunt
Et eius mortem centum annis deplanxerunt
Et quamvis dolor eorum videtur magnus fuisse
Tamen dolor Marie comprobatur maior extitisse
Quanto enim res que diligitur est carior
Tanto dolor de amissione eius est maior
Nunquam erat amor maior quam inter Mariam et natum
Et nullus dolor in terra eius dolori Marie equatur
Dolor Ade et Eve legitur multum diu durasse
Quia legitur centum annis in luctu perseverasse
Si sic Christus per tempus multorum annorum in morte permansisset
Maria nunquam in eo tempore a luctu et merore cessasset
Cum enim Joseph corpus Christi deponeret de cruce
Affuit Maria ut eum inter brachia sua attolleret
Tunc fasciculus mirre inter ubera sua commorabatur
Sicut in canticis canticorum de ipsa cantatur
O quam amarus iste fasciculus mirre fuit in corde Marie
Habet tollerando penas quas sustinuit Christus tota nocte et tota die
Quanto vinum dulcius et nobilius esse probatur
Tanto fit acrius et acrius cum transmutatur
Sic quanto amor Marie ad filium erat dulcior
Tanto dolor eius in passione filii erat amarior
Quam Maria fuit olim per Noemi prefigurata
Que propter mortem filiorum suorum multum fuit amaricata
Dicens nolite me vocare Noemi quod est pulchra
Sed vocate me Mara quod est amara
Quia valde me omnipotens amaritudine replevit
Hoc dixit quando orbationem duorum filiorum suorum deflevit
Convenienter autem Maria per Noemi est designata
Quia non erat solum uno sed duobus filiis orbata
Unum filium habuit per carnalem generationem
Alium autem in morte adoptaverat per gratiam
Uterque carnalis filius Marie erat Christus
Adoptivus autem universum humanum genus
Carnalis filius mortuus erat morte temporali
Adoptivus autem mortuus erat morte spirituali
In passione enim Christi totum genus humanum fidem reliquerat
Et in omnibus nisi in ea mortuus erat
Propterea Maria magnam amaritudinem sustinuit
Maria utrumque intimo cordis affectu diligebat
Et quamvis filium suum tanquam se ipsam et plusquam se diligebat
Tamen ei placuit ut per mortem suam nos liberaret
Placuit enim dulcissime matri nostre ipsum tradi
Ut nos morte perpetua eruat et sempiternaliter
Et hoc possumus perpendere quantum Maria nos diligebat
Quia dilectum filium suum pro nobis mori affectabat
Quia enim una res pro alia datur vel commutatur
Res que accipitur plus cara videtur quam illa que datur
Vide ergo quod magis nos quam suum filium diligebat
Quia potius ipsum tradi quam nos condempnari volebat
Et hoc possumus perpendere quantum pater celestis nos diligebat
Quia unigenitum filium suum pro nobis in mortem dabat
Ambo ergo tam pater quam mater nos amaverunt
Et ut nos toto corde eos amemus bene meruerunt
O bone Ihesu da nobis hanc dilectionem ita cogitare
Ut tecum mereamur in celis eternaliter exultare

Capitulum xxvii^m de Christi sepultura:

In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus de cruce est depositus
Consequenter audiamus quomodo fuit sepultus
Joseph et Nicodemus corpus in sindone involverunt
Et cum diversis aromatibus in monumentum posuerunt
Maria cum miserabili planctu et lamentatione
Cum luctu et multarum lacrimarum effusione
Nulla lingua sufficit eius dolorem enarrare
Nec aliqua mens sufficit eius afflictionem excogitare
Ipsa enim tota nocte et die planctu se fatigabat
Cum vix exequias filii sui ad sepulchrum prosequebat
Tot osculis et amplexibus corpus filii constringebat
Et omnibus plus de compassione querulose dicebat
O qualem impietatem impiissimi iudei exercuere
In hac tam pulchra et delectabili muliere
In tantum planxit luxit gemuit et ploravit
Quod alios ad compatiendum et plorandum provocavit
Quis non tam beatissime matri non compateretur
Quis ad tantarum penarum effusiones non emolliretur
Nunc manus filii nunc pedes deosculabat
Nunc collum eius nunc latera stringendo amplexabat
Nunc pectus ipsius pungnis percutiebat et tundebat
Nunc manus cum effusione lacrimarum constringebat
Nunc intuebat vulnera filii sui cum oculis suis
Nunc oculis currit super pectus eius nunc super os
Nimius bestiale cor habere videtur
Qui tantis lacrimis et lamentationibus non compatitur
Bestialis porcus porco clamanti commovetur
Et quis tam beatissime matri non miseretur
Sic compassus est et flevit cum Maria Magdalena
Et quis non fleret cum virgine tam amena
Delphini dicuntur mortuis suis compati et eos sepelire
Et quomodo potest homo planctum matris sine dolore audire
Dolorem quem Maria in sepultura filii sui toleravit
Olim David in obsequiis Abner prefiguravit
Abner a Ioab fraudulenter interfectus erat
Cuius interfectorem rex David sequens feretrum deflebat
Et non solum super exequias eius plorabat
Sed et alios ad plorandum invitabat
Scindite inquit vestimenta vestra et plangite
Num ignoratis quia princeps maximus in Israel occisus est hodie
Quam maximus princeps in Israel Christus occisus erat
Cui omnis creatura compassionem exhibebat
Sol subtraxit radios suos ne eius ipsius videret
Aer obscuratus est ut nuditas eius non videretur
Terra tremuit ut crucifixores terrerentur
Templi velum scissum est ut prophecie apparerent
Petre scindebantur et signum magnum dabant
Quia cum discipuli tacuerunt lapides exclamabant
Monumenta aperta sunt ut mortui resurgerent
Et potentiam huius principis mundo notescerent
Multi enim resurgentes hominibus apparuerunt
Et potentiam mortui principis manifestarunt
Dyabolus in simulacro coram ante pedes nutabat
Deus ille est quem omnis creatura venerabatur
Philosophi attendentes videntes solem obscurari
Dixerunt deum nature in angustiis esse et pati
Edificaverunt ergo altare ignoto deo
Qui manifestandus erat futuro seculo
Huius ergo principis exequias deplangamus
Et corda nostra intima passione scindamus

Sepulturam Christi et filii Iacob prefiguraverunt
Qui fratrem suum Ioseph in cisternam miserunt
Filii Iacob fratrem suum usque ad mortem oderunt
Ita iudei fratrem suum Christum gratis odio habuerunt
Filii Iacob fratrem suum pro xxx denariis a iuda vendebat
Iudei Christum pro xxx argenteis a iuda emebant
Filii Iacob tunicam fratris sui dilaceraverunt
Iudei carnem Christi virgis flagellis spinis clavis violaverunt
Tunica Ioseph non sensit aliquam penam vel dolorem
Sed caro Christi in omnibus membris sustinuit passionem
Tunica Ioseph talaris usque ad talos descendebat
Et in Christo usque ad talos nulla sanitas erat
Filii Iacob tunicam Ioseph sanguine edi conspergebant
Sed iudei tunicam Christi proprio eius sanguine perfundebant
Filii Iacob fratrem suum nimis turbaverunt
Sed iudei male tractantes maiorem iniuriam intulerunt
Ioseph fratribus suis quod in eo deliquerant relaxavit
Et Christus pro crucifixoribus patrem suum exoravit
Ioseph a fratribus venditus factus est dominus Egypti
Christus a iudeis crucifixus factus est dominus celi et mundi
Filii Iacob fratrem suum postea adoraverunt
Et multi iudei postquam viderunt in Christum crediderunt
Jacob audiens filium suum vivere multum gaudebat
Maria videns Christum resurrexisse multum gaudium habebat
Ioseph filius accrescens vel augmentum interpretatur
Et fides Christi de die in diem crevit et iam ubique dilatatur
Sepulturam Christi olim Ionas prefiguravit
Quem proiectum de navi in mare cetus devoravit
Ionas fuit per tres dies et noctes in ceto
Ita Christus erat usque ad tertium diem in monumento
Nunc autem historia Ione salvatorem exprimit
In capitulo de resurrectione manifestatur
O bone Ihesu da nobis tuam sepulturam ita venerari
Ut tecum mereamur in perpetuum venerari Amen

xxviii. De liberatione animarum de lymbo

In precedenti capitulo audivimus quomodo Ioseph Christum sepelivit
Consequenter audiamus quomodo Christus infernum introivit
Hora nona qua Christus animam in cruce emittebat
Statim anima coniuncta deitati ad inferna descendebat
Est autem quadruplex infernus sive quatuor loca infernorum	Nota
Infernus damnatorum puerorum purgandorum et sanctorum
In inferno damnatorum est fumus et ignis inextinguibilis
Aspectus demonum et horror terribilis
Vermes corrodentes et tenebre palpabiles
Frigus inenarrabile et fetores intollerabiles
Continua inedia et fremens miseria maledictionis
Fuga mortis et desperatio redemptionis
Semper sunt in molestia nec umquam moriuntur
Semper pene innovantur et nunquam finiuntur
Ad istum infernum Christus numquam descendebat
Nec aliquas animas de ipso redimebat
Super istum infernum est locus qui dicitur infernus puerorum
Innocentium videlicet et non baptizatorum
Ibi non est pena sensus sed tamen pena dampni
Et gaudium habent magnum de bonitate sed magni
Magnitudo gaudii istorum puerorum
Excellit magnitudinem gaudii omnium mundanorum
Gaudent de hoc quod creatorem suum peccando non offenderunt

Et quia de inferno damnatorum est sermo coeptus(?)
Ubi autem de quo factus sit Deus novit nullus potest scire
Nec eius doctorum sufficit diffinire
Super hunc locum est infernus purgandorum
In illo est diversitas penarum et multorum dolorum
Varia secundum peccatorum qualitatem et quantitatem
Recipit quilibet ibi purgationis penalitatem
Pena istorum potest mitigari per celebrationes missarum
Per orationes ieiunia et collationes elemosinarum
Per indulgencias et eius acceptationem
Et per alienae penitentiae assumptionem
Pena purgatorii non potest verbis explicari
Quia nulla pena in mundo potest illi comparari
Sicut differt ignis verus ab igne qui solet depingi
Sic differt ignis purgatorii ab igne materiali
Super hunc locum infernus patrum esse comprobatur
Qui alio nomine sinus Abrahe vel limbus appellatur
Hunc infernum omnes sancti olim intraverunt
Qui ante incarnationem Christi mortui sunt
Ad istum infernum Christus descendit et intravit
Et omnes qui in ipso erant potenter inde liberavit
Primo in inferno fuit anima Christi ab hora sue expirationis
Usque ad horam sue gloriose resurrectionis
Notandum autem quod licet anima Christi fuerit a corpore separata
Tamen deitas neque ab anima neque a corpore fuit segregata
In limbo erat deitas unita anime a corpore separate
In sepulchro erat deitas unita carni mortificate
Quam Christus limbum intravit sancti divinitatem viderunt
Et gaudium celi magnum ibidem habuerunt
Sicut ubi est papa ibi est romana curia
Sic ubi erat divinitas ibi erant celi gaudia
Unde dixit Christus latroni cum adhuc penderet in patibulo
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso
Hoc de paradiso terrestri non est exponendum
Sed de contemplatione deitatis est intelligendum
Anima enim latronis cum anima Christi limbum ingrediebatur
Et ipsam divinitatem cum aliis sanctis contemplabatur
Et tunc viderunt sancti Christum presentem sibi omnes clamabant
Advenisti desiderabilis quem nostra suspiria vocabant
Istud prefiguratum est in tribus pueris in fornace Babilonis
Dan 3 Ubi ad ingressum angeli ignis versus est in suavitatem roris
Si presencia angeli potuit pueros in medio ignis refrigerare
Quanto magis potuit Christus sanctos in inferno letificare
Rex enim dominus ad confortationem puerorum in fornace mittebat
Prefigurat quod ipse ad consolandum patres infernum intrare volebat
Sicut in fornace Babilonis fuerunt pueri
In limbo non erant nisi innocentes et puri
Qui nisi dum plenariam satisfactionem decedebant
In purgatorio purgabantur et tunc in limbum ascendebant
Istud prefiguratum fuit per Danielem in lacu leonum
Dan 14 Cui dominus misit per Abacuk prandium
Daniel missus fuit in lacum leonum a Babiloniis
Ut consumeretur a septem famelicis leonibus
Dominus autem illesum eum custodivit
Et per angelum suum refectionem ei misit
Sic dominus patres in limbo a demonibus defensavit
Et ipse tandem veniens divina refectione ipsos pavit
Lacus Babilonis designat infernum
Septem autem leones numerum omnium demonum

Numerus demonum solet perscribi per septem demonia
Quia demones impugnant homines per septem mortalia peccata
Horum peccatorum mortalium nomina sunt superbia avaricia
Luxuria invidia gula ira et accidia
Ista sunt tela demonorum et arma dyabolica
Quibus impediunt devotos et muniunt castra infernalia
Quamvis autem infernus multis armis adversariorum munitus erat
Tamen Christus passione sua facile confringebat Jn sol[illegible] Reg et 3 Reg 6
Istud olim in structione Babilonis prefiguratum fuerat
Cuius pullum rex Salomon in vase vitreo concluserat
Struthio cupiens liberare de inclusione pullum
Abiit in desertum et attulit inde quendam vermiculum
Quem comprimens super vitrum sanguinem effundebat exprimebat
Et per tactum sanguinis vitrum per medium scindebat
Sic cum sanguis Christi in passione eius est expressus
Infernus tanquam vitrum est confractus et ipse liber est egressus
O bone Jesu dignare nos ab inferno custodire
Et fac nos ad tua premia feliciter pervenire Amen

XXIX^m quomodo Christus superavit dyabolum in limbo

In precedenti capitulo audivimus quomodo Christus patres liberavit
Hic audiamus quomodo principem infernalem superavit
Christus ideo homo factus est quia dyabolum superare volebat
Et hoc quadam vice verbis per quandam similitudinem comprobabat
Cum fortis armatus id est dyabolus custodit atrium suum id est limbum
In pace sunt omnia que possidet quod de patribus est intelligendum
Si autem fortior eo id est Christus supervenerit
Universa arma sua ei aufert et eum alligabit
Dyabolus ante incarnationem Christi tam fortiter armatus erat
Quod in toto orbe nullus homo contra atrium suum confligere poterat
Sic autem quod non timuit hoc dixit et hoc explevit
Atrium suum intravit et ipsum potenter sua devicit
Istud olim Banaias per figuram premonstravit 2 Reg 23
Qui ad leonem in cisternam intrans cum virga sua ipsum prostravit
Sic Christus intravit ad dyabolum ad cisternam id est ad infernum
Et per virgam et baculum id est per sanctam crucem prostravit ipsum
Et hec est quod David propheta olim in psalmo pretenderat
Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt
Virga hec non sumitur pro baculo quod homo ambulans portat
Ut per eum sustentet et a canibus se defendat
Crux Christi est baculus per quem sustentamur ne cadamus
Per quem et canes infernales a nobis depellamus
Per hunc baculum Christus leonem infernalem prostravit
Et eundem baculum nobis ad resistendum dyabolo donavit
Attendite fratres quantum tenemur sanctam crucem honorare
Per quam possumus hostes nostros scilicet demones superare
Sicut per lignum paradisi dyabolus decipiens homines mactavit
Ita per lignum crucis Christus contra dyabolum triumphavit
Sanctam crucem multum tenemur honorare
Quia de ipso sanguine signata est et consecrata(?)
In cruce olim potentes dyaboli id est malefici suspendebantur
Et per eam nunc demones puniuntur et fugantur
Per crucem olim numerus damnatorum augebatur
Et per eam nunc numerus beatorum augmentatur
Per crucem olim homines mortificabantur
Et per eam nunc mortui suscitantur et regni celorum vivant
Per crucem olim augebatur quoddam gaudium damnatorum
Et per eam nunc multiplicatur leticia angelorum
Per crucem olim maligni propter sua crimina dampnabantur
Per eam nunc crimina misericorditer relaxantur
Crux olim propter sua vilitatem statuebatur in monte Calvarie
Sed nunc propter sanctitatem suam constituitur in altaribus ecclesie

Crux olim cuilibet persone ignominia tanta videbatur
Modo propter suam gloriam a principibus et regibus adoratur
Fortem dyabolum quem totus mundus non potuit superare
Modo unus puer per signum sancte crucis potest fugare
Hanc potestatem contulit nobis ille bellator fortis
Qui per eam vicit dyabolum et destruxit portas mortis
Victoria ista olim prefigurata fuit per Sampsonem [Judicum 14]
Qui in vineis Engadi dilaceravit leonem
Per fortissimum Sampsonem Christus fortissimus designatur
Per quem infernalis leo id est dyabolus potentia sua privabatur
Sampson proposuit ut desponsaret sibi uxorem
Et in itinere interfecit obvium sibi leonem
Sic filius Dei de celo venit in hunc mundum
Ut cum natura humana contraheret matrimonium
Sampson duxit in uxorem mulierem Cananeam
Filius Dei ut scies nacionem elegit sibi Judeam
Uxor Cananea Sampsonem dolose defraudavit
Sic et Judea Christum fraudulenter tractavit
Sampson segetes et vineas hostium suorum succendit
Et contra eos pugnans ab ipsis se defendit
Sic Christus de Judeis se postremum vindicavit
Cum per exercitum Romanorum Judeam devastavit
Sampson quem prefiguravit Christum fortissimum
Qui superavit leonem infernalem inimicum nostrum
Eciam Abioth Aioth olim Christum prefiguravit
Qui Eglon pinguissimum hostem filiorum Israel gladio perforavit
Eglon rex crassus et pinguissimus nimis erat
Et in pugnando Judea filios Israel opprimebat
Aioth autem cogitavit quomodo ipsum trucidaret
Et filios Israel ab impugnacione eius liberaret
Accessit quadam die ad eum in atrium suum ubi rex residebat
Et gladium sinistra manu in ventre eius immittebat
Et reliquens gladium in eius ventre fugit et evasit
Et sic filios Israel a tali inimico liberavit
Eglon propter suam pinguissimum et amplum ventrem
Signat dyabolum amplissimum ventrem habentem
Qui pinguissimus dicitur eo quod omnes homines deglutivit
Nam totum genus humanum in ventre eius intravit
Tandem dominus noster Ihesus Christus ventrem eius perforavit
Cum portas inferni gladio sue passionis penetravit
Dyabolus superavit hominem per dulcem pomi gustacionem
Et ideo Christus superavit dyabolum per amarissimam passionem
Et in hoc dedit nobis dominus exemplum quomodo sit pugnandum
Nam contra dyabolum et vicia virtutibus est certandum
Sicut enim in egritudinibus contraria contrariis curantur
Sic in pugna dyaboli vicia virtutibus superantur
Nec enim coronatur nisi qui legittime certaverit
Et nemo certare potest nisi hostes habuerit
Vult autem deus ut homines sustineant impugnaciones
Ut per hoc in celo augeant eorum retribuciones
Permittit enim dominus ut eciam boni in sompnis temptentur
Ut eciam eorum dormiendo premia augeantur
Quanto autem majora et plura habuerit homo certamina
Tanto majora et plura recipiet premia
Obsecremus igitur dominum quod dyabolum et vicia ita superare
Ut apud ipsum mereamur corona perpetua coronari. Amen

xxx De victoria Marie contra hostem malignum

Imperii capitulo audivimus quomodo Christus vicit dyabolum per passionem
Hoc capitulo audiemus quomodo Maria vicit eundem per compassionem
Omnia que Christus in passione sua tollerabat
Hec Maria per maternam compassionem secum portabat
Clavi qui transfixerunt pedes filii sui et manus
Per compassionem transfixerunt sanctissimum matris pectus
Et lancea que latus filii sui mortui perforavit
Per compassionem cor matris eius dolentis penetravit
Flagella spinarum qui caput eius perpunxerunt
Per compassionem cor genitricis eius vulneraverunt
Gladius acutissimarum liguarum quas Christus audivit
Per compassionem intima matris eius pertransivit
Et sicut Christus superavit dyabolum per suam passionem
Ita et superavit eum Maria per maternam compassionem
Armis passionis Christi Maria se armavit
Cum contra dyabolum ad pugnandum se preparavit
Hoc enim prefigurabatur per Judith que restitit Olofferni [Capitulo tercio Judith]
Quia ipsa se opposuit dyabolo principi inferni
Judith induit se vestibus jocunditatis
Et ornavit caput suum mitra et pedes sandaliis
Maria vestivit se tunica filii sui inconsutili
Et superinduit se pallio derisionis eius duplici
Unum erat album in quo Christus ab Herode deridebatur
Aliud coccineum id est rubicundum in quo a militibus illudebatur
Et bene Maria pallio albo et rubicundo induebatur
Quia dilectus filius eius candidus et rubicundus dicebatur [canticorum]
Tota eius passio comparatur fasciculo mirre
Quam amicari deus mirre vocat diligenter audire
Dolores et penalitates quas Maria diligenter collegit
Et per compassionem fasciculum mirre ex ipsis composuit
Hunc fasciculum per tempus inter ubera sua collocavit
Et cum tali armatura contra hostes nostros dimicavit
In hoc fasciculo mirre erant omnia simul colligata
Que passio filio suo in passione fuerunt illata
Gladii fustes lancee et arma quibus capiebatur
Lucerne ardentes et facule quibus in orto querebatur
Tristicia pavor et tremor et trina oracio
Sudor sanguineus et angeli confortacio
Quod tribus ore et tono uno omnes prostravit
Et restitutos eis vires se capiendum presentavit
Cognitionis signum et osculum malignum
Dolosa salutacio et responsum eius benignum
Crudelis eius captivacio et vinculorum ligacio
Auricule reformacio et discipulorum fugacio
Sindonis relictio a dilecto suo Johanne
Festinacio Judeorum et consultacio Anne interrogacio
Alapa servi pontificis et mansueta eius responsio
Trina negacio Petri et cunctorum confusio
Nova judicum turbacio quibus est ductus et acusatus
Annas Cayphas Herodes Poncius Pilatus
Columpna virge flagella sputa arundo et funiculi
Crux clavi lancea malleus corona et tabula tituli
Alape colaphi obprobria blasphemia et derisio
Velamen oculorum prophetia et vestimentorum divisio
Vestis super tunicam et vestis alba in dumentum
Tribunal Judeorum lotio manuum et purpureum vestimentum
Sompnium uxoris Pilati et liberacio Barrabe homicide
Tumultus et clamor Judeorum geminantium crucifige
Bibicio et acetum felle amaricatum
Arundo cum spongia ysopus et vinum mirratum
Oracio eius clamor latronis et latronis acceptacio
Commendacio eius in cruce et discipuli Johannis commendacio
Conservacio eius lancea Longini cum ipsius illuminacione
Effusio sanguinis et aque continuo cum sua perfusione

Obscuracio solis, terre motus, scissio veli, petrarum,
Ruina partis templi, apercio sepulchrorum et mox aliarum
Triginta argentei quibus erat Christus venditus et emptus
Desperacio Jude qui non est ad penitenciam receptus
Hiis et aliis penalitatibus Maria se armavit
Et tanquam propugnatrix contra hostem nostrum decertavit et triumphavit
Tunc impletum est in ipsa prenunciatum olym figuraliter
Et quedam prophetia dicta patre scripture
Super aspidem et basiliscum tu Maria ambulabis
Leonem et draconem, id est sathanam, conculcabis
Et tu sathana insidiaberis calcaneo eius homines impugnando impediendo
Ipsa conteret caput tuum per compassionem te superando
Hanc olym Jahel uxor Aber cynei prefiguravit (Judic. 4°)
Que Sysaram per tympora clavo ferreo perfodit
Sysara erat princeps milicie Jabin regis
Et vastavit filios Israel violencia inmensa eis
Tandem a Jahel clavo per tympora est perforatus
Et populus Israel ab eius infestacione est liberatus
Sic Maria clavis sue compassionis hostem nostrum perforavit
Et eius potestate qua superbus fuit spoliavit
Regina Thamari et Mariam prefiguravit (In scol. hystoria post libros regum)
Que Tyrum crudelissimum homicidam decollavit
Qui tam assiduabat ad hominum interfectionem
Et non poterat saciari per quamvis sanguinis effusionem
Omnibus gravabat et omnia regna invadebat
Nulli parcebat omnes quos potuit sanguinem effundebat
Tandem regina Thamari ipsum decollavit capiens
Et caput in utrem plenum sanguine humano proiciens ait
Saciare sanguine humano quem semper sitisti
Quo in vita tua nunquam saciari potuisti
Sic dyabolus qui ab inicio homicida erat
Nunquam hominum dampnacione saciari poterat
Sed regina celi ipsum compassione filii sui superavit
Et eterna dampnacione quod nos gravaret ipsum saciavit
O bone Jhesu fac nos tuo adiutorio ita dyabolum superare
Ut in eternum mereamur in tua gloria exultare. Amen.

Capitulum xxxi^m de captivitate (liberatione) hominis:

In precedenti capitulo audivimus quomodo dyabolus est superatus
Consequenter audiamus quomodo homo de carcere est liberatus
In die pasche quando Christus in terra resurrexit
Statim anima eius unita deitati infernum intravit
Non ut quidam putant usque ad noctem dominicam expectabat
Sed statim ad consolandum incarceratos festinabat
Si enim posset quis amicum suum hodie liberare
Iniquum esset usque ad diem crastinum expectare
Sic ergo fidelissimus amicus noster non expectavit
Sed statim peracta passione suos in carcere visitavit
Et in hoc dedit nobis exemplum quod si possumus animabus subvenire
Si protrahimus suffragia non videtur animabus expedire
Gravissime enim et cum tedio expectacione gravantur
Qui tam intollerabilibus penis cruciantur
Quidam faciunt suis amicis per xxx dies missas celebrari
Hoc bonum est sed utilius esset animabus illis primo die consolari
Quam per xxx dies ibi expectare valde et amare
Et istud intelligatur de aliis suffragiis animarum
Festinemus ergo animabus quantocius animabus in purgatorio subvenire
Quia hec festinacione plus placet eis expedire
Christus autem non statim patres eodem die liberavit
Sed ibi cum eis manens ipsos sua dulci presencia letificavit
Mane autem nocte dominica quando a morte resurrexit

Tunc eos de captivitate dyaboli eduxit et erexit
Hec autem captivitas dyaboli erat prefigurata
Olym fuit in captivitate egipciaca prefigurata (Exo.)
Filii Israel captivacione in Egipto [illegible] opprimebantur
Et ad dominum pro liberacione lacrimabiliter vociferabant
Quibus autem dominus apparuit Moysi in rubo ardente
Igne pleno et tamen integro et viridi permanente
Misit autem dominus Moysen ad Pharaonem
Et fecit per eum filios Israel captivitate sua liberari
Ita genus humanum per principem tenebrarum detinebatur
Et ad dominum pro sua redempcione multipliciter clamabat
Deus in adiutorium meum intende
Domine inclina celos tuos et descende
Libera me quia egenus et pauper sum
Et nichil habeo quo me liberare possim
Emitte manum tuam per quod liberer
Emitte agnum tuum cuius victima reconcilier
Emitte lucem tuam ut tenebre anime irradientur
Emitte veritatem tuam ut prophete tui fideles inveniantur
Hiis et aliis multis modis homo ad dominum clamabat
Et dominus misit eis ipsum hoc modo liberabat
Descendit in rubum ardentem sine rubi lesione
Hoc est in virginem Mariam sine virginitatis amissione
Dominus plagavit Pharaonem et omnem suam gentem
Et eduxit filios Israel in terram melle et lacte fluentem (manantem)
Ita Christus plagavit dyabolum et omnem suam congregacionem
Et eduxit suos de inferno ad eternam refectionem
Ibi pascuntur lacte hoc est dulci aspectu humanitatis
Et melle hoc est mellisflua contemplacione divinitatis
Dominus volens Judeos liberare precepit agnum ymolari
Sic Christus qui nos voluit liberare fecit se ipsum crucifigi
Hanc et liberacionem hominis deus prefiguravit (Gen.)
Cum primo Abraham de Ur Caldeorum liberavit
Caldei hunc ignem pro deo colebant (Ur)
Et cum Habraham renueret ipsum in ignem proiecerunt
Deus autem verum quem ipse coluit et adoravit
De igne Caldeorum ipsum misericorditer liberavit
Sicut autem deus Abraham conservavit in igne sine combustione
Ita suos conservavit in inferno sine omni lesione
Et sicut deus Habraham eripuit et patrem multarum gencium fecit
Ita patres de inferno redimens cetibus angelorum coniunxit
Hanc et redempcionem hominis deus prefiguravit
Cum Loth cum suis de subversione Sodome liberavit (Gen. 19)
De Sodomis tamen boni liberati sunt
Mali autem omnes igne et sulphure interierunt
Sic deus bonos de lymbo patrum redemit
Sed qui in inferno dampnatorum erant nullum eripuit
Unde ergo dicitur dominus confregit infernum
Et quis est qui potuit resistere ipsum
Non est fractus sed qui captivi ipsum invenerunt
Nunquam erunt erepti sed semper sine fine ibi erunt
O pie deus digneris nos ab illo inferno custodire
Et in hac vita purgare in corde et punire
Hic tua flagella et plagas nobis inferas
Ut nos a perpetuis flagellacionibus eripias
Sed non amas [illegible] te velle castigare
Rogamus ergo piissime deus ut digneris nos sic curare
Quatenus nos cum adversitatibus ad te venire
Quam per prosperitates eternaliter interire
Si autem in flagellis impacientes fuimus non attendas
Si nolimus nolumus tamen nos per flagella salvare intendas

Fragiles enim sumus et sine ruina non possumus sistere
Sed tu piissime domine dignare nobis misericorditer peccata indulgere
Notandum autem quod deus praecepit Loth in montes ascendere
Nec retrospicere sed ad ascendendum intendere
Sic homo quem deus propiciando de peccatis eripit
Non debet respicere per delectationem ad peccata quae reliquit
Sed de virtute in virtutem continuo sursum ascendere
Et satisfaciendo bonis operibus humiliter intendere
Uxor Loth respiciens retro versa est in lapidem
Et ferae deserti et bestiae lambunt eandem
Sic homo per recidivationem tamquam lapis indurat
Et a bestiis infernalibus lambitur et temptatur
Quapropter montem virtutum ascendamus ut salvemur
Et non respiciamus retro per recidivationem ne dampnemur
O bone Jesu doce nos ascendere et caelestia sic amare
Ut tecum in monte sancto tuo mereamur in perpetuum habitare.

Capitulum XXXII de Christi resurrectione:

In praecedenti capitulo audivimus de hominis redemptione
Consequenter audiamus de gloriosa Christi resurrectione
Sciendum autem quod sepulchrum domini est cavatum in petra (Se dni)
Et videtur esse tamquam duplex camera parva
Cum homo primo intrat invenit priorem cameram
Quae excavata est in petra iacente non infra sed supra terram
Et habet circa VII vel VIII pedes tam in longum quam in latum
Et in altum quantum potest homo extendere manum
Ex ista camera intratur per unum hostium in aliam
Quae habet fere eandem longitudinem latitudinem et altitudinem
Et quando homo ingreditur per parvulum hostium praefatum
Ad dextram videt locum ubi corpus Jesu fuit collocatum
Et est tamquam scamnum latitudinis trium pedum
Et longitudine se extendit de uno pariete ad alterum
Altitudo praefati scamni habet fere pedem et dimidium
Et non est concavum quia corpus non erat intus sed supra positum
Quidam peregrini hoc scamnum sepulchrum appellant
Sed nos totam petram cum ambabus cameris vocamus
Hostium monumenti grandi lapide erat obfirmatum
Et sigillis Judaeorum communitum et signatum
Sepulto enim domino Judaei sigilla sua lapidi apposuerunt
Et propter metum ne furaretur corpus lapidem signaverunt
Insuper paganos milites mercede et pretio conducebant
Et eos ad custodiendum sepulchrum ibi ponebant
Christus autem clauso hostio et salvis sigillis exivit
Quia corpus glorificatum ipsum lapidem pertransivit
Post hoc angelus domini in forma hominis de caelo descendit
Et videntibus custodibus lapidem de hostio revolvit
Cuius facies sicut fulgur et vestes albae erant
Terra tremuit et custodes territi velut mortui iacebant
Cum autem vires recepissent ad Judaeos redierunt
Et omnia quae facta fuerunt ipsis per ordinem narraverunt
Illi autem inito consilio dederunt ipsis pecuniam copiosam
Ut divulgarent ubique de se famam mendosam
Et dicerent ipsis dormientibus corpus esse furatum
Et hoc tam civibus quam custodibus est ubique divulgatum
Iudic 16 Notandum autem quod Christus suam gloriosam resurrectionem
Olim praefiguravit per fortissimum Sampsonem
Sampson civitatem inimicorum suorum intravit
Et in ea nocte manens ibidem dormivit
Inimici autem eius portas civitatis clauserunt
Et ipsum mane interficere disposuerunt
Sampson autem media nocte a somno surgebat
Et portam cum postibus et vectibus deferebat
Sic Christus nocte hostium hoc est infernum potenter intravit
Et ibi corpus ad mediam noctem dormire dici [illegible]
Media autem nocte destructo inferno ad corpus rediit
Et sic Christus qui mortuus fuerat resurrexit
Multa autem corpora sanctorum cum ipso resurrexerunt
Et intrantes civitatem sanctam multis apparuerunt
Non est putandum quod in passione corpora resurrexerunt
Sed illa die sepulchra solummodo aperta fuerunt
Christus primogenitus mortuorum surrexit primo
Et tunc corpora sanctorum surrexerunt cum eo
Et illi Christo ascendente cum eo sic ascenderunt
Non est credendum hiis qui dicunt quod iterum obierunt
Christi resurrectionem suam per Jonam figuravit
Et in ventre ceti per triduum vivum conservavit (Jone primo)
Jonas erat in navi quae tempestatibus iactabatur
Et mortem omnium qui in ipsa erant minabatur
Tunc dixit Jonas nautis ut ipsum in mare iactarent
Et sic tempestates maris et pericula cessarent
Quem cum iactassent statim eum cetus deglutivit
Et post triduum ipsum de ore vivum in terram emisit
Periculosum mare mundum istum designat
In quo olim homo periculum aeternae mortis patiebatur
Christus autem fecit sponte se in mare mortificari
Ut posset homo a periculo aeternae mortis liberari
Deus autem eum incorruptum conservavit
Et tertia die ipsum a mortuis resuscitavit
Haec Christi resurrectionis etiam praefigurata
Fuit per lapidem quem reprobaverunt aedificantes figurata (In sco. h 3 . R. et ps)
Temporibus Salomonis cum templum domini aedificaretur
Contigit ut quidam lapis mirabilis ibi inveniretur
Aedificantes nullum locum aptum ei invenire poterant
Eumque pluries cum magno labore attemptaverunt
Aut fuit nimis longus aut nimis spissus
Aut nimis brevis aut nimis dimissus
Quapropter indignati aedificantes eum abiciebant
Et omnes eum lapidem reprobatum proprio nomine dicebant
Consummato autem templo lapis angularis ponendus erat
Qui inter se duos parietes conjungere et totum complere debebat
Sed non est inventus lapis qui posset illi loco aptari
Unde quod non sufficiebant aedificantes admirari
Recordati autem quod reprobaverunt lapidem adduxerunt
Et ipsum aptissimum pro angulari lapide invenerunt
Ad tam mirum grandem omnes stupebant
Et ad magnum futurum per hoc designari dicebant
Quod erat lapis reprobatus in sua passione
Sed factus est lapis angularis in sua resurrectione
Tunc impleta est illa prophetia magni
Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli
A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris
[illegible] cantat [illegible] in festo resurrectionis
Lapis iste duos parietes in templo sibi coadunavit
Quia Christus de populo gentili et iudaico unam ecclesiam aedificavit
In hoc aedificio pro cemento usus est suo sanguine
Pro lapidibus autem usus est suo sanctissimo corpore
O bone Jesu praesta nobis ut in tua ecclesia ita vivamus
Ut in templo tuo caelesti in aeternum maneamus amen

Capitulum XXXIII de ascensione Christi:

In praecedenti capitulo audivimus de gloriosa Christi resurrectione
Consequenter audiamus de admirabili eius ascensione
Christus resurgens a mortuis non statim ascendit
Sed XL diebus manens pluries se ostendit
Quadragesima die se discipulis suis demonstravit
Et ipsis videntibus in nube candida caelos penetravit

Discipuli autem stabant et post ipsum in celum aspexerunt
Et ecce duo angeli in vestibus albis iuxta eos steterunt
Et dixerunt ihesum sic ad iudicium debere venire
Sicut admodum eum in celum videbant ire
Ascensio domini olim in scala fuit prefigurata
Gen 28 Quam patriarche iacob in sompnis fuit monstrata
Que una extremitate celum et alia terram tangebat
Et multitudo angelorum per eam descendebat et ascendebat
Sic christus de celo descendit et reascendit
Cum celestia et terrestria pacificare voluit
Oportebat enim quod mediator deus et homo esset
Quia aliter pacem inter deum et hominem reformare non posset
Deus enim altissimus est et homo infimus est
Et ideo christus inter celum et terram scala fiebat
Per quam ascendunt angeli per illam graciam nobis apportando
Et reascendunt animas nostras in celum reportando
Numquam talis scala in mundo facta fuit
Et ideo numquam aliqua anima in celum ascendere potuit
Videas sit quam brevissima et utilissima scala
Per quam pacificata est dissensio tam longa et tam mala
Hanc et ascensionem in celum christus figuravit
Luc 18 Cum parabolam de ove perdita et inventa predicavit
Dixit enim quod quidam qui de centum ovibus unam amisit
Et dimittens xcix in deserto ad querendam illam iuit
Quam cum invenisset multum congaudebat
Et in humeros suos ponens in domum suam portabat
Convocans quoque amicos suos gaudium suum illis indicavit
Et eos ad congaudendum sibi pollite congaudendum invitavit
Per istum hominem deus est designatus
Qui centum oves habere est dignatus
Centum oves fuerunt una et nonaginta nove
Per hoc debemus intelligere novem choros angelorum et hominem
Homo fuit una ovis perdita cum erraret et periit
Cum homo mandatum dei transgressus eterna morte incurrit
Deus autem novem choros angelorum in celo dimisit
Et veniens in hunc mundum hominem perditum quesivit
Per xxxiii annos quesivit et in tantum se fatigavit
Quod toto corpore suo sudor sanguis emanavit
Unde hoc quesitum etiam in cruce capiebat
Et cum tanto dolore et tam longo tempore quesierat
Inventum autem super humeros suos posuit et portavit
Cum crucem quam in humeris suis quesierat baiulavit
Attende homo quod non solum quesivit fatigationem in querendo
Sed et usque ad mortem laboravit te in celum ferendo
Amicos suos ad congaudendum sibi invitavit
Cum in celum ascendit et cives celi convalescificavit
Hoc si cupis deum et cives celi etiam letificare
Studeas vitam tuam et tua acta emendare
Lacrime enim peccatorum reddunt gaudium
Dum vera fit omnipotenti deo et sanctorum
Vera confessio peccatorum et devota oratio
Sunt deo et sanctis cythara cum sympnonia et cythara
Panem desiderabilem desiderabilem deo et sanctis exhibemus
Cum voluntatem eius facimus et mandata dei implemus
Et etiam ferculum deo et sanctis exhibemus insuper
Insuper quibus bonorum operum omnes mutuas exercitamus
Fercula dei et sanctorum aromatibus conduntur
Cum bona opera nostra cum discretione perficiuntur
Hec et alia signa christi ascensionis salvatoris prefigurata
4 Reg 2 Olim fuerunt in translatione helie prefigurata
Helias propheta helias legislator dei in mediam predicavit
Et curru igneo cum equis igneis invisus ascendit et in aera ... evolavit
Ipse quod sustinuit a malis magnas persecutiones
Sed apud deum meruit in paradisum translationem
Ita ipse christus in media ... vitam docuit
Et post hoc audivis multas persecutiones sustinuit
Et deus illum super omnes celos exaltavit
Et nobis quod est super omne nomen illi donavit
Ut in nomine ihesu omne genu flectatur
Et omnis lingua in gloria dei patris esse confiteatur
Unde hoc quantas christus sustinuit persecutiones et quanta passiones
Prius quam venit ad summam celestem exultationem
Sic oportebat christum pati et ita in gloriam suam intrare
Quia talis numquam nos oportet per ... ascendentes collocare
Et quia ipse multum petivit magnas sustinuit passiones
Et nos propter regnum dei nostrum sustinemus modicam tribulationem
Et ut modicum est quod hic sustinemus
Respectu eterni premii quod in futuro recipiemus
Si minimum minima est quanta ipsa sit celorum premiorum
Tot ergo esset comparare ad vestra ... premiorum
Si totum gaudium mundi usque stelle et pluvia multiplicaret
Adhuc minimum in respectu minimi gaudii celi reputaret
Si celum et terra et firmamentum esset pergamenum
Magis minimum gaudium non possent scribere ad plenum
Si omnes aque maris incaustum essent et totum consumentur
Numquam minimum gaudium celi ad plenum describeret
Si omnia ligna herbe et omnia essent calami scriptorum
Non sufficerent describere minimum gaudium electorum
Si omnes homines et omnes create predicatores essent
Dulcedinem dei et celi enarrare non possent
Si quis pulvis terre esset millesies clarior sole
Tenebre essent in divine claritatis comparacione
O bone ihesu da nos ad illud tuum aspirare
Ut tecum mereamur ibi in perpetuum habitare Amen

Capitulum xxxiiii de festo penthecostes

In precedenti capitulo audivimus de christi ascensione
Nunc audiamus de spiritus sancti missione
Cum tempus christi passionis appropinquavit
Ipse discipulos suos multis sermonibus confortavit
Predixit eis suam passionem et iterum
Ascensionem et spiritus sancti missionem
Expedit inquit vobis sum et ad patrem ibo
Ideo turbari cor vestrum non debet quia redibo
Vado in celum parare vobis locum
Et tunc veniam et accipiam vos ad meipsum
Vos estis qui mecum in temptationibus meis permansistis
Et ideo in regno meo mecum edere et bibere meruistis
Manete in dilectione mea et ego in vobis manebo
Et si per corporalem absentiam abiero tamen per divinitatem presens ero
Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite
Sic nec vos potestis aliquid facere nisi manseritis in me
Ego sum vitis et vos palmites estis
Sine me nichil boni facere potestis
Vos autem palmites et ego sum vitis vera
Pater meus celestis vinitor et agricola
Omnem palmitem non ferentem fructum amputabit
Et in ignem inferni eternaliter iactabit
Palmitem autem facientem fructum purgabit
Et sic maiorem fructum portabit
Mundus quidem gaudebit vos autem contristabimini
Sed tristicia vestra vertetur in gaudium quo non privabimini
Mulier cum parit tristiciam habet
Cum peperit filium omnis tristicia oblivioni tradetur
Et vos ergo nunc quidem tristiciam patiemini
Sed in futuro omnis tristicie obliviscemini

Sed quia hec de passione mea vobis locutus sum
Tristicia implevit et replevit cor vestrum
Dico tamen quod expedit vobis ut ego ad patrem vadam
Et alium paraclitum hoc est spiritum sanctum vobis mittam
Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos
Si autem abiero mittam eum ad vos
Cum autem veniet ille omnem veritatem vos docebit
Et tunc cor vestrum de ipsius consolatione gaudebit
Ipse vos de omnibus informabit
Et que ventura sunt ipse vobis annunciabit
Hijs et alijs multis verbis discipulos consolabatur
Et spiritum sanctum sibi mittere pollicebatur
Cum autem ascenderet precepit eis ut in ierusalem redirent
Usque spiritum sanctum paraclitum acciperent — residerent
Omnes qui de monte oliveti in civitatem redierunt
Et in quodam cenaculo simul in oratione perseveraverunt
In die autem pentecostes circa diei horam
Audita est super cenaculum vox venti valde sonora
In tantum sonora quod per totam civitatem audiebatur
Et totus populus pre nimio stupore illuc congregabatur
Viderunt super capita omnium quasi linguas igneas
Hoc est flammam ignis ad modum lingue longam
Iudei in illo tempore in diversis regionibus dispersi fuerant
Et tunc ordinante deo de qualibet regione aliqui convenerant
Ipsi audierunt eos loquentes varijs linguis
Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis
Singuli linguas in quibus nati erant audiebant
Et nimis admirabantur super hoc et stupebant
Quidam autem de tam evidenti miraculo dubitaverunt
Et ipsos musto plenos et ebrios esse dixerunt
Petrus autem surgens dixit eos adhuc ieiunare
Quia erat hora tercia et ad bibendum nimis mane
Addiditque quod prophecia esset impleta
Iohel 2° Effusionem spiritus sancti predixerat iohel propheta
Quod servi et ancille domini spiritum sanctum essent accepturi
Et aliqui prophetie diversis linguis locuturi
Hec verba iohelis ista die implebantur
Quia tunc multi quasi viri varijs linguis loquebantur
Mirabilis deus mirabilem potentiam suam ostendit
Sicut considerare potest qui opera sua diligenter attendit
In turri babel unam linguam in diversas mutavit
Hodie intelligentiam omnium linguarum vnicuique donavit
Et quomodo unum et idem miraculum facere potuisset
Si tunc divisionem diversarum linguarum non fecisset
In eo quod quod tunc diversas linguas dedit
Gen xi Miraculum istud quasi prefiguratum premonstravit
Et sicut tunc per linguas confudit edificantes turrim babel
Ita nunc per linguas confudit inimicos suos in israel
Iudei enim multum confusi fuerunt
Cum tam inenarrabile miraculum audierunt
[...]itici 23 Festum pentecostes quod nunc peragitur ab ecclesia
[...] 28 Olim prefiguraliter peragebat synagoga
Quinquagesima die postquam iudei de egipto exierant
Legem scriptam in monte synai a domino perceperunt
Ita quinquagesima die postquam nos sumus de inferno liberati
Receperunt discipuli gratiam spiritus sancti
Lex ergo que tunc iudeis data fuit figurata fuit
Christiani autem eam in veritate receperunt
iiij Reg 4° Istud etiam prefiguratum fuit in superhabundancia olei
Quod datum est paupercule vidue per heliseum
Heliseus enim motus super paupertatem vidue
Impertivit ei admodum maximam olei habundanciam

Vidua autem nichil nisi modicum olei habebat
Et hoc intantum augebat quod omnia vasa que habuit implebat
Paupercula ista designabat sanctam matrem ecclesiam
Que ablato sponso suo desolata videbatur tanquam vidua
Et dominus misericordia motus dedit ei olei habundanciam
Hoc est sancti spiritus graciam et linguarum intelligenciam
Ora ut dignetur nobis huius olei elargiri
Ut in extremo inveniamur in tua gratia in eternum Amen

xxxv capitulum De compassione virginis post ascensionem

In precedenti capitulo audivimus de sancti spiritus missione
Consequenter audiamus de beate virginis post ascensionem compassione
Post ascensionem domini beata virgo in ierusalem habitavit
Omnia loca filij sui que attingere potuit devote visitavit
Et pro nimietate amoris singula osculabatur
Cum genuflexionibus et orationibus venerabatur
Multa lacrimarum effusione ipsa loca irrigabat
Cum mellifluam passionem filij sui recogitabat
Visitavit in nazareth locum conceptionis
In bethleheme locum nativitatis et adorationis
In monte thabor locum transfigurationis
In ierusalem singula loca commemorationis et passionis
Visitavit montem syon ubi pedes discipulorum lavit
Et sacramentum eukaristie primitus instauravit
Villam gethsemani ubi in oratione sanguinem sudavit
Ubi eum iudas tradidit et turba captivavit
Domum anne ubi primo fuit perductus
Ubi alapam sustinuit et in multis est accusatus
Domum cayphe ubi fuit conspuitus et velatus
Illusus alapis cesus et colaphisatus
Domum herodis ubi fuit pro despectione alba veste indutus
Ab herode et exercitu suo despectus et illusus
Pretorium pilati ubi fuit false accusatus
Flagellis cesus et corona spinea coronatus
Locum gabatha qui etiam lithostratus consuevit appellari
Ubi pilatus condempnavit illum sedens pro tribunali
Viam illam et semitam sepius cum luctu peragrabat
Per quam christus baiulans crucem ad mortem ducebatur
Item locum calvarie qui golgota dicebatur
Ubi crucifixus aceto felle potabatur
Ortum ioseph abarimathia ubi erat sepultus
Et montem oliveti ubi scandens in celum est assumptus
Item sepulcrum ac alia loca ubi predicabat
Et loca ubi post resurrectionem suis apparuerat
Omnia hec loca et plura alia cum lacrimis visitavit
Et absentiam filij sui lamentabiliter deploravit
Lugere et dolere quam gaudere ipsa maluit
Quod dum mellifluam presentiam filij sui caruit
Iste dolor et luctus gloriose virginis marie — prima figura
Olim prefiguratus fuit in anna uxore thobie
Que post absentiam filij sui tantum luxit et flevit — Thobie x°
Ut consolari noluit donec filius suus rediit
Omnes vias ubi erat spes redeundi circuivit
Et montes ascendens in occursum eius prospexit — Thobie xj°
Presentiam filij sui divicias esse computavit — Thobie x°
Et eo presente paupertatem suam esse sufficientem affirmavit
Sic maria semper in luctu perseveravit
Et omnes vias filij sui prout potuit perambulavit
Presentiam filij sui super omnes divicias computavit
Et eo presente paupertatem suam [illegible] estimavit
[illegible] et dolor marie in evangelio notatur

2a figura
Flebat [illegible] lacrimis ... dicebat
Heu me fili mi ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum
baculum senectutis nostre solacium vite nostre spes posteritatis [illegible]
[illegible] in te uno habentes [illegible]
[illegible] Thobie x°

Luce xv.

Ubi parabola de muliere querente dragmam recitatur
Que habens x dragmas unam amisit
Et accendens lucernam eam diligenter quesivit
Et cum invenisset eam gavisa est et congratulabat
Et vicinas suas ad congratulandum sibi invitabat
Per hanc mulierem virgo maria designatur
Que in hoc mundo decem dragmas habuisse comprobatur
De quibus videtur unam aliqualiter amisisse
Et alias novem semper sibi retinuisse
Nove dragme sunt presencia spirituum beatorum
Que semper ad eam veniebant de novem choris angelorum
Decima fuit presencia humanitatis salvatoris
Quam amisit quodammodo in die ascensionis
Hanc vero diligenter multis annis quesivit
Quia omnia loca filii sui cum luctu circuivit
Quam tandem invenit eam in sua assumpcione assumpcione
Quia dotata est eterna sibi fruicione
Lucerna qua ipsa eam quesivit accendit
Per quam designatur bonum exemplum quod ostendit
Ista quesivit eius semper tanquam lucerna ardebat
Et cunctis exemplum bonorum et sancte vite ostendebat
Docet quomodo loca debemus christi eius perambulare
Et passiones suas recolendo fervent deplorare
Quod si nequimus ea perambulare corporaliter
Perambulemus saltem ea devoto corde spiritualiter
Dolor virginis marie iam prefiguratus
Erat fuit olim in micol sponsa david prefiguratus
Quam saul pater eius abstulit sponso suo david
Et alteri viro cui nomen phaltihel desponsavit
Phaltihel vir iustus et bonus eam non cognoscebat
Quia eam legitimam uxorem david esse sciebat
Ipsa autem semper in luctu et merore perseveravit
Donec reducta est ad sponsum suum regem david
Sicut corporaliter debebat virgine maria
Cuius sponsus erat filius dei racio sophia
De cuius absencia ipsa in tantum dolebat
Quod semper in luctu semper in merore permanebat
Tanto ardore maria istum sponsum diligebat
Quod pre nimio ardore amoris languescebat
Et hoc est quod ipsa dicit in Canticis canticorum
Insinuans suorum ardorem desideriorum

Cantici 5°

Filie iherusalem nunciate [illegible] dilecto filio meo
Quia amore langueo quem ad ipsum gero
Magnus dolor est mihi absencia filii
Sed maior sponse absencia sponsi
Marie autem dolor videtur fuisse maximus
Propter absenciam eius qui erat sponsus et filius
Deus nos faciat hec ita recogitare
Ut tecum et secum nos eternam possemus habitare Amen

Capitulum xxxvi de assumpcione marie :-

Hucusque de virginis conversacione loquimur de eius felici assumpcione
Quantum maria supervixit post christi ascensionem
Dicitur non habemus certam determinacionem
Quidam dicunt xii annos et non plus
Sed xxiiii dicit dominus Epiphanius
Et quia istud tempus determinatum non habemus
Hic hoc pertransire et dicere audemus
Quod si tunc una hora supervixisset
Nimio desiderio filii sui visu fuisset
Iacob enim [illegible] annos cum fruitur et laboravit
Reputavit paucos dies pre magnitudine amoris
Sic maria absencia filii sui [illegible] horam

Hugo in 2° de ... Et Augustinus Difficile est ymmo impossibile ut quis presentibus fruatur bonis et futuris, ut hic ventrem et illic mentem impleat, ut de deliciis ad delicias transeat, ut in celo et in terra appareat gloriosus.

Pre magnitudine amoris reputavit longam moram
Sic enim desideranti brevis mora longa videtur
Et pro illo quod desideratur labores graves non videntur
Tanto amore maria presenciam filii sui desideravit
Quod omnes labores huius vite penitus nichil reputavit
Quod autem dominus eam in mundo tam diu relinquebat
Hoc pro consolacione discipulorum suorum faciebat
Et ut quilibet hoc per hoc factum consideraret
Quod per multas tribulaciones regnum celorum intrare oporteret
Respice mariam et eius filium
Quante sibi passiones et miserie eis contigerunt
Respice apostolos et omnes amicos christi
Quantas et quantas tribulaciones sustinuerunt isti
Respice istam inter natos mulierum maiorem
Et hoc recogitando levius feres tuas tribulaciones
Noli putes sine tribulacione posse coronari
Quo modo deus matrem suam permisit tam diu contristari
Peracto igitur in hac miseria longo exilio
Assumpta est maria a suo dilectissimo filio
Hec assumpcio beate virginis fuit olim prefigurata
Cum archa domini in domum regis david est translata
Rex david tunc archam domini gaudens cytharizavit
Et eam cum magno iubilo in domum suam portavit
In archa illa olim manna continebatur
Et quo venit per eam beata virgo designatur
Quia panem celestem ipsa mundo generavit
Id est christum qui suo sacramento nos cibavit
Archa de lignis sethim imputribilibus erat facta
Figurans quod maria non est in putredinem redacta
Licet scriptura non dicat tamen credi secure potest
Quod maria cum corpore et anima est assumpta ut dicit sed potest
Non est credendum quod maria mortua non fuerit
Sed mortua est omnino caro eius non putruit
Sed anima coniuncta est corpori mortuo iterato
Et ita assumpta est in celum corpore glorificato
Rex david qui coram archa domini saltando cytharizavit
Regem celi et terre condelicie christum prefiguravit
Credendum est enim quod christus matrem suam sic personaliter occurebat
Et cum magno iubilo in domum suam introducebat
Nimis dulciter ostendit matrem suam dilectissimam esse ostendatur
Et mellifluis amplexibus regis habitis amplexatur
Quod videntes angeli admirantes ita stupebant
Et pre admiracione ad invicem querentes dicebant
Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens
Innixa super dilectum filium suum tamquam sponsa blandiens
Ad quem respondit maria sponsa filii dei vera
Inveni quem quesivit anima mea
Tenebo eum nunc nunquam dimittam eum
Tamquam sponsum tamquam filium tamquam patrem meum
Osculetur me osculo oris sui
Ut possem perpetua eius dulcedine frui
Leva eius sub capite meo
Ut possem perhenniter letari cum eo
Et dextera eius semper amplexabit me
Quia presencia sua quam me nunquam repellit a se
Secundum autem quod assumpcio marie iam prefata
Erat fuit olim iohanni in pathmos in insula premonstrata
Signum enim magnum in celo apparebat
Mulier quedam admirabile in celo ascendebat
Taliter que sole circumamicta erat
Quod maria tunc dotata dominum in celum ascendebat

Marginalia: 3 figura; 1 Regum 18; et 2° Regum 3. — Canticorum 8° — i. quinquennium — Genesis 29° — 1 figura — 2° Regum 6. — et 1 Paralipomenon — Cantici 8° — Canticum 3° — Cantici 1° — Cantici 8° et ultimo — 2a figura — Apocalipsis 12

Luna sub pedibus eius esse videbatur
Per quam ecclesia sanctitas communiter Marie designatur
Luna mutabilis est et non semper persistit plena
Et designat mundum istum et omnia terrena
Que Maria contempnens sub pedibus calcavit
Et ad celestia ubi omnia stabilia sunt anhelavit
Corona enim mulier in capite suo habebat
Que in se stellas xii continebat
Corona convenit esse honoris signum
Et signat quod gloria regni dignum
Per duodecim stellas apostoli omnes intelliguntur
Qui in decessu Marie omnes affuisse creduntur
Mulieri sunt date ad volandum due ale
Quia mater assumpta Maria tam corporale quam animale
3 fa · 3 R 2 Mundum et quam festivitas huius sancte assumptionis
Olim prefigurata fuit in matre regis Salomonis
Salomon namque rex in throno suo residebat
Et matrem suam thronum ad dexteram suam poni iubebat
In quo ipsam iuxta se honorifice collocavit
Pollicens non esse ut aliquid denegare audeat
Sic Christus matrem suam ad dexteram collocavit
Et quidquid ab eo petierit sibi non denegabit
O Maria exora pro nobis tuum dilectissimum filium
Ut nos firmat ad se post huius calamitatis exilium
Ubi tecum exaudi nunc tua clemente pro nobis
Et prestat ut in celum conveniamus vobis.

xxxvii Quomodo est mediatrix inter deum et homines:

In precedenti capitulo audivimus quomodo beata virgo assumpta fuit
In presenti audiamus quomodo ipsa mediatrix nostra existat
Et quomodo iram dei contra mundum placare non cessat
Et peccatores suis piis interventionibus deo reconciliat
Mundus enim totus positus est in maligno
Creatorem suum non venerans honore condigno
Omnes enim vitia et peccata precellunt
Superbia avaritia luxuria dominantur   prima fig[ura]
Hiis tribus vitiis mundus repletus esse videtur
Et varius et diversis in generis in omnibus habetur
Quidam enim fugiunt luxuriam tenentes castitatem
Et sordidantur per avaritiae cupiditatem
Quidam fugiunt avaritiam tenentes paupertatem
Et tamen maculantur per superbie vanitatem
Quidam fugiunt superbiam tenentes castitatem et humilitatem
Et tamen peccant per luxuriam vel paupertatem
Quidam licet non luxuriantur facto et operatione
Tamen luxuriantur cogitatione et locutione
Casti volunt esse et tamen de carnalibus confabulantur
Mundum et in visu carnalium delectantur
Quidam licet non superbiant per amictum exterius
Sunt tamen appetitu honoris laudis interius
Quidam detestantur avaritiam eligentes paupertatem
Qui tamen multa appetunt et habent super suam necessitatem
Quidam volunt esse pauperes sed sine defectu
Quidam volunt esse humiles sed sine despectu
Superbia quoque luxuria et avaritia
Omnium peccatorum et malorum sunt initia
Superbia eiecit angelum de celo summo   Ysa 14
Gen 3 Hominem de paradiso Nabuchodonosor de regno   Dan 4
Judith Avaritia Achior et Naboth lapidavit   3 R 21
Ananiam et Saphiram subitanea morte necavit   Act 5
Gen 6 Luxuria totum mundum fere per aquam submersit
Gen 19 Sodomam et Gomorram per ignem subvertit
et Saphiram

Quotidie irritatur deus contra mundum per ista
Sed placat iram eius mediatrix nostra virgo Maria
Quod autem Maria inter deum et homines mediatrix existat   prima figura
Hoc deus per frequentes visiones mundo innotuit
Sanctus enim Dominicus in visione et in somno quodam attentato
Deus dominus christus et sessio patris domino
Vidit significando deum manum dexteram elevasse
Et tres lanceas contra mundum irato vultu vibrasse
Statim benedictissima Maria mediatrix astabat
Et in sanctis multis interventionibus iram eius mitigabat
Duos pugiles fortissimos deo offerebat
Qui ad conversionem peccatorum per mundum mittere valebat
Unus eorum erat dominus pater fratrum predicatorum
Alter vero Franciscus pater fratrum minorum
Quod autem virgo Maria nostra mediatrix sit a deo
Hoc olim per tres figuras prefiguratum fuerat
Primo per Abigail uxorem Nabal stulti de Carmelo   1 R 25 · 1 fa
Que placavit regem David sedavit eius furoris zelo
Stultus namque iste per suam stultitiam
Provocavit contra se regis David inimicitiam
Stultorum infinitus est numerus   Propter difficultatem corriguntur stulti et infinitus est numerus Eccl. 1o
Hoc enim dicit sapiens de huius mundi peccatoribus
Que enim maior potest inveniri stultitia
Quam pro vilissimo peccato vendere regni celestis
Et faciunt huius mundi peccatores stulti
Sequorum minus heu hodie reperiuntur multi
Nonne ergo stulti et stultissimi sunt
Qui plasmatori et factori suo contradicunt
Ve nimio contradicit qui contradicit factori suo
Testa de Samiis terre et de vilissimo luto
Stultum esse si testa luti contradicet suo figulo
Sic stultissimi sunt qui contradicunt factori suo
Tales stultos vero deus sepe in furore sue occideret
Si nostra vera Abigail id est Maria iram eius non placaret
Secunda et prima mulier sapiens Tecuites prefiguravit   2 R 14 · 2 fa
Que Absalone fratricida patri suo David reconciliavit
Per istum fratricida videlicet Absalone
Intelligimus hic toto voluntarius peccator
Quia non quod deum audacter peccat fratricida dicitur
Et fratrem suum id est animam rursus crucifigere nititur
Postquam Absalon ausus est fratrem suum necare
Ausus tamen potuit in terra promissionis habitare
In Gessur id est in terra gentilium est commoratus
Quousque per mulierem Tecuitem est patri suo reconciliatus
Sic peccator per mortale peccatum perpetratum
Relinquit id est terram eterne promissionis de terra miseriorum
Quousque reconciliet eum per mulierem Tecuitem
Id est per Mariam matrem suam et nostram adiutricem
Quod benedictissima mediatrix nostra prefigurata   2 R 20 · 3 fa
Tertia fuit per mulierem sapientem in Abela prefigurata
Siba filius Bochri erexit se contra David regem suum
Et contradicens ei urbe Abelam intravit
Quapropter Ioab princeps militie David urbem obsedit
Et propter Sibam ipsam urbem evertere proposuit
Fuit quidem in ea mulier sapiens que per suam prudentiam
Furorem principis convertit in clementiam
Capitis eius consilio cives ipsius Sibe amputaverunt
Et exinde iram pacientes liberati fuerunt
Siba qui contra regem se erigebat vitium superbie designat
Quod in Abela urbe id est in anima peccatoris intrat
Et princeps militie celestis contra eam indignabatur
Donec per mulierem sapientem id est Mariam reconciliatur

206.

Deniq9 consilio debet ho caput sube i supbie amputare
Ut sic possit grām principis supni iterū recupare
O bone ihū doce nos ista taliter vitare
Ut tecū in phenni glā mereamur habitare Amen

xxxviii^m

Tempr ca. au. quō maria ē nra mediatrix
Nu^c au. quō eciā ē nra defensatrix
Defendit n nos a dei vindicta z ab eius indignacione
A dyabolica temptacione z mundi infestacione
Iracundiam n xpisti sinit a dei indignacione
In sco regū ... xo. i. 1 fia Quod figuratū ē in tharbis filia regis saba z moyse
Moyses cū exercitu in dorum urbe saba obsedit
Nec erat aliquis qui hanc obsidionem defendere potuit
Tharbis autem filia regis in eadem urbe habitavit
Que urbem ab obsidione hac tu liberavit
Moyses erat amabilis z pulcher aspectu
Quem filia regis contemplabat de muro arduo aspectu
Et in tantum pulchritudo moysi ei complacebat
Quod eum sponsum se habere desideranter suspirabat
Tandem patri suo desiderium suum aperuit
Et se moysen pro capte civitatis diligere asseruit
Dat moysi filiam z cum ea pacem amicitiam
Placuit hoc regi z complevit filie voluntatem
Et sic tandem consilio tharbis z eius consilio
Liberata est menia z dissoluta est obsidio
Per pulchrum moysen z amabilem deus designatur
ps° xl° Qui in psalmo speciosus forma pre filiis hominum predicatur
Iste provocatus fuit ad vindicandum contra mundum
Pro transgressione ade z enormitate parentum
Quapropter cum exercitu egiptorum i demonum mundum vallavit 3 fia
Ancilla duo c. Et hec obsidio plus quam v milibus annorum duravit
... Et nullus inventus est in mundo qui ad hoc sufficeret
Ut iram dei placaret z obsidionem dissolveret
Tandem eius filia regis ad amavit i maria
Et mitigavit iram eius sua intercessione pia
Maria est defendit nos contra demonum temptaciones
Eorumq et dyabolicas impugnaciones
Hec defensatrix nostra valde nobis est necessaria
Quia pugna dyabolica multiplex est z varia
Quosdam n impugnat per tumorem superbie
3 regum Dan... Sicut patet in iesabel balthasar z olofernes Judith xvi°
Quosdam temptat per odium z livorem i invidie
Gen 4° i reg 18° Sicut patet in chayn saul z filiis iacob patriarche Gen 37a°
2 reg 15° Quosdam temptat de vindicta sicut patet in semei
2 reg 13° In absalone / Jacobo z iohe filiis zebedei Luc 9°
Quosdam temptat per irreverenciam z inobedienciam
num 16° Sicut patet in dathan z abiron chore et cham
Quosdam temptat per mendacitatem z diffidenciam
Sicut patet in achab achas z ieroboam
Quosdam ad danda mala consilia instigat
2 reg 16° Sicut patet in achitophel balaam z ionadab
Quosdam temptat de infidelitate z perfidia
Sicut patet in chayn tryphone z iuda
Quosdam temptat de humani sanguinis effusione
Sicut patet in cyro manasse anthiocho z herode
Quosdam temptat de spe vite increpande
Sicut patet in abimalech iuda z saule dyabolus
Hiis z aliis multis variis nos modis impugnat
Sed defensatrix nostra maria nos protegit z expugnat
2 fia Quam precipue iam tunc i^a mulier prefiguravit
Hec turrim thebes ab impugnacione abimalech liberavit
Judic 9 Quando tunc abimalech super turrim ascendebat

Quos abimalech cum turri succendere volebat
Mulier autem quedam molle de ore suo iactavit
Et caput abimalech tangens ipsum excerebravit
Abimalech dolens se amittere consilium
Desperans de vita dixit ad armigerum suum
Evagina gladium meum z interfice me
Ne videar interfectus a muliere
Abimalech iste superbus dyabolum designat
Qui constitutos in turri i in ecclesia impugnat
Sed defensatrix nostra mater dei maria
Protegit nos ab insidiis dyabolicis protectione pia
Et non solum defendit nos ab insidiis dyabolicis
Sed et protegit a temptacionibus huius mundi
Et hoc preteritis nobis est multum necessaria
Quia temptamenta mundi multa sunt z varia
Quosdam autem temptat mundus per appetitum dominandi
Per superbiam z desiderium divicias congregandi
Quosdam temptat per vanam gloriam z laudem humanam
Sicut patet per amon ezechiam z herodem agrippam
Quosdam temptat per avaritiam furtum z spoliam
Sicut patet in iesi achor z eliodorum
Quosdam temptat in mundo per luxuriam z fornicacionem
Sicut patet per sampson z amon per david z salomonem
Alios temptat per stultiloquium z blasphemiam
Sicut patet per rabsaces sennacherib z ieroboam
Quosdam per contradictiones querelas z detractiones
Sicut per maliciam moysi patet z thobie z iob uxores
Has temptaciones mundi vincere z evadere poterimus
Si propugnatricem nostram mariam toto corde diligemus
Istud olim prefiguratum est in david
Quem filia saulis regis toto corde adamavit
Quapropter ipsa ab insidiis apparitorum ipsum eripuit
Et per fenestram dimissum libere abire dimisit
Sic facit maria suis amatoribus
Succurens eis in omnibus eorum necessitatibus
Demonum quoque z hominum dei fautrices
Nos eam adiutricem z piam mediatricem
Ut ipsa nos defendat a malis in hoc seculo
Et impetret pro nobis filium suum in celo
O bone ihesu exaudi mariam pro nobis orantem
Et adiuva eam contra hostes pugnantem

xxxix

Tempore ca. au. quomodo maria est nostra mediatrix
Et quomodo in omnibus angustiis est nostra defensatrix
Nunc audiamus quomodo xpistus ostendit patri suo vulnera
Et quomodo maria ostendit filio pectus z ubera
Christus non solum defendit pro nobis de celo in infernum
Ita vasit et i celum interpellat pro nobis i sempiternum
Et ideo si peccavimus desperare non debemus
Quia fidelem advocatum apud deum habemus
Hic autem xpistus vulnera cicatrices patri monstrare volebat
Et olim per quendam figuram ostensum erat
Antipater miles strenuus delatus fuit cesari iulio
Quod infidelis et inutilis esset romano imperio
Antipater i^c se coram iulio i^c aliis i^c petitori assistebat
Et ei cicatrices vulnerum suorum coram omnibus ostendebat
Dixit quod non opus esset verbis excusare
Ubi cicatrices videret eius fidelitatem attestare
Respondens cesar eius excusaciones approbabat
Et eum fidelem militem z strenuum affirmabat
Pulchre xpistus per figuram huius antipatrem
Qui pro nobis stat cum suum patrem
Et cicatrices suis ostendit se militem strenuum fuisse

Hec de glosa. Ecce alicuius pratis medicina quinque per eius dimisit ... ad deum confidunt ... crudelis erat ... videtis fuimus ... et ... regnavit ... medicina ... potest medico ... corpore ... putrido ... medicina ... sit ... medicina non possit curari. Si ergo operam medicaris ... peccatis ut ... deceptus ... hoc ... propter gratia

Et mandatum patris eius fuit fideliter miles complevisse
Numquam deus tam fidelem militem non cessat honorare
Et quicumque peccaverit paratus est ei dare
Christus fidelis et strenuus miles erat
Et in ... suis ostendebat
ysa 63 Cuius indumenta eius erant sanguinolenta
Sicut vinum calcantium vestimenta
Et quaerebant angeli quare indumentum eius esset rubrum
Sicut in torculari vinum calcantium
Quia ipse in torculari passionis solus calcavit
Et de omnibus gentibus vir secum non fuisse
Et non dixit quod nullus virorum secum fuerit
Quia tamen sola virgo Maria secum permanserat
Quilibet fidelis Christi est miles more Alemannico
Ubi in creatione militis solet dari ictus in collo
Sic miles Christus non tamen suscepit colaphum unum
Sed colaphorum et alaparum quasi infinitum numerum
Dextrarius eius erat asinus die palmarum
Campus belli in quo pugnabat erat mons Calvariae
Hasta eius fuit Longini militis lancea
Corona de acutissimis spinis erat eius galea
Signum sive ornamentum galeae fuit titulus tabellae
Calcaria eius erant ligamenta et funiculi
Patibulum crucis fuit pro clipeo vel scuto
Pectoralibus vestibus de clavo ferreo ...
Lorica sua qua totum corpus tegebatur
Erat cutis sua que in flagellatione totaliter patebat
Gladius suus erat sua doctrina quam docebat
Pro cultellis manuum duos clavos fixos habebat
Armiger eius erat beatissima virgo Maria
Quae arma eius omnia gerebat compassione pia
Sicut enim armiger consuevit in bello domino fideliter assistere
Ita armigera beata Maria in passione sua fideliter affuit
Vexillum predicti militis Christi erat duorum colorum
Nam in parte erat candidum et in parte rubicundum
Erat enim signum ex albo et rubeo quo indutus erat ab Herode
Et tunica in qua illusus fuit in coronatione
Et predictis armis miles iste tam fideliter pugnavit
Quod per mortem suam omnes inimicos nostros superavit
Post quam cum triumpho victoriosus in celum ascendit
Et patri suo cicatrices vulnerum pro nobis ostendit
Si quis ergo peccavit licet innumerabiliter tamen non diffidat
Sed in istum fidelissimum intercessorem confidat
Si in patrem vel spiritum sanctum peccavimus
Christus potest nos reconciliare ideo non diffidamus
Et si peccavimus in filium in humanitatem
Habemus advocatam fidelem quae interpellat pro nobis apud ipsum
Christus ostendit patri cicatrices vulnerum quae toleravit
Maria ostendit ubera filio quibus eum lactavit
Sicut ergo Christus competenter potest antistes appellari
Ita Maria competenter potest antistita nuncupari
O fidelissime antistes et o fidelissima antistita
Qui summe nostra est pro nobis misericordia vestra
Quomodo potest esse ibi aliqua abnegatio
Ubi tam dulcissima est supplicatio
Quomodo non potest pater petitionem filii admonere
Cum videt pro mandato suo tales cicatrices habere
Quomodo posset talis filius matri aliquid negare
Quam ... se in mutuo tangi se ipsam carere
Nulli dubium quin deus ... exaudiat Mariam
Quam prae omnibus mortalibus constituit caeli reginam
2 Re Istud prefiguratum olim fuit in rege Assuero
Hester 5 Qui dixit ad reginam Hester postquam incaluisset mero
Pete a me quodcumque volueris

Et dimidium regni mei petens impetrabis
Hic illa petiit populum suum ab iniquo Aman defendi
Quem rex praecepit statim in patibulo suspendi
Hester enim de gente iudaeorum paupercula puella erat
Et rex eam prae omnibus diligens reginam constituerat
Iam deus prae omnibus virginibus elegit Mariam
Et ipsam caeli constituit et fecit reginam
Et per eius intercessionem nostrum hostem condempnavit
Et ipsi Mariae dimidium regni sui donavit
Deus enim regnum suum in duas partes divisit
Unam partem sibi retinuit et aliam Mariae commisit
Due partes regni celestis sunt iustitia et misericordia
Pro iustitia minatur nobis deus in qua penam fugerit beata Maria
Ob hoc virgo exora pro nobis clementer tuum puerum
Et exaudi pro nobis supplicationes tuarum miserum

Capitulum xl[m] de districto iudicio:

Impius ... quod Christus non cessat pro nobis orare
Quia certum quam districte velit in iudicio iudicare
Et hoc Christus in quadam parabola proponebat
Cum in hoc mundo predicando turbas docebat
Homo nobilis abiit in regionem longinquam volens
Accipere sibi regnum et iterato redire
Cum predixit servis suis decem mnas ut lucrarentur
Et quod redderet cum lucra ei redderent
Abiit igitur illuc et accepto regno rediit
Et ab unoquoque mnam suam cum lucro petiit
Qui multum acquisierat illum multum remunerabat
Qui autem minus illi mercedem minorem donabat
Ille vero qui mnam sine lucro restituit
Non meruit sed hoc pluries neglexerunt punivit
Hoc modo Christus in die iudicii iudicabit
Quando secundum quantitatem lucri omnem creaturam remunerabit
Qui autem nichil fecit non solum nichil accipiet
Sed et sua neglectione in inferno perpetuo luget
Non enim sufficit in hoc quod homo peccata dimittat
Sed oportet ut et bona opera faciat
Austerus iudex metet ubi non seminavit
Quia et a paganis quaerit bona opera quibus numquam predicavit
Quanto magis christianis vult bona opera extorquere
Quibus tot salutaria documenta dignatus est exhibere
Christus enim praebebit vulnera passionis amara
Ut videat quanta pro eis sustinuit tormenta
Omnia enim arma Christi contra peccatores stabunt
Et omnia vulnera eius super eos in dampnum clamabunt
Omnis creatura ad pugnandum contra eos se armabit
Et omnia elementa contra ipsum querulabunt
Terra querulabit quod ipsum portavit et fructibus pavit
Et ipse sicut arbor inutilis ipsam in utiliter occupavit
Ignis querulabit quod calorem et lumen ei prebebat
Et ipse virtutem luminis creatorem suum cognoscere nolebat
Aer querulabit quod ad spiraminem suum semper fuit paratus
Et ipse de tanto beneficio fuit deo ingratus
Aqua querulabit quod ipsum potavit et piscibus saciavit
Et ipse creatori suo sine re gratias agere recusavit
Angelus suus querulabit quod ipsum custodivit
Et ipse ipsum et suum peccata committere non timuit
Quanto magis quam ... a peccatoribus ... et ...
Nec ullus erit advocatus nec advocata
Piissimus Ihesus quam mortem pro peccatoribus suscepit
Nunc de interitu et dampnatione eorum ridebit
Daemones omnia peccata quae unquam occulta denudabunt

Et angeli omnia bona neglecta ibi recitabunt
Christus qui nunc piissimus est tam districte iudicabit
Quod nec prece nec precio aliquo lacrimas sentenciam immutabit
Unam animam dampnati non liberare valerent
Si sancta maria et omnes sancti sanguine flerent
Severitas districti iudicij in V verbis demonstratur
Mt 25 Que sunt in ewangelio quadam parabola recitatur
Prudentes virgines fatuis oleum dare noluerunt
Quo innuitur quod sancti dampnatis in nullo condolebunt
Oleum misericordie ipsis omnino dare negabunt
Et de vindicta in eis sancti letabuntur et exultabunt
Prudentes virgines fatuas subsannabant et deridebant
Cum eas ad vendentes olei ire videbant
Ita sancti tunc dampnatos videbunt illudere
Et eos ad vendentes olei mittent qui velint dicere
Vos vendidistis eterna gaudia pro voluntate vana
Ite nunc ad vendentes et emite vobis alia
Omnes elemosine et bona que aliquando fecistis
Pro laude humana et vana gloria vendidistis
Quid prodest vobis nunc vana gloria vestra
Ubi est nunc placencia et laus humana
Videte nunc quantum valet vobis bonum quod vendidistis
Et quantum proficiunt vobis omnia transitoria que recepistis
Cum autem fatue in prudentibus misericordiam non inveniebant
Ceperunt sponsum misericordiam querebant et eis aperire petebant
Nullam eis misericordiam aput ipsum invenerunt
Sed amen dico vobis nescio vos ab ipso audierunt
Ita continget in die iudicij impiis peccatoribus
Qui non invenient misericordiam aput deum nec sanctos eius
Modus et iudicium in prima figura prefiguratum erat scriptura
Dan 5° Quod manus domini contra regem balthasar scribebat
Mane thetel phares in pariete scribebat
Quod numero dimenso appenso interpretatur
Iudicium in die tractabitur numerum et appensionem
Et considerabit pro bonorum et malorum perpetua dimensione
Deus in fine meritorum omnium complicibus iudicabit
Tam omnia mala opera et verba numerabit
Omnes et cogitaciones tonatus et egressus ipse dicabit
De tempore nobis impenso quomodo est expensum sic desiderabit
Ipse et omnia munera dona que recepimus
Qualiter expendimus et quo modo et quamdiu possedimus
Omnia hec pondera que nunc in mundo tunc in statera appendet
Et cuius valoris sint coram omnibus ostendet
Tunc tanti ponderis erit obulus pauperculi hominis
Sicut mille talenta auri pape vel imperatoris
Plus ponderabit unum pater noster dictum cum devocione
Quam integrum psalterium cum tedio et sine attencione
Ad ultimum autem phares hoc est diviso consequetur
Quia numerus dampnatorum a consorcio bonorum dividetur
Tunc ibunt dampnati cum demonibus in eternum infernum
Boni autem intrabunt in gaudium domini sui sempiternum
Ad quod perducere dignetur ihesus christus rex celorum
Qui cum patre et spiritu sancto est benedictus in secula seculorum amen

Capitulum De remuneracione bonorum et malorum

[illegible] est de extrema examinacione
Consequenter autem de bonorum et malorum remuneracione
Deus vero clementissimus est in collacione beneficiorum
Sed in futuro iustissimus erit in retribucione suppliciorum
Unicuique secundum quod sibi meruit vel demeruit anima et corpore
Ideo in futuro punietur vel remunerabitur in utroque
Corpora cum animabus suis reunientur
Et sic remunerabuntur vel sic punientur
Corpora malorum resurgunt deformia et passibilia
Corpora vero bonorum resurget pulchra et impassibilia
Cum tanta deformitate corpus dampnati resurget
Quod tamen nemo vel posse videre abhorrescet
Quanto sunt dampna malorum abhominabiliora
Tanto erunt corpora deformiora
Et quanto sunt iustorum merita pluria et maiora
Tanto erunt corpora eorum pulchra et clariora
Corpus minimi pueri qui in celo fuerit
Septemplicatum sole clarius erit
Si alius sit in decuplo sanctior
Illius corpus in decuplo erit clarior
Si alius centies eo sanctior fuerit
Illius corpus centies clarius erit
Si alius sit millesies sanctior
Illius corpus millesies erit in se clarior
Et sicut christus infinities est omnibus sanctis sanctior
Ita est infinities omnibus sanctis clarior
Corpora sanctorum in futura vita glorificabuntur
Et quatuor dotibus a domino dotabuntur
Prima dos est claritas secunda impassibilitas
Tercia subtilitas quarta agilitas
Has quatuor dotes iam prefigurata
Sunt quodam in corpore christi prefigurate
Claritatem ostendit in sua transfiguracione Mt 16
Cum facies eius resplenduit clarior sole
Subtilitatem ostendit in sua nativitate
Cum natus fuit de matre salva virginitate Mt 1 Luce
Agilitatem tunc demonstravit
Cum super undas maris siccis pedibus ambulavit
Impassibilitatem quodammodo in cena ostendit
Cum corpus suum discipulis manducandum dedit
Sic et sanctorum dotabuntur triplici dote
Videlicet cognicione dilectione et comprehensione
Anime autem malorum et corpora non dotabuntur
Sed sine intermissione eternaliter cruciabuntur
Sicut non peccaverunt quamdiu sunt extra
Ita adeo punientur in inferno in sempiternum
Dampnati numquam habebunt de peccato suo veram penitenciam
Et ideo numquam mutabitur penitencias illius sentencia
Tam magna et inenarrabilis est pena inferni
Quod nulla pena huius mundi potest ei comparari
Omnia tormenta que martiribus sunt illata
Nichil sunt penis infernalibus comparata
Ysaias fuit serratus ieremias fuit lapidatus
Amos per tempora transfixus ezechias excerebratus
Paulus ter virgis cesus semel lapidatus
Quinquies quadragenas una minus accepit et flagellat
Sanctus iacobus martir qui dicitur intercisus
Membratim fuit cesus et novacula cutis dimisus
Bartholomeus fuit excoriatus
Petrus apostolus est crucifixus laurencius assatus
Et si hec omnia non possunt singula tormenta martirum enumerari
Tamen omnia non possunt minime pene infernali comparari
Omnia ista tormenta sunt transitoria et parva
Sed tormenta dampnatorum sunt infinita et perpetua
Ardent in igne qui numquam extinguetur
Et rodentur verme qui numquam morietur
Vermis iste non est putandus materialis

Omnia ibi non est / omnia malis
Vermis consciencie et remorsus continue
Qui mordebit animas dampnatorum sine fine
Ibi est aspectus demonum terribilis
Frigus et stridor dencium fames et sitis
Clamor et horror / timor et tremor
Vincula et carcer sulphur et fetor
Invidia et maledictio fumus et tenebre
Pudor et confusio lamentacio et lacrime
Desperacio redempcionis et omnis consolacionis
Nulla intermissio continue punicionis
Unde dicitur contra dampnatos iam dampnatorum
Fuit olim in sicilia et urbe albanas prefigurata
Phalaris tyrannus urbis reos suos horrendissime puniuit
Cui quidam parrauit quidam artifex inebratum dimisit
Quandam superfecit ferratam carpentam bustive
Quemdam per tibias discerpens fecit mentire
Iesus et prefiguratum fuit in viris socoth et gedeone
In quibus se vindicavit gedeon pena despectionis
Illi viri socoth quondam vice gedeone deridebant
Et ipse se non statim vindicans ad tempus dissimulabat
Postquam rediens despectores suos horrendissime puniuit
Nam spinis et tribulis ipsos discerpsit et contrivit
Sic christus suis despectoribus .i. peccatoribus faciet
Quomodo non statim se vindicat sed in posterum eos punit
Dicitur. Non spiciens quod parata sunt tormenta despicientibus
Et mallei percucientes stultorum corporibus
Iesus et prefigurauerunt egipcii et pharao
Quos dominus omnes conclusit simul in mari rubro
Sic dampnati cum demonibus et lucifero
Ad ultimum omnes simul claudentur in inferno
Ob hoc Ihesu per tuam amarissimam passionem
Longe fac a nobis illam miseriam conclusionem

Capitulum xliii^m de gaudiis beatorum

Impletum capitulum ante de pena dampnatorum
Consequitur capitulum de gaudiis beatorum
Gaudia beatorum sunt tam multa quod nequeunt numerari
Tam intensa et tam magna sunt quod nequeunt mensurari
Tam ineffabilia sunt quod nequeunt enarrari
Tam desiderabilia sunt quod nequeunt terminari
Gaudia que deus diligentibus se preparavit
Oculus non vidit nec auris audivit nec cor cogitavit
Ibi est omnis pulchritudo et amenitas obiectum visui
Ibi est omnis armonia melodia resonans auditui
Ibi — est delectamentum sufficiens olfactui
— omnis suavitas delicias prebens tactui
— omnis dulcedo influens gustui
— persuavissimum fomitum odor nutrui
Ibi cognoscimus dei patris clemenciam potenciam
Filii sapienciam spiritus sancti benignissimam clemenciam
Ibi est — omnium bonorum continua affluencia
— omnium malorum omnimoda absencia
— requies eterna sine labore
— pax et securitas sine terrore
Ibi demonum nulla est insidie neque impugnacio
Ibi neque mundi neque carnis est temptacio
Ibi est — sapiencia et sciencia sine ignorancia
— amicicia et caritas sine invidencia
— sanitas perpetua sine egritudine
— fortitudo stabilis sine lassitudine
— vita perpetua et claritas sine nubilo
— leticia perpetua integra in iubilo
— pulchritudo et decor sine deformitate

Ibi est agilitas et velocitas sine tarditate
Ibi erunt et divicie sine defectu
Ibi est gloria et magnificencia sine despectu
Ibi — est status iuventutis qui numquam marcessit
— et vita perhennis que cursum terminum nescit
— Longevitas mathusale vix punctus videtur
— Fortitudo sampsonis debilis reputaretur
— Velocitas azahel est morosa tarditas
— Sanitas aleti est mortalis infirmitas
— Deformitas videtur pulchritudo absalonis
— Sciencia reputabitur sciencie quondam salomonis
— Consilium iethro achitofel est fatuitas
— Sciencia aristotilis et philosophorum est rusticitas
— Artificis optimi tubalcaym et noema
Bezeleel et eliab arguerentur dementia
Ibi cithara david et musica iubal est absurditas
Ibi manna et vinum factum in chana galilee essent acetum
Ibi — Paradisus ade et terra promissionis est desertum
— Delicie cresi et tota mundi videntur absinthium
— Regnum octaviani carcer et exilium videntur
— Thesauri cresi et assuerie paupertas reputantur
— eris omnibus ditior et potencior creso et augusto
Cyro nabuchodonosor balthasar et alexandro
Ibi eris forcior sampsone sangar et abisay
David et samaa benaia et zobaym
Ibi eris pulchrior absalone ioseph et moyse
Iudith susanna rebecca sara rachele
Ibi eris longevior enoch elya et mathusale
Et velocior azahele chusi ... et polo
Ibi eris sapiencior salomone et augustino
Gregorio ambrosio ieronimo et thoma de aquino
Ibi clarius contemplaberis deum quam petrus iohannes et iacobus
Ezechiel moyses ysaias et stephanus
Figuram huius eterne glorie prebet gloria salomonis ex 3o Reg. ca. x
Nam nullum legimus in tanta gloria extitisse
Nullum in ... tam ... deliciis
Nullum legimus in tantis fuisse diviciis
Regina saba audita eius fama venit ierusalem
Et visa eius mirabili gloria pre stupore dixit 3 Reg. x
Maior est gloria tua quam rumor quem audivi
Et probavi quod media pars dicte non michi nunciata fuit
Ita fatebitur anima cum ad celestem gloriam pervenerit
Quod media pars eius nec millesima ei narrata fuit
Quam inspirata desiderabat videre faciem salomonis
Et hec eum prefigurasse videtur faciem salvatoris
Visio divinitatis est gaudium celi
Consistit in aspectu eius iocundissime faciei
Melius esset esse in inferno et deum videre
Quam regnare in celo et eius mellifluam presenciam carere
Alii omnes in inferno nullam sentirent penam
Si viderent eius faciem delectabilem et amenam
Secunda figura huius glorie prebet convivium assueri esse Hester primo
Nam nullum legimus tam sollempne convivium fecisse
Ad quod convivium non solum magnates vocabantur
Sed omnes populi tam viri quam femine invitabantur
Sic deus fecit grande convivium et omnes vocavit ad se
Venite ad me qui concupiscitis me
Convivium assueri centum octoginta diebus duravit
Sed istud perpetue durabit quod christus nobis preparavit
Tercia figura prebet convivium in conviviis filiorum iob Iob primo
Nam legimus tam continua convivia fecisse tot
Septem erant filii et singuli suo die convivium preparabant

Et vocantes tres sorores suas cottidie conuiuebant
Ista conuiuia mistificant celeste iocunditatem
Per circuitum septem dierum perpetuam eternitatem
Septem filii sunt esse qua septem etatum
Tres filie angelice virtutes trium ierarchiarum
Omnes conueniunt in mutua missione per conuiuia
Omnes erunt per in sempiterna leticia
Obsecro te per tuam benignissimam bonitatem
Perduc nos ad illam perpetuam iocunditatem

xliiij In precedentibus autem de intollerabili pena dampnatorum
Et de ineffabili gaudio et premio beatorum
Compertum audiamus qualiter penam dampnatorum euadamus
Et ad gloriam beatorum feliciter peruenire valeamus
Et ad eternam gloriam beatorum desiderat peruenire
Tunc debet diligere et deo ex toto corde seruire
Et quanto seruicium eius debet esse deo gracius et acceptius
In eo deo debet seruire feruencius et diligencius
Quondam quidam deuotus in cellula sua residebat
Et deo de toto corde seruire satagebat
Hic orabat dominum continue et deuotis precibus
Ut ei reuelaret quod seruicium ei esset acceptius
Quadam vice vidit dominum ihesum ad se venientem
Et magnam crucem dorso baiulantem et dicentem
Proposuisti in animo accepcius quod seruicium prestare
Et si iuues me crucem meam portare
Et nunc oro michi domine mi dilectissime doce me
Quibus modis debeam crucem tuam tecum baiulare
In corde meo domine per recordacionem et compassionem
Et in ore per crebram et deuotam graciarum actionem
In auribus per penarum feruentem audicionem
In corpore partis tue assiduam castigacionem
Ut sic eternam penam dampnatorum euadere valeamus
Et ad perpetuam gloriam beatorum feliciter perueniamus
Saluatori meo corde ore et opere gracias agamus
Et ad honorem passionis eius has oraciones dicamus
Gracias ago tibi benedicte domine mi ihesu christe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora diei vespertina dilectionem tuam michi ostendisti
Cum in exemplum perfectissime humilitatis prebuisti
Tu dilectissime domine pedes discipulorum tuorum lauisti
Et pedes proditoris tui abluere et tergere non spreuisti
Rogo te domine per hanc humilitatem superhabundantissimam
Ut repellas a me omnem superbiam et arrogantiam
Infunde cordi meo veram et perfectam humilitatem
Per quam ascendere possim sursum ad celestem sublimitatem
O dulcissime domine quam tibi libenter gracias dicerem
Si facerem et si dignus essem et si sufficerem
Pro tua ineffabili et inestimabili dilectione
Quam michi exhibuisti in tua sanctissima communione
Corpus tuum sanctum michi misero in cibum dedisti
Et sanguinem tuum preciosum michi indigno in potum contulisti
Quis sufficit tam immensam dilectionem enarrare
Quis sufficit pro tantis beneficiis tibi digne respondere
Si darem milies corpus meum totidem morti
Pro minimis beneficiis tuis quasi nichil facerem
Per hanc ineffabilem dilectionem te dulcissime domine oro
Per hanc stupendam beneficia te piissime ihesu rogo

Ut in hora mortis mee tuum sacramentum michi subueniat
Et ad tuam mellifluam presenciam me feliciter perducat
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus christus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus Amen
Gracias ago tibi benedicte domine mi ihesu christe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora completorii dilectionem tuam michi ostendisti
Cum pro me contremuisti et sanguinis sudorem effudisti
Ad locum illum accessisti sponte et voluntarie
Ubi inimici tui volebant te capere et ligare
Benignissimam mansuetudinem tuam ibidem demonstrasti
Cum proditori tuo os tuum ad osculandum non negasti
Iudicibus quibus ostendisti sepissime magnam dilectionem
Ceperunt te et ligauerunt te tamquam furem et latronem
Discipuli tui qui dixerant velle tecum ire in mortem
Omnes fugierunt a te cum viderunt hostium cohortem
Tu dilectissime domine solus inter hostes tuos remansisti
Nullum adiutorem nullum defensorem habuisti
Cum gladiis et fustibus lucernis et facibus te ceperunt
Cum multis contumeliis et iniuriis ante pontificem presentauerunt
Ille te de doctrina tua et de discipulis tuis interrogauit
Quia doctrinam tuam et discipulorum reprehendere affectauit
Sed tu domine pie cum omni mansuetudine ei respondisti
Et alapam a ministro eius tibi datam humiliter sustinuisti
Dulcissime domine per sanguineum sudorem te rogo
Per captiuitatem tuam et vincula tua te exoro
Ut absoluas me a vinculis omnium delictorum meorum
Et perducas me post hoc exilium ad gaudium beatorum
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus christus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus
Gracias ago tibi etc. Quia tu es etc. per omnia supra
Qui hora matutina dilectionem tuam michi ostendisti
Cum pro me in domo caiphe illudi voluisti
Ibi principes et seniores ipsi congregati sunt
Et contra te mala et testimonia quesierunt
Sed nullam causam mortis iustam in te inuenire potuerunt
Quia omnia eorum testimonia insufficiencia erant
Tunc caiphas coniurauit te si filius dei viui esses
Et cum te filium dei confessus fuisses
Tunc iustam mortis causam esse in te iudicauerunt
Et reum esse mortis omnes qui te condempnauerunt
Faciem amabilem et gloriosam velauerunt
Colaphis et alapis multis modis tunc te verberauerunt
Dixerunt quod deberes prophetare
Et quis esset qui te percussisset enarrare
Faciem tuam delectabilem in quam desiderant angeli prospicere
Non sunt veriti maculare suo nephando sputamine
Oculos tuos lucidiores sole quasi cecata conspuerunt
Obumbrare velare et contectare nisi sunt
O dulcissime domine rogo te per velamine oculorum tuorum
Per contumeliam colaphorum et alaparum et sputorum
Ut dimittas michi contumelias criminum meorum
Et post exilium huius perpetuum conspectum oculorum tuorum
Quod nobis prestare etc. Qui cum patre etc. Sequitur capitulum
Gracias etc. Qui hora diei prima dilectionem tuam michi ostendisti
Cum pro me ab herode et exercitu suo illudi voluisti
Cum non procul nocte in domo caiphe esses illusus
Mane sero ad presidem pilatum es perductus
Cum audiret te hominem esse galileum
Misit te ad herodem quod in dicione talium non prebebat ad
Herodes gauisus est sperans a te videre aliquod signum

Ira putabat te de nigromantia et maligni
plebs iudaica captans vocem Herodi te accusabat
Et rex Herodes multis sermonibus te interrogabat
Sed tu non omnino verbum ei respondere voluisti
Quia eius maliciam interiorem cognovisti
Et ideo induit te veste alba per derisum et contumeliam
Tamquam insanum mitis tibi et illusit cum sua familia
Post illusiones remisit te ad pilatum iudicem
Et tunc facti sunt inimici invicem reconciliati
Et omnia sustinuisti pie domine cum paciencia nimia
Non pro tuis culpis sed pro mea scelera et etiam
Pro hiis contumeliis rogo domine tua benigna clemencia
Quod me confortes in omnibus tribulacionibus vel in pacienciam
Ut in hac contra adversitates viriliter valeam colluctare
Et tecum in regno tuo in perpetuum merear regnare

Tercias est Christe hora diei 3a dilectionem tuam in omnibus
Cum pro me clavari spinis et flagellari voluisti
Tamquam malefici te ad columpnam ligaverunt
Dorsum et flagellis te tam diu cruciaverunt te percusserunt
Quod in toto corpore tuo sanitas non erat
Et sanguis tuus preciosus de corpore rivulatim effluebat
Coronam de acutissimis spinis plectebant
Et capiti tuo loco diadematis imponebant
Veste coccinea pro pallio regali te induerunt
Arundinem pro sceptro regio in dextra tua dederunt
Et coram te genua flectentes te salutabant
Et per subsannacionem regem iudeorum te vocabant
Caput tuum venerandum arundine percuciebant
Colaphis et alapis te percuciebant et cedebant
Sputis eorum tua facies admirabilis maculabatur
Tamquam leprosus aspectu horribilis videbaris
O dulcissime Ihesu rogo te per crudelissimam flagellacionem
Et exoro te per tuam amarissimam coronacionem
Ut me ita digneris flagellare
Ut in futuro flagellis iracundie non merear vapulare
Ut in flagella acerbi purgatorii non veniam
Sed sine omni flagellacione ad eternam gloriam perveniam

Sextas est Christe hora diei 6ta dilectionem tuam ostendisti
Cum pro me morti adiudicari et crucifigi voluisti
Post multas accusaciones pilatus manus suas lavit
Et te ipsum eis suspendendum sentenciavit
Crucem tuis humeris baiulandam imponebant
Et hoc ad maiorem contumeliam tibi faciebant
Simpliciter te precedentes funibus extraxerunt
Et manus et pedes tuos clavis ferreis affixerunt
Postquam in altum cum cruce te erexerunt
Et dulcis subsannacionibus et cachinnis deriserunt
Ibi pie domine dilectionem tuam [illegible] tuam ostendisti
Cum pro crucifixoribus tuis supplicans patri exorasti
Post hoc dulcissime Ihesu alia pena interna sustinuisti
Cum matrem tuam [illegible] beatissimam inspexisti
Ad ampliandam contumeliam tuam duos latrones adduxerunt
Et te in medio eorum tamquam [illegible] suspendebant
Quorum uni in necessitate misericordiam tuam ostendisti
Cum in extremo [illegible] remisisti et paradisum promisisti
O dulcissime domine rogo te per sanctissimam suspensionem te datam
Et exoro te per acerbam penam in cruce tibi illatam
Ut me ab horribili [illegible] sinistrorum eripias
Et cum collegio devotorum [illegible] me in [illegible]
[illegible] est Christe cum patre et Amen

Nonas est Christe hora diei 9a dilectionem tuam ostendisti
Cum pro me in crucis patibulo mortuus fuisti
Tamen tunc nimis miseranda plorasti
Cum heli heli lamazabathani dixisti
Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti me
Et tamen deus tuus numquam fuit separatus a te
Deinde dulcissime mi domine dixisti sicio
Et dabant tibi vinum mirratum aceto et felle mixto
Et dulcis irrisionibus blasphemaverunt
Verba que potuerunt contumelias tibi intulerunt
Post hoc dulcissime Ihesu consummatum est dixisti
Et spiritum tuum patri tuo commendas mortuus fuisti
Tunc latus tuum lancea perfoderunt
De quo sanguis et aqua in medicamentum nostrum effluxerunt
Videntes tunc compati et condolere videbantur
Sol obscuratus est et petre scindebantur
Terre motus factus est et monumenta aperta sunt
Et multa sanctorum corpora post resurreccionem tuam sic resurrexerunt
O pie domine rogo te per mortem tuam amarissimam
Quod infundas in me tuam graciam benignissimam
Ut in te valeam te diligere et tibi servire
Ut post hoc exilium ad electorum gloriam merear pervenire:

Capitulum xlviij de vij tristiciis marie

Inprimis autem de septemplici gracie accione
Est domino ihesu christo domino debemus pro sua passione
Convertamur autem ad [illegible] et orationes mellifluas
Que dicende sunt beate virgini pro suas vij tristicias
Sicut enim domino est gratum sua pena et passionem recordari
Ita et gratum est beate virgini suas tristicias meditari
Fuit quidam in ordine fratrum predicatorum erat
Qui dominum ihesum christum et matrem eius intime diligebat
Hunc meditaciones crebro considerabat [illegible] penas
Et tam dulcissime matris eius dolores et tristicias
Hec in oracionibus suis dominum eflagitabat assidue
Ut de penalitatibus suis daret ad sentire
Tandem dominus suis piis peticionibus acquievit
Et aliquatenus pro tunc sue passionis ei patefecit
Visum sibi fuit quod manus eius extenderent et pedes
Et cum magno dolore clavis ferreis transfigerentur
Postea continuo corde rogavit beatam virginem
Ut de suis tristiciis et patefaceret in corde aliqualiter
Visum est quod ei quidam gladius acutissimus adveniret
Et cor eius cum maiori dolore pertransiret
Et sic 1c per hanc meditacionem et gracie acciones
Meruit divinam revelacionem et eternam consolacionem
Quapropter legamus devote libenter psalmos gracie acciones
Et sine gloriosissime matri marie frequentes salutaciones
Ut in hac vita ab omni mala liberari tristicia
Et in futura vita perpetua per frui leticia Amen

Ave maria mater dei pia celestis imperatrix
Cum es virgo digna tristicia in hac vita clemens consolatrix
Obsecro te piissima domina per tuas tristicias
Quas in hac vita perpessa es multas et varias
Ut mihi misero subvenire digneris in quibus tribulacionibus
Et consolari non animas in tua vilissima consolacione
[illegible] et multe fuerunt tue tristicie et dolores
Cum septem fuerunt principales et maiores
Prima tristicia dulcissima domina tua tunc fuisti
Cum prophetiam simeonis in templo domini audivisti

Cum magno gaudio et leticia ad templum veniebas
Cum magno dolore et tristicia de templo recedebas
Nam offerendo filium tuum tanto patri magnam leticiam habebas
Sed iam ibidem subito gaudium versa est in magnam tristiciam
Dum igitur iustus Simeon tristes rumores tibi nunciavit
Cum tibi de gladio dolorum filii tui prophetizavit
Qui tuam sanctissimam pertransibat tuam sacratissimam animam – tristicia
De quibus verbis quam concepisti in corde tuo non modicam
Intencionem huius comprehendere prophetie intelligebas
Et de ipsa deinceps tristicias in corde gerebas
Per hanc tristiciam mater clementissima rogo te
Ora tuum dilectum filium dominum Ihesum Christum
Ut me per suam acerbissimam passionem
Perducat post hoc exilium ad eterna consolaciones. Amen
2 Secunda tristicia mater dulcissima tua fuisti
Cum cum filio tuo dilecto in Egiptum fugisti
Rex Herodes filium tuum te quaerens interficere cogitabat
Et hoc angelus domini Ioseph in sompnis nunciabat
Surge inquit et accipe puerum tuum et matrem eius et fuge in
futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum / Egiptum
Tunc virgo mitissima animam tuam vulneravit
Et cordi tuo virgineo magnam tristiciam intulerunt
Nunc oportebat te cognatos et notos et patriam delinquere
Et nocturno tempore pedestrem ad terram paganorum fugere
Herodes autem querebat filium tuum occidere cum tanta invidia
Quod occidit propter eum centum quadraginta quatuor milia
Tu clementissima domina ad terram veniebas
Ubi nec cognatos nec amicos neque notos habebas
Magnam ibi inediam et penuriam sustinuisti
Frigus et estum filio tuo et contemptum et cruciatum consististi
Hanc peregrinacionem et tristiciam multis annis tollerasti
Et defuncto Herode cum filio tuo et Ioseph repatriasti
Per hanc tristiciam mater clementissima rogo te
Ora dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum
Ut in hac peregrinacione ab omni malo me custodiat
Et post hoc exilium ad celestem patriam me perducat. Amen
Tercia tristicia mater dilectissima tua fuisti
Cum filium tuum tuum dilectum duodenem amisisti
Cum enim filius tuus dilectissimus in etate annorum duodecim
Iret tecum Ierusalem ad diem festum pasche in templum
Cumque festivitas iam peracta et completa erat
Tu redibas et ipse te nesciente in templo manebat
Sed hoc non percipiebat pia mater ex tua negligencia
Sed ordinante et disponente divina providencia
Tu putabas puerum esse cum Ioseph cum viris et
Ioseph autem putabat eum tecum esse in turba mulierum
Viri enim ibant soli ad festum et mulieres sole
Pueri autem ex placito suo ire poterant utrobique
Cum autem de templo per unam dietam recessisses
Et filium tuum cum Ioseph patre suo putativo non invenisses
Qualis dolor et quanta in mente tristicia tunc invasit te
Difficile est cor compatientis dificilius est enarrare
Usque in diem tercium cum tu magna tristicia quesivisti
Donec eum in templo in medio doctorum sedentem invenisti
Per hanc tristiciam mater clementissima rogo te
Ora dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum
Ut doceat me in hac vita eum diligere quod post
Ut ipsum in celesti templo feliciter merear invenire. Amen

Quartam tristiciam mater dulcissima tu sustinuisti
Cum dilectum filium tuum dominum et capi audivisti
Per Iudam deductus multa et magna turba sepius convenerant
Et gentiles et iudei multi in aliis modis lesi convenerant
Pariter congregati qui eum cum gladiis et fustibus ceperunt
Et tamquam furem et latronem eum ceperunt et ligaverunt
Discipuli enim quasi proditores timentes ne secum
Ipsum infideliter et fraudulenter postposuerunt relinquebant
Discipuli autem qui se velle mori cum ipso dixerant
Ipsum solum relinquentes vos ab eo fugiebant
Filius autem tuus postquam ad iudices est perductus
Et multis contumeliis verbis et verberibus est affectus
De platea in plateam et de domo in domum ipse trahebatur
Ad capiendum et spuitorum iniuriam non tenebat
Ista et alia tristicia pia virgo tua fuisti
Cum tota et tanta amaritudine de filio tuo audivisti
Omnia que nulla mens potest plenius excogitare
Nec aliqua lingua ad plenum sufficit enarrare
Per hanc maximam tristiciam mater clementissima rogo te
Ora dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum
Ut pro captivitate sua et ligaminibus vinculis suorum
Me absolvat a vinculis omnium delictorum meorum
Quinta tristicia tua mater dulcissima fuisti
Cum dilectum filium tuum in cruce pendere vidisti
Et tu ei nullum solacium nec auxilium prestare valebas
Cum ipsum in cruce multiplicibus penis videbas
Tu vidisti eum pendere nudum sine velamine
Et non sinebaris nuditatem eius pallio tuo contegere
Tu audiebas eum sitim suam querulose vocare
Et non sinebaris ei unam aque guttam ad potandum prestare
Tu videbas caput eius inclinari et sine reclinatorio dependere
Et non sinebaris in tuis manibus tuis tenere
Tu videbas maledictos ipsum deridere et blasphemare
Et non valebas iniurias eius aliquatenus vindicare
Tu audiebas quod patri suo commendabat spiritum
Et non sinebaris tu omni fidelitati adesse
Nec sinebat impius captivos accedere
Ut in obitu suo inter manus oculos suos clausisses
In nullo penitus ei aliquid succurrere potuisti
Et tanto maiorem tristiciam in corde sustinuisti
Per hanc quintam tristiciam mater piissima rogo te
Ora dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum
Ut in extrema hora quando spiritum emiserit
Et post hanc miseriam ad vitam eternam perducat
Sexta tristicia mater dulcissima tu fuisti
Cum mortuum filium tuum de cruce suscepisti
Cum ipsum brachiis tuis mitissima virgo Maria
Mortuum et lividum posuit Ioseph ab Arimathia
Quem omni dulcedine et leticia virtutum portaveras
Iam tu ipsum mortuum cum magna tristicia portabas
Dolor conturbacionis et gemitus in corde tuo congregabatur
Et tristicia tua tanto magis ac magis cumulabatur
Quanto prius pia mater luctus tuus et planctus
O qualis erat dulcis virgo tuus planctus et ululatus
Quam modicam quietem et consolacionem domina clemens habuisti
Quando ipsum dilectum filium tuum defunctum vidisti
Tanta fuit pia mater tristicia et dolor
Ut libenter pro filio tuo vel cum eo subiisses passionem
Die noctuque exclamasti, plorasti et flevisti
Quod dominum melliflua presencia filii tui caruisti
O quam durum cor et lapideum esse videtur
Cum tue tristicie tam immense non patitur

Per hanc tuam septimam leticiam mater clementissima rogo te
Per dilectissimum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum pro me
Ut michi in omnibus tribulacionibus meis subveniat
Et in hora mortis mee animam meam feliciter suscipiat

Septimum leticiam mater dulcissima te gavisi
Cum post ascensionem filii tui tam diu in hoc seculo viveres
Corpore tantum eras spiritu in celo peregrinabas
Quam diu melliflua presencia filii tui carebas
Quanto desiderio videre eum ad te afectabas
Quanto tedio adventum eius expectabas
Cuius dulcissima presencia tam diu carere poteras
Cum vero in mente desiderio eius ardebas et sibi grandia portabas
Quanto ipsum pro via eius crebro rogitabas
Quam violata peccatis et virgineo tuo lacte pavias
Quantis laboribus filii tui loca perambulabas
Quibus et quantis osculis et amplexibus singula gustabas
Pia in loca devotissime visitare solebas
In quibus filium tuum conceptum natum et mortuum sciebas
Ubi fuerat crucifixus captus ligatus et flagellatus
Flagellatus coronatus mortuus sepultus et assumptus
Hec loca et alia plura tu in magna leticia perlustrabas
Et ita in dolore et gaudio spiritu xxiiij annis perseverabas
Per hanc septimam leticiam mater clementissima rogo te
Per dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum pro me
Ut dignetur me clementer a penis liberare et leticia
Et perducat ubi eterna merear perfrui leticia Amen.

Hic incipiunt de vij gaudiis beate virginis

Inpetravit alio anno de beate virginis vij leticiis
Consequenter audias de septem eius gaudiis
Gaudia beate virginis debes devote honorare
Ut ipsa dignetur nos in omnibus tribulacionibus letificare
Quod acceptum sit hoc obsequium beate virgini patet
In quodam sacerdote beate virgini devoto fuit premiatum
Qui solitus erat gaudia beate virginis crebro recogitare
Et oracionibus et canticis prout potuit ipsam honorare
Hic quadam tempore egritudine correptus cepit infirmari
Et precor recogitans cepit animo gravari
Heu me nichil misero quid dicam et quid respondebo
Cum ad examine districti iudicis pervenero
Ubi exigetur a me racio omnium operum meorum
Omnium verborum et cogitacionum et neglectuarum
Et ecce ex improviso mater mea ad me apparebat
Que leto vultu et hilari ore eum consolans dicebat
Gaude fili mi dilecte gaude et noli gravari
Tu enim in extrema morte te admirari
Obsequium valde gratum sepius michi prestitisti
Eo quod gaudiis meis honorem tam crebro exhibuisti
Gaudium non est in magnum et quod gaudia mea recitat
Cum dicantur et audiuntur et recogitantur
Et quia tu devote crebro honorasti mea gaudia
Ego honorabo te et perducam ad eterna solacia
Quapropter debes gaudia mariae libenter honorare
Et sequentes oraciones lege fervenciter et dedicare

Gaude maria mater christi pia domina in deliciis
Omnis gaudiis non fuit tanta cunctis filiis beata filia
Omnis tua gaudia ullus homo non sufficiat enarrare
Cum ista alia sicut ago spaciale vix honorare

Primum gaudium fuit incomparabile super modum magnum
Cum nunciavit te deus per gabrielem suum archangelum
Quod ipse te super omnes mulieres huius mundi dilexit elegisset
Et de te humanam naturam assumere decrevisset
Consensisti quam tua tua ancilla quod consensum mario prebebat
Tunc castissimus uterus filium dei carne concipiebat
Ergo tuus sanctissimus uterus per archam federis figurabat
Et tua sanctissima anima per urnam auream designatur
In archa prima et in urna celi manna conservabat
Intra penes uterus et christi dei et homo gaudebat
Designatur et prima virga arida que floruit per aaron
Designatur vellus quod replevit per ymbrem gedeon
Virga aaron floruit quia naturam spiritali dono dei
Tu in impregnata fuisti super naturam de spiritu sancto
Solum vellus repletum est rore tota terra sicca manente
Tu sola repleta es de filio nulla alia digna existente
Per hoc primum gaudium mater dulcissima rogo te
Per dilectum filium tuum dominum nostrum Ihesum Christum pro me
Ut in hora mortis mee dignetur animam meam letificare
Et a morte secunda scilicet perpetua in tanta feliciter conservare Amen

Gaude maria mater christi pia que per solem designaris
Tua dulcis gaudiis et deliciis plena comprobaris
Secundum gaudium mater dulcissima te gavisi
Cum gesta tua elizabeth dulcibus amplexibus tenebatur
Cum in faucibus ihesus pre gaudio in utero exultavit
Et anima tua sanctissima dominum in iubilo sanctificavit
Et tunc tuus castissimus in domo parentis tuo exultavit
Quod tua viderant natum novum dominum in gaudio clamant
Uterus tuus castissimus vasis balsami similis erat
In quo deus unguentum suum celeste vivus intus tenebat
Tu es rubus igne plenus sine violacione combustione
Quia gravida fuisti sine virginitatis amissione
Tu ortus aromatum et deliciarum ortus conclusus
Sicut clarigerarius deus erat tuus et homo
Te abigail prima sunamitis virgo casta prebebat
Que rege david gremio suo fovit et intacta permanebat
Sic tu regem celi ex visceribus in gremio tuo fovisti
Et tu virgo in maculata et intacta permansisti
Preter vaticinia ...
Et in magno gaudio magnificat canticum dedisti
Per hoc secundum gaudium mater sanctissima rogo te / Ora etc.
Ut te visceribus quod genuit in tuo castissimo utero
Ut me secum participem faciat in regno perpetuo Amen

Gaude maria mater christi pia flores virga iesse
Cum ut paradisus omnium deliciarum probaris esse
Tercium gaudium mater purissima tu gavisi
Cum dilectum filium tuum clausa et intacta peperisti
Quod figuratum fuit in clausa porta demonstrata ezechieli
Et in monte incidi eius mistice revelatum est danieli
Dominus solus porta clausa et inconfracta pertransivit
Et tuus uterus in ortu eius clausus virginitatis non amisit
De monte precisus absque manibus est lapis sine manibus
Et corpore natus est sine tactibus maritalibus
Sicut radius per vitrum transit vitrum sine lesione vitri
Ita natus est corpore tuo sine virginitatis corrupcione
Quale et quantum gaudium mater dulcissima te gavisi
Cum tam delectabilem faciem filii tui conspexisti
Cum in medio gaudio deo delectatissima gaudebas
Cum osculo tam mellifluo puero ubera tua prebebas

O quam dulcissimis amplexibus tu dilectum filium tuum constringebas
Cum non ab aliquo homine sed a solo deo concepisse te sciebas
O quam suavissimis osculis et quam dulcissime ipsum osculabaris
Qui fuit et est dilectissimus tuus unicus et tua peculiaris
Per hoc tercium gaudium mater clementissima rogo te o domina dilecta
Ut me perducat post hanc vitam ad supernam patriam
Ut ibi delectabilem faciem suam sine fine videam
Gaude maria mater fulgida stella maris
Que tota gaudiosa et tota radiosa existebas
Quartum gaudium mater amantissima tunc habuisti
Cum laudabile testimonium virgineum de filio audivisti
Quod tres te providentes deum et regem esse credebant
Et mistica munera aurum thus et mirram ei offerebant
In eo quod aurum ipso prebebant et ipsum adorabant
Eum regem et virum ipsum esse demonstrabant
Oblacio thuris ad sacerdotes pertinere solebat
Et hec oblacio filium tuum sacerdotem futurum pretendebat
Cum mirra solebat antiquitus corpora mortuorum condire
Que innuebat quod filius tuus debet mortem pro nobis subire
Oblacio auri munus regale esse solebat
Et hec oblacio filium tuum regem regum esse ostendebat
Rex iste videlicet xpistus usus est pro throno regali
Tuo sanctissimo et castissimo utero virginali quoniam
Quem quondam o pia thronus ille eburneus pretendebat
In quo salomon rex sapientissimus residere solebat
In eo est tu sine felle et vere tota bona
In eo angelorum et electorum omnium gloria et corona
Per hoc gaudium te o domina dilecta ut mecum amen
Gaude maria mater o pia sine spina rosa
Que es ex regali progenie et tota generosa
Quintum gaudium mater amenissima tu habuisti
Cum dilectum filium tuum in templo cum gaudio optulisti
Cum magno gaudio exivisti de urbe nativitatis bethleem
Cum magno processisti ad urbem oblacionis in ierusalem
Cum magno gaudio templum domini introisti
filium tuum deo obtulisti
Obtulisti eum deo ... domino summo
Cum precium eius esse sciebas et nullum alium in mundo
O quam ineffabile gaudium cordi tuo hoc erat
Quod filius tuus tam nobilem et tam potentem precium habebat
Senex ille symeon quem diu cum gaudio et desiderio expectabat
Eo cum ipso gaudio ulnis anime non affectavit
Anna prophetissa et adhuc gaudium gaudio addebat
Cum magno gaudio filium tuum laudabat et benedice-
bat quod adorant eum laudabat et magnificabat
Et tecum ipse cum magno gaudio et iubilo exultabat
O quale et quantum gaudium mater dulcissima tu habuisti
Cum talem et tantum filium precio tali et tanto obtulisti
Per hoc quintum gaudium mater dulcissima rogo te o domina dilecta
Ut me in omnibus angustiis meis digneris consolari
Et ne umquam ... in eternum separari amen
Gaude maria mater o pia omnium delectabilis
Tota pulchra et amena et tota desiderabilis
Sextum gaudium mater castissima tu habuisti
Cum filium quem amiseras et quesieras in templo invenisti
Cum tu invenisses humilis et subditus erat
Et summus deus tibi matri subditus non despiciebat obedire
Tu virgo purissima tanta castitate pollebas
[illegible]

Tu de leone fortissimo agnum mansuetum fecisti
Tu aquilam quam nemo domare poterat domuisti
Tu vinxisti et ligasti fortissimum sampsonem
Tu vicisti et superasti sapientissimum salomonem
Tu pellicanum solitudinis vero solitaria cepisti
Tu salamandram ignis inhabitatorem igne ardente cepisti
Tu pantheram acerrimam vero mitissima mitigasti
Tu elephantem maximum vero humilia subiugasti
Tu fecisti iuvenem feminam vincere et altissimum
Ad te fecit venire de celo saltu altissimum
Quando de te filius altissimi voluit incarnari
Et tamquam puer infans sic humiliter subiugari
Per hoc sextum gaudium mater mea rogo te o domina dilecta
Ut corda nostra in isto seculo ita subiugari
Ut tecum in futuro nunquam merear separari amen
Gaude maria mater o pia regina celorum
Septimum gaudium tuum excedit sensus et corda hominum
Quod tu regina potentissima in extremo habuisti
Cum tu corpore et anima in celum assumpta fuisti
Cum te filius tuus in throno secum collocavit
Et corona regni sui perpetua felicitate coronavit
Hoc olim prefiguratum est per fontem qui parvulus
Crevit et manavit et factus est in flumine maximum
Sicut enim rex asuerus humilem hester exaltavit
Ita te humilem rex celestis extulit et amavit
Te et ita abigayl prudens olim pretendebat
Quam propter sua prudencia rex david sibi in sponsam assumebat
Ita rex celestis elegit te et assumpsit in sponsam et amicam
In matrem et in sociam in consortem et in reginam
Te et mater salomonis Bersabee prefiguravit
Cui rex salomon thronum ad dexteram suam collocavit
Ita rex celorum te matrem suam honoravit
Et ad dexteram suam in throno suo te locavit
O domina felicissima quam ineffabile gaudium habuisti
Cum corpore et anima in gaudium perpetuum intrasti
Per ineffabilia tua gaudia virgo graciosa rogo te
Ora dilectum filium tuum regem celestem pro me
Ut post hoc exilium perducat me ad celum regni sui
Ut sine fine merear gaudio perpetuo perfrui
Quod nobis omnibus prestare dignetur deus noster ihesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen

Explicit speculum humane
salvacionis scriptum prage
per manus Jacobi de Petzko-
ma Pragensis Studentis:
Anno domini Millesimo ccc
nonagesimo Quinto
in vigilia sancti Valentini

Hec remedia ponit fr. W. in libro pro reformacione nouiciorum
Item formula de recepcione hominis in ordine [illegible]

De remediis luxurie sequitur:

Remedia contra luxuriam sunt vii sine quibus continencia non diu potest esse tuta. Primum est ut cor sollicite et femina[rum] [illegible] familiaritates deuitet. Ecc. Auerte [illegible] faciem tuam a muliere compta. Greg. Quam [illegible] continencie habitaculum cum feminis non [illegible] quia diu vitalis calor viuit in corpore nemo presumat ignem concupiscencie in se penitus extinctum esse. Et sepe vir carbo extinctus modica scintilla operatus si tangit comburitur. Vidimus quando duos carbones coadunamus afflat donec eos incendat. Job. Halitus eius prunas ardere facit. Ignis est in igne iehennali. Carbo si solus relinquitur extinguitur si cum alio comunctus calorem [illegible] accendit. Bern. Cum femina semper esse et feminam non cognoscere magis puto quam mortuos suscitare. Quod minus est quam non potest quod maius est quo credam tibi. Aug. Primo incauta familiaritas occultat laqueos carnalis temptacionis. Reputans quod desistent amicicia dilectionis sentient inde stimulos peccati donec per longam familiaritatem et incautam securitatem amborum ita conflati et conglutinati fiunt in amore quod si sentiat inde in munere temptacionis peccatum nesciat resistere nec abiciende separari viribus spiritualibus ita debilitatus in eis quod nemo nemini valet sibimet vel tantum facere quod euellat se de laqueo nec alterum in tantum constrictum quod repute se perfidum si deserat eum et capitulo conquirit alterius voluntati voluptati et preceps infinitum in omne peccatum. Bernardus Sampson fortissimus qui multas sepe hostium acies strauerat et alios de vinculis erumpat confidens de viribus suis ligatus amore Dalide defecit et usque ad mortem captiuus est. Dum nulla daret ei requiem quousque plene cor suum exposuit et hostibus aditum sic aperuit capiendi se et ligandi et excecandi et in carcerem molendinum faciendi et de se risum hostibus faciendi. Hec aut omnia in fine fiunt sed mox et sepius ad correccionem manum.

2. Secundum est vitare comporcium et ciuitatem conuersacionem ne eorum exemplo ad similia prouocentur. Prim. Cum se iungit fornicariis eit nequior [illegible] ... amici seniorum efficiunt filios eius. Primi sunt non [illegible] et cognitacio hominis ad malum et ideo similis alter [illegible] illorum ad id quod appetit eius sensus carnalis. Dum non erubescit viciosus fieri vel videri. Ergo peccatores impleuit sue quorum consorcium non solum ad [illegible] personis et vir [illegible] trahit ad peccatum et laudat peccator in desideriis anime sue. Ecc. Hic est ita qui fortiores religiose studia spiritualia deserunt et ad comitatem negocia plurimi desiderunt. Sed mala conforitas diu quibus vero alios imitari siue quod necesse est ipsi cum quibus conuiuit conuersacio pudorem timeat ad libertas gaudet sunt [illegible] occupacionem et [illegible] sordes apud homines agendi quod libet et si non liceat. Ecc. Omnes declinauerunt [illegible] apud homines et qui cum lupis vult esse oportet eum cum ipsis vlulare.

// [illegible]

Expugnat racio non tam pascha caro.
Ocia si tollis periere cupidinis artes.

Tercium est corpus non delicate seruare vel nutrire. Terra enim corporis nostri que per primam maledictionem spinas et tribulos vitiorum in nos generauit si superfluis fuerit impinguata deliciis tanta erit spinarum densitas quod semen diuini verbi in nos penitus suffocatur. Ecc. Qui delicate nutrit seruum suum inuenietur sua postea illum sentiet gaudentem. Bern. Sufficit diei malicia sua. Sic concupiscencia [illegible] qui si ceperit accipe irritamentum ab hiis que [illegible] sinapis bellum adunatur eius oblectamenta sine dubio conuertuntur et ita preualent continencia quod duo resistunt omni continencie innata concupiscencia carnis et prouocatio voluptas delicatorum. Apostolus ad Thimotheum: Vidua que in deliciis viuit viuens mortua est quia si vivit corpus mortuus mortua est spiritum. Eze. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue superbia saturitas panis habundancia et ocium. Item Corinthios Apostolus ait ad Cor. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo ne forte aliis predicans ipse reprobus efficiar. Hostem suum armat qui carnem suam fouet deliciis vel [illegible] debite sustentacionis quod aut hostem prestat est nocens.

Quartum est ocium fugere quod precipuus est atque inimicus [illegible] vel inimicus occupatus non ab vno demone impugnatur. Ociosus autem in multis demonibus vastatur. Bern. Ocium non temptacio mala et cogitacionum malarum sentina est ocium. Sentina quia latenter intrat in nauem et crescit donec nauis mergatur. Ita per ocium cogitaciones et concupiscencie multiplicant donec nauis cordis eius submerges in peccato. Preterea in monasteriis religionum nostrarum pauci stabiles religiosi sunt respectu antiquorum in Egipto in quibus quinque vel tercenti vel ducenti morabantur sub vno gubernatore quiete viuentes magis quam nunc apud nos possunt decem vel pauciores obediencia et concordia gubernari. Illi de laboribus manuum suarum sustentari et ita prediam et redditus amplos non requirebant. Et erant tot collegentes victum contenti nec superbia flua desiderantes nec mendicantes nec euagantes nec adulantes palpancia donatores sed de suis laboribus se et multos debiles et pauperes sustentando et labori manuum intenti remotis viciis et variis desideriis non permittebant ut de nec quibus imperare [illegible] reposuit acquisita et elaborata. Sed sicut semetipsos pro abnegauerant et alterius imperio subiecerant ita et omnia quod habebat et quod non strepitum clamoris nec [illegible] proprie voluntatis arbitrium agebat sed in summo silencio et quiete admitti abbatis et gubernatoris suorum. Id ipsum deuocionis non solum non impediebant per operis instancia sed et plurimum promouebant cum in pacto cotidiano statuto opere labore vel [illegible] tempore vel lectione vel ordine soleat compendere. Et id stabiles et perfecti in omni virtute erant quod ad tempus bonis operibus et virtutum studiis compendebat. Nec nouicie et anxie turpentes nec prouolute suauioribus sed superiorem [illegible] regulas a sanctis patribus institutas sed propter instituciones ad omnia compendenda et virtutes reputandas. Ocia quod si tollas perire cupidinis artes non solum in vitando ocium sed et occupacioni. Ocium est quod nulla vtilitas quod [illegible] intendere et prouidendo ocio occupari sectandi [illegible] qui aut sit agendum requirere de remediis accidie. Ho. Eternum in [illegible] experiet [illegible] tempore possis [illegible] religiosus sume vel id opus quod tunc ei incumbit optimo modo perfice siue orando siue laborando vel ad faciendo.

Quintum est oculos abiliciter custodire quod sunt quasi fenestre anime per quas mors peccati intrat quasi fur.

vel corruptor castitatis mee. Dum non custodivit David oculos respexit uxorem Urie et eam concupivit et id concupitum in mente recepit. Sic Eva vidit lignum quod esset pulcrum visu aspectu quoque delectabile concupivit et comedit. Hec non impedit intuen[illegible] si licet concupiscant. Sic Amon sororem suam Thamar. Sicut alii multi et puellarum cernenda sunt ne Samson per ea mortiferam corruptionis artem Dyna que curiositate egressa est videre mulieres regionis illius corrupta est. Trenorum. Oculus meus depredatus est animam meam in cunctis filiabus urbis mee. Ergo Job ait: Pepigi fedus cum oculis meis ut non cogitarem de virgine. Sic boni religiosi recludunt se in cellis et in monasteriis quasi in sepulchris ne vel ipsi concupiscant mundum vel concupiscantur. Quanto non vides et audis varias mundi res tanto affectus tuus ad ea concupiscenda frigidior erit et minus cogitabis ea. Et econtrario frequenter cum secularibus conversaris magis pulvere seculi aspergeris quo tandem insensibiliter paulatim mens tenebrescit et affectus fit crudus et spiritualia et mores insensuales in molendino non pulverulentum fieri impossibile est. ¶

6. Sextum est interius reprimere cogitationes pravas et affectiones. Hii sunt hostes domestici inimici quibus frangitur urbs mentis hostibus redditur si non eum peniteat. Sapientie: Perverse cogitationes separant a deo. Mathei: De corde exeunt cogitationes male adulteria et cetera. Hec quod inquinant hominem. Nulla potior municio sufficit ad custodiam urbis ubi domestici proditores fuerint. Ita nulla custodia forinseca castitatis sufficit sine custodia interna cogitationum et affectuum. Sic custodia frugum [illegible] qui corpore vita perdit. Castitas honeste matronis non solum prava opera sed et suspecta luxurie fugiunt [illegible] [illegible] in famam [illegible] castitatis et honestas [illegible] multum in furore zelotipie [illegible] inflammari sic et anima religiosi [illegible] desponsata [illegible] et votum castitatis luxurie pravitatem suggestionem non recipiat vel retineat in corde quod deus intuetur. Jeremie: Usquequo morabuntur in te cogitationes noxie. ¶

a Septimum est fervens studium orationis vel devotionis. Sapientie: Scivi quia aliter non possum esse continens nisi deus det adii dominum et oravi et dixi [illegible] [illegible] mens. Quia nisi dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. Et ideo dicitur quod [illegible] quia sine ipsius auxilio nichil facere possumus nec nos gratia ipsius perpugnat in nobis igne concupiscentie. Ignis orationis ardens qui elevat mentem sursum et ad deum [illegible] affectus [illegible] desideria extinguit et intellectum illuminat et ad deum infundit [illegible] [illegible] quidam horror peccati et detestatio voluptatis carnis. Voluntas devota melioratur et roborat contra temptationes ut ipse temptationes debilitet et facilius devincantur. [illegible] cum Moyses manus in monte elevaret ad deum vincebat Israel cum non deponeret eas et dimitteret vincebat Amalech. Moyses est religiosus devotus [illegible] Amalech temptatio carnis. Quam Moyses [illegible] affectum et mentem [illegible] ad deum hostes succumbit temptationis. Quam ad terrena remittitur hostis roboratur. ¶ ¶ Nota bene

Nota quomodo vita nostra debemus quibus hominibus [illegible] quidam occultare [illegible] mala nostra aliis aperire alia celare. Bona nostra ad que tenemur [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] voto astringimur debemus [illegible] ut [illegible] [illegible] castitatis obedientiam virtutum et [illegible] [illegible] quia homines in nobis non vident cum [illegible] nos ad ea teneri

scandalizabitur et reputabunt nos simulatores. Unde dicitur: Luceat lux vestra coram hominibus. Alia non bona nostra occultare debemus que spontanee [illegible] ut [illegible] devotionis vel que possent nos singulares [illegible] parere ut singulares abstinencia vigilie et orationes et alia ad que non tenemur de quibus dominus docet in sermone [illegible] in monte: Beati pauperes spiritu et cetera vel [illegible] mala nostra abscondere debemus ne quod scandalizent de nobis et simulat [illegible] imitari nos in similibus. Unde [illegible] peccat qui aperte peccat quia et alios offendit et proximo foveam fodit quod incidat per malum exemplum. Si autem culpa nostra sponte mala sed culpa malicia [illegible] [illegible] de nobis et non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] patiamur sicut Christus tacuit in passione de multis [illegible] accusatus. Unde [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non credetis et cetera. Alia mala aperire unde debemus scilicet in confessione privata de privatis [illegible] [illegible] ut in visitationibus et [illegible] [illegible] [illegible] que male non debemus erubescere confiteri et defensionem [illegible] ne quod [illegible] [illegible] nos [illegible] [illegible] nos. Si autem in bono opere vana gloria pulsat nos non acquiescamus ei. [illegible] bonum opus [illegible] tamen maiore [illegible] sit utile et [illegible] Sepe non putamus nos laudari [illegible] [illegible] forte alii non advertunt. [illegible] sicut nos non [illegible] [illegible] homines et nos [illegible] [illegible] [illegible] ipsi attendunt [illegible] faciamus. Alii non despiciunt nos [illegible] [illegible] laudet magis [illegible] [illegible] nos aperte laude [illegible] [illegible] [illegible] et si forte adulentur nobis [illegible] sicut est consuetudo [illegible] hominibus ad placitum [illegible] loqui. [illegible] [illegible] fugiat [illegible] vane glorie non tamen [illegible] fortiter pugnare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] abige [illegible] [illegible] flabello [illegible] ¶

Augustinus: Dilige deum ex toto corde id est toto intellectu sine errore tota anima id est tota voluntate sine contradictione et tota mente id est tota memoria sine oblivione. Item: Ex toto corde id est cogitatione tota anima id est affectione tota mente id est omni [illegible] [illegible] [illegible] dilectio dei exprimit ut nichil remaneat in homine quod non dilectioni subdat. ¶ [illegible] si enim [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tene [illegible] [illegible] [illegible] ¶ Crisostomus: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] doctrina [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nutrit et non solum malos [illegible] et bonos ad malum [illegible] ¶ Augustinus: [illegible] [illegible] impossibile ut [illegible] [illegible] [illegible] bonis et futuris [illegible] ventrem [illegible] [illegible] impleat [illegible] deliciis [illegible] ad [illegible] [illegible] in celo et in terra appareat gloriosus. Ille [illegible] Apostolus ait: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Augustinus [illegible] o altitudo divitiarum et cetera. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliquis quo fit [illegible] [illegible] quo fit melior [illegible] ¶

[illegible] ponit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Iste est tractatulus qui est in 3° li° Compendij Theologice veritatis

Incipit tractatulus de peccatis mortalibus et venialibus et de speciebus sive filiabus eorundem:

Quid sit peccatum secundum rem. Tenendum est quod peccatum quod non est substantia nec res aliqua sed defectus et corruptela. Et peccatum dicitur nichil propter tria. Primo propter defectum quia peccatum non est aliqua res naturalis sed corruptio boni. 2° propter effectum quia peccatum anichilat hominem et deficere facit a vero esse. 3° propter despectum quia vilem facit hominem et indignum premio. Quid sit peccatum secundum nomen. Peccatum habet multa nomina. Vocatur macula et hoc quia ymaginem dei deformat. Item reatus quia ad eternam penam obligat. Item pollutio et hoc quantum ad cogitationem contractam ex terrena delectatione. Item vocatur pena et hoc quantum respicit peccatum primi hominis in quo ita natura fuit corrupta. Item

[illegible]

vnum peccatum nascatur ab alio hoc sic apparet. Superbia quia
sicut omnes precellere volet sic nullus ei equatur et per consequens nasca-
tur invidia. Invidus non quia deficit nascitur ei odium videt
eos per consequens nascitur ira. Sed ira cum non potest se vindicare tri-
status. Ideo contra nascitur accidia. Accidia non consolacionem
querens facit avariciam. Avaricia non quia in temporalibus habundat
potest magis exercere gulam. Gula non propter ventris
replecionem deficit sed inflammat ad libidinem et ita generat
luxuriam. Item bona que fuit in fructuosa reddit et
et quantum ad mundo et quantum ad primum. Sicut ramus passus
ab arbore non profert fructum sed arescit et habilitatur adi-
cendum. De talibus dicitur Deut. 32 Malediccio ex fructibus
et egrediens super cathedram materialem ad occidendum quia talis opus
non est meritoria, ymmo dicit Aug. sicut talis signat se esse
mortificatum potius in se diabolum quem occidunt qui in
in eis peccatum habitat. Item ex homine infernum facit quia
quia in pectore est ignis avaricie, fetor luxurie, tenebre
ignorancie, vermis consciencie, sitis concupiscencie, demones peccatorum.
Et homo homines tandem vacuum relinquit. Gen. terra
erat inanis et vacua. Et multo quia mundo adhren-
tes fugiunt velut arena eo quod relinquit forte vite
et vena aque viventem ac paludibus similes fie-
ant. Item fallendo decipit sicut lignum putridum
de nocte lucens, et sicut esca in hamo piscem decipit.
Item stultos homines demonstrat, quia peccando quod sub opp-
rimendo onera imponit et lingua super dorsum suum tre-
menda colligit. Et illi sunt qui cum proximo tor-
quebit. Aug. stultus est in tali statu vivere in quo quis
non audet mori. Secundum quod peccatum in morte generat
tedium, quia in morte generat hoc solacio visibilium que
dilexit sed absque potuit aut rebus line vite corpore
corpore quod nunquam in tali forma accipietur, ymmo vellet
sicut sicut quod per diminucionem pertransit corrosum vermi-
bus quia stupebit anima peccatoris cum corpus suum videbit.
Debet ideo clamat peccator in morte cum videbit de-
monum consorcium adesse parentum adverse. Tren. Om-
nia eius apprehenderunt eam inter angustias. Postremo
videndum quomodo peccatum punit homines post mortem. Habet
enim confusionem corporum dampnatorum. Ysa. revelabo
pudenda tua in faciem tuam. Item exprobracionem au-
diet. Mt. Quoniam non etc. Item requie et luce privabitur.
Mt. ligatis manibus et pedibus etc. Unum non valebit ei om-
nibus in te Regum etiam et corporum etc. Item suffragys e-
terne non gaudebit. Ysa. Vermis eorum non morietur et ignis
eorum non extinguetur. Item in infernum precipitabit. Apo.
de lapide molari quem precipit angelus. Apoc. dicens hic
impetu mittet Babilon in infernum adeo et sanctis et
omnibus bonis separabit. Mt. Ite maledicti in ignem eternum.
Item aditum penitendi claudet. Jer. transiit estas finita
est messis. Item omnes spes vite peribit. Job non videbit
ultra peritatem ut portet ignis et incendium super talis
aut clamat per aquam defonsa super divine vite. Sicut
vinc peccatum nos in peccato continuat in peccato moriendi
sic quod multiplicat nos peccatum ipsum defendi et dispo-
sicionem quia gloriam fine in novacie numquam reparabit.

Sicut enim corrupta virgo deleta virgo non erit
ita semel peccasse numquam se non peccasse gaude-
bit. Item sicut medici expertis audiunt dicta post sanacionem
vulneris semper manebit cicatrix. Item qui semel furatur semper
fur dicitur. Item domus eius domus destabilitata post diem de-
cetero. Item symon quem dominus a lepra mundavit post emun-
dacionem tamen semper vocabatur symon leprosus. Item templum
quod reedificatum fuit post destruccionem primum nullo fuit
sic impulchrius templo priori. Item ad penam tem-
poralem obligat. Unde non exibit in donec reddat
novissimum quadrantem. Item regnum celorum non videbit
donec legimus secundum scripta in pena peccatorum tam
mortalium quam venialium que in presenti soluta non sunt super
ipsum cremetur. Item aquila retardat. Ubi figu-
ra est in absalon qui postquam per reconciliabatur mo-
ratur duobus annis quod faciem non vidit dicta tam
dum differt quod aquila quousque fiat ut cum maculam
post eum in baptismo. Item tempus amissum et primum
quod sub agere potuit numquam recuperabit. Jer. que vendidit
ad quod non redidit numquam veniet. Item obscurat quo-
nam et hoc peccatorum quam vidimus quam ipsum occasionem
ut significatur in tobia, et per hec eum quem in vita erat
Aug. Oculis egri odiosa est lux sicut noctuis
et vespertilionibus. Ad hoc non de quodam ceco quem
dominus illuminavit non tamen statim perfecte videt sed videt
homines primo quasi arbores ambulantes. Item asininis
dit tepidum. Sicut in pede vulneratus et sanatus
claudicat, et arbor mota de loco suo ad vitam
tas amittit. Unde dicitur est homini proprium, spinas et tribu-
los germinabit etc. Eadem est de operacione super
peccatis tum reddidit. Item fastidium homini generat. Unde
Exo. Anima nostra nauseat super absolucione levissimum.
Aug. palato non sano pena est panis qui sano est
suavis. Idem dixit sepe plus valebat mali-
mollitum quam bonum insolitum. Item ad bonum operan-
dum impedit. Gen. uxor Loth respiciens retro
versa est in statuam salis quod sic statim fit aliter
Item in dolore pariet filios sed bonorum operum. Item
ad resistendum temptacionibus debilitat. Judicum Sap-
son post crinium abscisionem amisit vires et arbor
lepra procurante auctoritatus decidit. Item fervorem
minuit caritatis. Sicut eclipsis solis dum primo
noctem tercio quam modico tempore sub radiorum solis
pubescit. Reg. Abisag Sunamitis et cooperiebatur vesti-
bus non calefiebat. Et aqua calorem ignis aut
minuit aut extinguit. Item dolorem et timorem semper
infligit desperatio, dolorem quidem quia certus est de sua
tua culpa. Timorem ac quando mortis et de vera
Aug. penitens semper doleat et de dolore gaudeat
et non semper doluisse doleat. Item peccatum corrumpit
partes liberi arbitrii in agendo et sustinendo. In
agendo quia non potest semper facere que est ut unde
quod nos. In sustinendo ac quod gratiam stabilem in
hac vita non potest suscipere. Item corrumpit rationem du-
plicat sed quantum ad discrecionem iudicii inter bonum
et malum. Item quantum ad deliberacionem consilii

inter expediens et inexpediens. Item circa affectus
duplicatur scilicet in ordine et in modo quod nec superflue continue-
tur nec superflue moderatur. Peccatum nos inficit scilicet ipsum
facientem [illegible] peccatum mentis [illegible]. Item hos
qui sunt in purgatorio quos non possunt peccatores iu-
vare et tamen efficiunt ac si essent in gratia. Item ipsos
mortis dampnatos et hoc per modum [illegible] quanto enim plures
sunt in inferno tanto maior horror et pena. Fal-
lit enim in inferno ista regula: gaudium est miseris so-
cios habere penarum. Item nos salvatos et hoc per modum
subtractionis vel [illegible] et societate glorificatorum
hec gaudium accidentale. Denique nos ipsis [illegible]
bus tum propter quod actus eorum quos demones [illegible]
parati ut dum sententia de te dictata ad tor-
menta rapiant. Tormenta erunt sine
intervallo et sine temperamento. Timor
turbabit te, terra appetet contra
te et tu nudus et ardens in stagnum
sulphuris ardentis et fetentis. Ignis
exterius ornamentum tuum comburet,
vermis interius conscientiam tuam cor-
rodet. Ubi eris sine fine, sine
spe veniae et misericordiae. Omnia non cre-
denda supplicia superabit deum
non videre et bonis aeternis quae in
potestate Christi obtinere. Si vis cogitationes
malas a corde tuo
expellere, saepe cogita ibi namque est
cogitatio tua ubi est affectio tua, et
est cor tuum ubi est desiderium tuum.
Quod enim saepe in cogitatione volvi-
mus amore plus afficimus. In
cogitatione sua quisque cadit vel
stat. Si bona cogitatio, cogitatio
sancta custodiet te. Si mala co-
gitatio, spiritus sanctus effugiet statim et auferet
se a cogitationibus quae sunt sine in-
tellectu. Certumque templum dei spectaculum
diaboli. Quod enim deus deserit diabolus
arripit. Spiritus sanctus suggerit bona
et dulcia. Malignus spiritus mala
et amara, vana et immunda. Et
quandoque homo mala cogitatione
cor tuum tetigerit non consentias
illi nec sinas illam in corde tuo
manere sed illico repelle illam.
Initiis cogitationis resiste et fugi-
et a te. Nam ante oculos dei non
valent vanae cogitationes nostrae
et non momenta temporis in eam tran-
scendunt sine statu retributionis.
Cogitatio prima delectationem parit, de-
lectatio consensum, consensus actum, actus
consuetudinem, consuetudo necessi-
tatem, necessitas desperationem, desperatio mor-
tem. Sicut vipera filios suos
necem parit lacerata, [illegible] Ita
cogitationes nostrae nec nos mittere

[illegible] ostendunt aciem demonum. Et ma-
las cogitationes fugere nostrum est
illas illico repellere. Et tamen in ani-
mo eas iacere me attinet. Voti
et operis deputatur culpae. Voto sua
namque cadit qui cadit et voluntate
dei stat qui stat. Cogitatio tamen in-
munda mentem non coinquinat
cum pulsat nisi cum hac se per de-
lectationem submiserit. Nota

Superbia sicut est

origo omnium criminum, ita
ruina omnium virtutum. Ipsa
est in temptatione prima, ipsa in conflictu
postrema. Ipsa autem in exordio men-
tem prostravit, et in fine
de virtutibus deicit. Ideo est omnium
peccatorum maxima quia tam per virtu-
tes quam per vitia humanam mentem
extinguit. Cetera vitia solas eas
virtutes impediunt quibus ipsa
opponuntur, ut luxuria pudicitiam,
sola vero superbia contra omnes vir-
tutes se erigit et quasi generalis
ac pestifer morbus omnes
corrumpit. Ideo quia opera nostra
humilitas praecessit, conservat et
conservatum fuit propositum quod incaute
apposita tibi adhaereamus, postponimus
quia deprimamus totum demum ex-
torquet superbia. Quantumcumque sit operis celebris
iustitia apud iustum iudicem
non est si hanc elevat timor. Vir-
tus enim omne quod agit omnino
perdit si non solicitate in humilitate
custodit. Signa superbiae sunt
haec: clamor in locutione, amaritudo
in silentio, dissolutio in hilaritate,
furor in tristitia, honestas in imagine,
inhonestas in actione, rancor in
reprehensione. De invidia. Invidia
est ac tinea vel ruina spiritum co-
medit, praecordia urit, mentem affligit,
cor hominis tamquam quaedam pestis depascit,
cuncta bona ardore pestifero
devorat. Invidus alienum bo-

simulat in videndo peccata. Cum
peccatores quoslibet conspicimus non facile
eos iudicemus sed magis defleamus
quia in similibus aut lapsi sumus et
labi possumus. Si vis delinquentem
corripe aperte et increpa non occulte
mordeas. Quid enim prodest sine
nescientem aliis mala mea referas
ve illi qui suam reiciunt conscientiam
et corrigere vitam et aliorum non de-
sinunt detrahere. Si vis detrahere in ma-
nifesto peccata retorque non aliorum de-
licta sed propria tua reprehende enim aliis
detrahes si te bene inspexeris. Periculo
alieno os enim non coinquines
ne detrahes peccanti sed condole.
Quam frequens peccatum est detractio
detrahentes et audientes pariter reatum
detinet sicut in vitiis alii qui
detrahit tibi de te vel scias quia de te de-
trahet aliis. Detractio est mordax
quia ira reprehensio. Multos sedu-
xit curiositas. Modicum quisque confert
peccata sua quia diu curiose aliena
considerat. qui semetipsum ipsum non
querit quid in aliis frequenter re-
prehendat sed in semetipso quod lugeat.
Quid inde se loquitur homines
unusquisque suae desideris. Omne genus
peccati summopere fuge nec cum nec
studio loquaris falsum. Ex ore quod
mentitur occidit animam per illam
falsitatem vitam. Actumque deserens
fuge inhonesta verba vel vane vel que
non edificant audientes. Vanus in
sermo suo polluit mentem et facile
agitur quod libenter audit. Vanus
in sermone leve conscientie est index.
Malos homines lingua pandit et
qualis sermo ondit talis animus
comprobatur. Quia ex superhabundancia
cordis os loquitur. Sermo vanus non
erit absque iudicio quia ab omni
statu vanitatis deprimit et per vi-
tam delabitur. Qui in laude
non appetit non contumelias sentit. Dis-
cute te tuo iudicio non alieno
enim magis potest scire quis sis quam tu.

Qui conscius es tui: quid non prodest
dici malus es si bonus predicaris. Ex
hic vis talis esto. Si sapiens fueris te
semper habebis eundem. Stude loqui
non quod libet sed quod oportet. Qui conscium
non reprimit ad noxia cito currit.
Magna virtus est si non ledas eum
a quo lesus es. Magna gloria est
si cui nocere potuisti parcis. Et nobi-
lis vincendi genus est iniuriose bono. Ecce
et contingit adversum proximo peccato conting-
at tibi [illegible] dolorem tibi et dic
Iuxta modum delictorum pena est
[illegible] Mala aliorum bono tuo
supera vince maliciam bonitate
detrahentium errores dissimula. Ab
non sis pacis in vidius nec [illegible]
amicicia odientes ad pacem in vita
discordantes ad concordiam revoca.
Conscientia hominis abissus magna.
Sicut enim abissus exhauriri non
potest sic cor hominis evacuari non potest
a cogitacionibus suis sed continua volu-
bilitate voluitur. Et enim immensum
sinum est et spaciosum illic reptilia
quorum non est numerus. Sicut enim repti-
le latenter repit foraminosis an-
fractibus. Huc et illuc deambulat
ita conscientiam hominis venenate cogi-
taciones intrant et exeunt ut
nesciat homo unde veniant et
quo vadant. Hec bene cognoverat
qui dicebat. Pravum est cor hominis
et inscrutabile et quis cognoscet illud.
Qui [illegible] non recipit nec confiteri

Quomodo ordinanda sit pura consciencia

Nulla pena gravior est pena con-
sciencie. Mala conscientia semper agita-
tur. Si publica fama te non damp-
nat ipsa consciencia te condempnat.
Quia nemo potest seipsum effugere
Vis numquam esse tristis bene vive.
Bona vita semper gaudium habet. Conscientia
rei semper in pena est. Ita clemens
esto in alienis peccatis delictis sicut
tuis. Ex hoc quod districtus iudices

qua te sit alios iudica ut ipe
iudicari cupis lex tua te constringit
iudicium quod alijs i ponis ipe
portabis. nunquam condempnes ante
iudicium. Cum pba ac iudices
non n qui accusat sed qui convincit
reus est. Valde periculosum est de
suspicione quam pua iudicare. Quam
diu sufficiens diu suspectam habe sententiam
et eo cautius cum iudices ne
forte pccas cum qui iudicat accipe
Omnibus benefacere si potes quia i
certus es per quos plus placeas
deo quam maior sit benivolentia
quam quam datur. Cum tale erit opus
tuum quale erit intencio tua
Cum tu istricta manu porrigis
fructum remuneracionis amittis
Mors est ubi non est benivo
lencia. non aufert deus quam prius tribu
it alteri. Tam nichil perdet si
altera inventa reficias. Vid aliquid
inane fecisti de contemptu mundi
Absit ante quod bonum proposituum
impedire potest. Contempne dimes
quod post morte habere non po
tes. Difficile est ymo impossibile
et presentibus quis fruatur bonis
et eternis et ut hic ventrem
et illic mentem impleat ut
de delicijs ad delicias transeat
ut et in terra et in celo gloriosus
appareat. Si vis tu vere
divinus noli multa habere Istam
quisque finies vitam et quod
meruit in ipsa non potest habere post
ipsam. Tanto enim in finis delec
tantur tanto a superno dei amore
distinguitur. Nullus sit magis quam non
mediam tua prueniat. Et tamen
casus impatiu te ni veniat
pone nichil esse quam tibi accidere
non possit. Vita foueam in quam
vides alium coram te cecidisse
Alioquin predico tua sit cautio
dum nescias repente mors venit. nescis
enim quid nobis hodie contingat. Ignoramus
si hac nocte aut mane predicto
mors reposcat. Cotidie ad finem
tendimus et ad mortem properamus.
Predicto illi nos singulos monet
perempnis. predico tua istud tum in me
amicum tuum. quid dicet ut peccas
tuo merito. ut saltem mea amicus
magis ex penitere depostas habere se
curitatem. Tam si feceris negligens
periret neglectus aut sepe tamen
ad vicia consuetudo reducit. Non
solum conservat sed et venialia emendat si
pecta. Multa enim levia vnum
grave efficiunt sicut solent de pennis
et minimis guttis in mensa flumina
crescere. non est dubium quod qui casti et
virgines perseverant angeli dei ef
ficiuntur. **non de gula ventris quo
sit nociua** Nullus homini cru
delior exactor est. sicut ventris
hic cotidianus refectione coti
dianas exactor adimplet cum
ceteris vicijs et si interdum vastum
et i cedimus eis tamen eis non moniu
cum aut enim et vastum et moniu
multis creditoribus reliquit me
obnoxium preter mea sed ab omnibus
liberatus sum vnus super est a quo
liberari non possum. venter. venter
precepta non audit possit appellat
non est enim in molestijs creditor premo
dictus. Si modo dederis quod dedis
non potes. Quosdam percicus deus
nullum stare posse in salutem fla
gellat eos infirmitate corporis ne
pereat ut eis sit vtilius sub fi
languoribus ad salutem quam per
manere in colonies ad dampnacionem
Est periculosum saciatur que ad i
obediendum horis seducit. Est et sa
lubris infirmitas que per divinam
correpcionem ad diuina mentem
frangit et humiliat. Sicut qui ut
recipiat quam pua reputat prius mas

Vnigenitusque incendit et in deum se appli-
cat. Vnde hominem aptum ad peccandum
aspicit blandiens et lenibus monitis
Sepe blandiens aut vanam gloriam
proponit asperis uero inertibus iram su-
perbiam uel crudelitatem. Aduersarius noster
cum ab exteriori spiritualitate se videt
exclusum interiora collectis viribus aggre-
ditur. Sed spiritualis homo qui omnia
iudicat eius astucias non ignorans
reprimit quantum potest. quod reprimere non potest
tollerat. quasi latratum canis sustinet
morsum non timet. mordet tamen ad
consensum pertrahit latrat cum suggessit
si tamen non efficit quod suggessit, et
cum non voluit sed coronat qui et
si resistentem fatigat, obligat con-
sentientem. De oratione secunda

Oratio est mentis deuote
in conuersio in deum proprium et
humilem affectum. humilem ex
consideratione sui fragilitatis propie. proprium
ex consideratione diuine clementie
Verbo alio. deus adiuuat eius
affectus quasi animus deprecantis toto
deuocius affectu ad eum conuertatur
ut illum deum complectatur quadam (?)
purius mentis affectus. Ideo cum orare
volueris solus solitus cordis tui
ingredere et collecto spiritu tuo integra
mente et vacua puris orationibus
deum intrans et stans coram deo
cum vnum aliquo (?) vitalibus orationis
in eternam celos penetra et prostratus
choro celestium in ipsorum presencia mi-
seris et clamoribus quas patis (?) misa-
bilis deplora pro the ... (?) tuam
posce eorum potentem. Et ergo confide-
tes qui dixit Petite et accipietis
querite si pulsantes perseuerantis non
exibis in vacuus. Sic ora cum
orans quasi sis assumptus et presentatus
ante faciem maiestatis in excelso throno
vbi milia milium ministrant ei et
decies centena milia assistunt ei.
Tunc vaticinij oratione qui alimde (?)
non cogitamus sine intermissione
orare debemus. Oramus sicut nunquam
momentum quo homo non fruatur

aut vtitur dei pietate aut misericordia. Sic nullum
nullum debet esse momentum quo eum
presentem non habeat memoria. Felix anima
que omnes cogitationes mentis in
vnum studeat colligere et in illo uere
felicitatis fonte desiderium figere. Com-
mete oramus per ad nos vocamus
Oratio cordis est non labiorum. neque
enim deus verba deprecantis intendit
sed orantis cor aspicit. Vis intueri
tuas augere. parere nolis quod mare (?)
potes. amitte. metuendo custodi. Com-
vsquam enim concessum est tamen bo-
nagere et fructum boni operis non habere
quod ipsis auferunt per studium
humane uanitatis. Cum ad orationem mentem
erexero volo. Desideriorum carnalium
tibi tumultus cum viciorum cogitationibus
suis cogitatus mea dissipat et in-
tentionem cordis in oratione perturbant
et diu conatum ad deum post perpetua
mala studio et toto hoc eandem vincia (?)
que prauum exorire conor. occurrit
cordi fantasmata peccatorum que fecit
mens mea ante generabant con-
fundunt animam et deprecationes mee
vocem premunt. Ita mala que fecit
cogitatio mea suis ymaginationibus
in persona ipsa mea omne me gerebat
Ceterorum quippe fantasiis tumultibus
cogitationum carnalium prior mente
omni ardentius insiste deuoto et que
peccatorum meorum fantasmata in omne pelere (?)
sed pacior. nam nemo est ut in centro
cordis mei quo diuinis repellas
tanto omni valencius insistit. Ceteros
cogitationis illicite tumultus superet
atque ad preces aures diuinas iniuncte
sue importunitatis eum diu vrgebat
donec cogitationes malas ab ore
cordis sui desiderij manu abiciat
Impedimentum ne impetret. Sepe
enim exaudit deus multos aliquando ad uo-
luntatem ut exaudiat ad salutem
duobus enim modis oratio impeditur
ne impetret quis valeat postula-
ta. hoc est si ad mala quisque co-
mittit et in se delinquit debitum

no dimittit/ Octauo voc[?] ieiunantis
Vis uirtutes tuas augere precibus nolis
per manifestando posses amittere melius
custodi quibusdam non concessum e
tum bona agere et fructum boni operis
non habere quia ipsis aufertur per
studium vane iactancie ¶ Sepe
deus hic punire tollat quos ad
eternam salutem parat hec e ua
cinquacitas cum tota mentis cuspa
colligitur et in uno continetur desiderio
immobiliter figitur deberi cuius fluc
tuacio cordis restringitur et ad unius
vi gaudii desiderium cogitacionum
et affectuum motus colligitur et.
Sequitur de multiloquio:
Multum loqui stulticia
est. Cum in multiloquio peccatum
deesse non potest. lingwa dicitur quia
lingit. / lingit adulando labilis
est et teneri non potest. mordet detrahendo
vendit mendacio ligat et ligari non
potest labitur et fallitur. Labitur ut
anguilla. penetrat ut sagitta.
tollit amicos multiplicat inimicos
monet rixas seminat discordias.
uno ictu multos perimit et inficit
gladii est subdola lata et apta est
ad dampnanda bona et mittendum
mala. Qui custodit lingwam suam
custodit animam/ Quia mors et vita
in potestate lingwe est. Qui lingwam
suam et ventrem custodire non potest
monachus non est. cuius peccatum quasi
scilicet notum est ut eius pena sepius
lingenique tanto cito maior est
tantoque quanto plus qui nocet ma
ioris est uirtutis. per quod peccasti per hoc
et torqueris. Secunda est carnem
flagellaberis in carne. tunc non est
in rebus sed in usu agentis. Sepe per
longa verba cogitacionem in meditacionem
legentis obliquat. Res non sunt in
causa ut causa est in rebus sed in
usu agentis. Sunt quidam dissoluti
qui uoces sine modulacione discantu
cantu glatiunt ut tamen gaudeant
de dono carere sed et alios seruiunt sine
mentis elacione. Aliud cantant/
quam labia sonent. tanta est lenitas vocis
tanta est fortitudo et mentis caritas ut
placeat populo magis quam deo. Si sic
cantas ut ab aliis laudem queras uo
cem tuam vendis et facis eam non
tuam sed suam. Hoc est in potestate vocem
tuam habere et animam tuam frangere
vocem frange et voluntatem suam
consonanciam vocum sed magis consonanciam
morum ut per exemplum concordes proximo
proximo per similitudinem deo per obedien
ciam. magistro. time ne sicud de clara
altitudine vocis sic de celsitudine elacione
mentis nec diuini obsequii opes si
eis debite uel bene utatur. nec pauperis
egestas contemptibilem facit si inter
in opiam sordes peccati non teneat
quamquam arte vero quis inuet deus
qui conscie testis conscius est. ¶ Qui
hoc accipit sicut iste cui innat in
telligit ¶ Dupliciter reus est qui in
vanum nomen domini assumit et per
sonam dolo capit. semper deus hos
punit quos ad salutem eternam
parat ¶ Iocunditas cordis est vita
hominis ¶ Tace primum dabitur tibi per
tristiciam uel dabit iustitiam. omnis
boni impedimentum est iusticia. qui
lingwam et ventrem continere non
potest monachus non est. ¶ Tam ma
lum est post confessionem de
mia desperare quam pessimum de in
dulgencia sine confessione presumere
humilitas non ut ipsa irascatur nec
alios irasci permittit ¶ Humilitas
est. si quis peccauit in te frater
tuus antequam ipsum peccasse peniteat
si dimiseris illi. unusquisque clemens
in dulgenciam accepturus est a deo
qualem ipse dedit in se proximo
suo peccanti frustra est deum propici
ari querit qui cito placari proximo
negligit ¶ Numquam in finitu non te
despicias sed ora dominum et tribuit te.
Sepe deus multos non exaudit
ad uoluntatem ut exaudiat ad salutem
Oracio duobus modis impeditur ne
impetret quis valeat postulata
hoc est non fieri aut quia mala committit
aut si delicti est debitum non
dimittit/ ¶ Questiua confessio et prima

& no

condignam Vera confessio et vera penitencia est qui horum peniteat sic peccasse ut tamen non repetat. Credo enim peius est quam culpam cognoscere nec deflere. Unde est quod quando potens persona nobis iniuriam infert pacienter accipimus contra pauperem aut proximum nimio furore succendimur. Non quod est timemus hominem hic deum timere nolumus. Si vides aliquem persecutorem tuum ne senciere scito quod ab ascensore suo demone perurgetur. Anima in corpore peccat, prius ipse in corde persecucionem sustinet cognoscat. Non potest deum diligere qui nescit in eius amore errare. Christus deus et homo est. Totum ergo hominem odit qui Christum odit. Animam ambulat in caritate non errare potest non timere. Ipsa dirigit ipsa protegit ipsa perducit. Semper animus ad hoc quod sponte non appetit nullis exhortacionibus flectitur ad hoc non quod latenter desiderat queritur non cogatur et in tantum metuit ex suo desiderio vilescere quod optat in sua defensione vim tolerare. Semper ita sedet humilitas perfectio ut attendat homo quid fuit ante ortum quid est ab ortu usque ad occasum et quid erit post hanc vitam. Unde enim superbit homo rememorans quod fuit vile semen et sanguis coagulatus in utero post modum in desto huius vite miserys expositus et peccato. Tandem cinis et esca vermium futurus in tumulo. Unde superbit homo cuius conceptus culpa, nasci pena, vita labor, necesse mori. Quando quo vel ubi nescitur. Humilitatis testimonia sunt hec iniquitatem suam quamquam cognoscere et cognitam voce confessionis aperire. Hec autem sufficiant.

vel 2m quasdam Bulgi de domo conscientie

Explicit liber Hugonis venerabilis quomodo domus consciencie sit edificanda. Amen. Et cetera. Sumulinbmemsmengruzunianuais

Domino et patri H. humunsculum hoc dilectionis mee ea vos precor benignitate suscipite qua me illud studio devocioni obtulisse dicitur. Breve de virtute oracionis in electorum sermone conscriptum nisi caritatem vestre nunquam distitui heres quibus modis orant animus nitpamy verba prompcius attendit et mentem etiam cum ille aures sepcius que peticionis formam non habent sine aliorum salute postulantibus me orandi perseri de oracione ergo oracioni postulatus sepsi tuus dulcedinem quam iam longo pietatis studio presumus gustatis tanto liberius debemini accipe et deum impendere debetis. Et cetera. *debemus

Quo studio et quo affectu a nobis orandus sit deus ex una miseria simul et eius mia considerare possumus. Quando enim efficacius hominem adorandi studium excitaret quam miseria et calamitates tantorum malorum quibus addictus premitur. Et quid iocundius aut ad affectum orandi traheret quam mia conditoris qui mala sua tociens expetunt. Ecce ergo mens humana adorandum pigra sit huic sua necessitate compellit ne autem trepida et diffidens oret illinc pietate dei provocatur. Ipsius dicitur vulnerabilis miserum se. hominis et mia redemptoris dicto sublevatur. Quando mens aliena horum consideracione se ad devocionem incessanter excitat quodam spiritualis desiderii impetu sursum levata volat. Sic ergo oracioni sancta meditacio necessaria est ut perfecta oracio esse negatur si eam meditacio aut non comitetur aut precedat. Nam et hy qui mala sua considerare negligunt aut vel peccato a aliud
Prose dicitur ite

quam cum petendo facile presump-
cionem fallitur aut certe nimis
qua oportet digne petendo per desi-
diam tepescit. Primum igitur necesse est
ut si prudenter et veraciter deum orare
volumus nosmet in meditacione ani-
mi excitemus et in consideracione
miserie nostre discamus quid nobis
necesse sit petere. In consideracione miserie
vero nostre quo desiderio debeamus po-
stulare. Cogitemus quam sit brevis
vita nostra quam via lubrica quam
mors incerta. Cogitemus quod lugentes
in hanc vitam intravimus cum
dolore pervenimus cum luctu ex-
ituri sumus. Cogitemus quantum ama-
ritudinis admixtum sit si quid et
dulce aut iocundum in via vite
huius cursu suo nobis alludit
quam et fallax quam suspectum quam in-
stabile quam transitorium est quidquid huius
mundi amor promittit quidquid spes
et pulchritudo temporalis promittit.
Alia sunt mala cum quibus nascimur
et processu temporis sine consulta dei gracia
sed nostra industria liberamur. Alia
vero in hanc vitam nobiscum
veniunt et ante mortem
non recedunt. Alia vero sunt mala
que ex tempore nobis accidunt et in cursu
decursu temporis abeunt. Alia autem
post naturam [illegible] et ante mor-
tem non evacuantur. Et quis omnia ma-
la vite huius enumerare possit ut
in [illegible] ea mala vite huius
que omnes quidem homines sustinent
qualia estimamus esse secreta pe-
ricula singulorum quorum sibi quisque
conscius sit et cogitare quisque voluit
que animentibus mala fecit que
sustinuerit et sustinuat ante oculos
suos preterita tempora et dies vite sue
Consideretque diligenter quot in anxietates
labores tulit quociens [illegible]
vite huius frustra desudavit quociens
inter laboriosos conatibus fallaces
exitus invenit et post longos
discursus necdum nullam adeptus
est requiem tunc cognoscet quid
debeat vita iudicare possit. Cum
autem vite huius erumpnas considerat

et que sit patrie suavitas celestis atque
dulcedo attendat et perpendat quid
invenit quod perdidit ubi iacet unde
cecidit ut exulem nostrum quantum
sit in hoc exilio lugendum sit. Hinc
enim Salomon dicit. Qui addit scienciam
addit dolorem quia quanto magis
homo mala sua intelligit tanto
amplius suspirat et gemit. Postre-
mo super est ut in memoria malorum
morum et nunc deinde recordemur quam
fidelis amicus deus fuerit eius miseraciones
requirimus [illegible] misericordie
misertus sit. Cogitemus et recolamus
admirabiliter bona que tribuit et
quod in periculis sepe constitutos
clementer eripuit ut vix postea
nos quo minime miseret vinci
potuit oblitos sui de se admo-
nuit aversos a se revocavit ve-
nientes ad se benigne suscepit
penitentes indulsit perseverantes
custodit stantes tenuit lapsos
erexit. Malas delectaciones in ama-
ritudines commutavit et [illegible]
salubribus [illegible] consolaciones
suas tribuit postremo autem tribula-
cione peccatis quietem et pacem
prestare restituit qui ut peccantibus
vix defuit ut corrigeret ut iust-
ut custodiret. Quisquis huiusmodi
meditacionibus ante oracionis tempus animum suum
excitavit nec in prius forsan nec
tepidus ad oracionem venit. Ethe-
[illegible] magis assidua sciam [illegible]
[illegible] non [illegible] pellit
et compunctionem parit. Compunctio autem parit
desiderium fugat et devocionem
parit. Devocio vero oracionem perficit
[illegible] est quo homo ad [illegible]
sui illuminat. Compunctio est que
ex consideracione malorum suorum
cor intimo dolore tangit. Devo-
cio est pius et humilis affectus mentis
qui ex compunctione generat. Cervus
in magnitudine malorum suorum
[illegible] et diffidens de propriis viribus
[illegible] se committit et tanto ardencius
precari illius expetit quanto se

nichil ex deum relictum esse videt
in quo confidere possit. Devocio igitur
est conversio in deum pio et humili af-
fectu. humilis enim est ex consciencia
infirmitatis sue. pius est ex consideracione
divine clemencie. Hec in se
tres principales virtutes habet spem
fidem et karitatem. Credit enim homo
devotus se ad deum. et credit se ab
eo salvari posse et sperare eum mi-
serere velle. Postremo vero eum plus
quam mala sua diligeret nequaquam
illa fugiens refugium suum ipso eligeret.
Credit ergo sperat et diligit. Credit potenciam
sperat misericordiam amat custodiam. vel
ergo aliud est oracio quam mentis devocio
et conversio in deum pium et humilem
affectum fide spe et karitate subnixam.
Sed quia multis modis mens per devo-
cionem attendit diversimodeque ipsa
devocio mentis variis modis vocem
promit. debemus igitur aliquas significati-
onis species distinguere ut apcius
valeamus virtutem eius indicare.
Tres sunt species oracionis. supplicacio.
postulacio insinuacio. Supplicacio
est sine determinacione peticionis humilis
et devota precacio. Postulacio est deter-
minate peticioni insinuacio. In-
sinuacio est sine peticione per solam
narracionem voluntatis facta significacio.
Tria sunt genera supplicacionum. Cap-
tacio. exaccio. pura oracio. Captacio
est que fit ante postulacionem ad preparandum
et inclinandum animum auditoris. quod
tribus modis facimus. Primo cum aliquid
dicimus quod personam vel causam nostram
commendat. sive virtute vel sanctitate
sive aliud aliquid eminendo
quod admiracione tam vel personam
commendandam valeat apud eum
cui nostram peticionem offerimus. Secundus
modus captacionis est cum aliquid in
laudem eius proferimus quem oramus
per quod eum nobis ita eum et
acceptabilem esse significamus
ut nostra karitate dignissimum eius
dilectionem mereamur. Tercius modus
captacionis est cum ad dicimus per quod
apud animum auditoris commiseracionem
mereamur sive persona dampni ut ob
hoc pocius quam amore digna
videatur. Istis tribus modis fit

captacio hoc autem genere supplicacionis
frequentissime divina scriptura uti
solet. hoc vero agimus ubicumque lau-
des dei canimus. ubicumque infirmitatem
nostram ubicumque maliciam adversa-
riorum nostrorum recitamus et oracio quamvis
ei amicabiliter dicitur et nec ymaginari co-
gitur ante peticionis pronunciacionem
eloquium. Exaccio est quando fieri solet
post factam postulacionem cum auditorem
rem ne peticio nostra apud eum in
oblivione veniat quadam ut ita
dicam impozcunitate atque instancia
frequenter monemus facimusque me-
moria tribus modis renovari vi-
detur. vel cum aliquid vel de persona
eius vel de persona nostra vel de cau-
sa nostra iterato dicimus. unde vel nos
vel causam nostram atque peticionem
eius animo renovemus. Hoc genus
supplicandi quod apud homines in-
portunum videtur tamen apud deum
gratum atque laudabile est. Pura
oracio est cum ex habundancia devocionis
mens ita accenditur ut cum se ad
deum postulacionem convertit pre amoris
eius magnitudine. eciam peticionis sue
oblivisci vult et dum amore eius
quem videt plenum vehementer
concupiscit. totaque iam illi vacare
desiderat. eius eciam per quo venit
curam libenter postponat. Hoc
genus orandi uniforme est et omnium
pretatis unum altum apud deum pre-
ceteris omnibus preciosum. Sed ut sigitt
ea supplicacionum genera infimum
locum captacio medium exaccio. Su-
premum et excellentissimum pura oracio
obtinet. quia captacio timorem
exaccio fiduciam. pura oracio perfectum
amorem habet. Sciendum est eciam
quod supplicacio fit aliquando per sola no-
mina. sicut est illud nunc mea refu-
gium meum susceptor meus.
liberator meus. deus meus. ad-
iutor meus. Aliquando per sola verba
sicut est respice. miserere. placare.
attende et fac. Aliquando fit per nomina
et verba. sicut est illud. verba mea
auribus percipe domine intellige clamorem. Intende
voci oracionis mee. Est aliud genus
supplicacionis quod per sola nomi-

fit. quo magis est ferventis significatione in- [interius] pensum tanto interius est abundantia dilectionis plenius. Affectus enim hic [illegible] habet quanto maior intus est tanto minus foris per vocem explicari potest. Illud vero genus supplicationis quod per solam vocem exprimitur minorem quidem isto devotionem indicat, maiorem autem illo quod nominibus fit et verbis plena vero bene pronunciatur. Illud igitur quod solis nominibus fit ad puram orationem pertinere videtur, quod solis verbis ad oracionem, quod nominibus fit et verbis ad captationem. Ita ut pura oratio magis in iubilum mutatur et appropinquet deo, perveniat citius et efficacius optineat. Postulatio est determinate petitionis in sua narratione sicut est illud: Cor mundum crea in me deus. Hec tribus modis fit: obsecrando, rogando et simpliciter postulando. Obsecratio est quando vehementer [illegible] devocionem habens [illegible] agit. In mediocribus autem rogamus. In minimis simpliciter postulamus. Sunt igitur [illegible] tria [illegible] quia excellentissimum est obsecrare, medium rogare, minimum est simpliciter postulare. Insinuatio est sine petitione per solam narrationem voluntatis sue significatio. Hec quoque tribus modis fit: timore, fiducia, [illegible]. Timore fit quando vel tu magna es et qua agis vel magna res est quam rogas, sicut est illud: Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Rogare non voluit ut fratrem suum de morte suscitaret, sed quia pro magnitudine cause irreverentiam petitionis timuit, insinuare potius quam postulare elegit. Domine [illegible] si fuisses hic frater meus [illegible] voluntas intelligitur, sed temeritas non reprehenditur, vel ut non exaudita repulsam [illegible] vel exaudita voluntatis sue consequeretur effectum. Fiducia est quando de [illegible] vel de [illegible] cause vel de benivolentia per[illegible]. Sic [illegible] patrone [illegible] negligimus quod nos aperte possemus sola insinuatione speramus, sicut illud quod in nuptiis deficiente vino dixit mater domini: Vinum non habent. Non dixit precor ut deficientis poculi vinum creando aut commutando suppleas, sed hoc [illegible] [illegible] debere [illegible] et quid vel in medio se velle significaret pati [illegible] repulsam non debuit [illegible] si ille aliquid [illegible] ab eo petiisset quod ille facere posset. [illegible] quam alia [illegible] [illegible]. [illegible] autem [illegible]

mis reprehenditur quia aliena natura quod non dederat obedientiam in miraculo exigebat. Et dicitur ei: Quid mihi tibi est mulier? Quasi dicat: cum facere dei virtus est non hominis, video tu amare [illegible] homine nascitur. Idem non quasi homo sed quasi deus misericorditer non matris de presumptione causatur. [illegible] non quasi mater cogit [illegible] sed quasi mulier si necesse fuisset miraculum humiliter postulare debebat. Adeo contemptus sit in insinuatione qui vel tam vilis [illegible] vel persona quae rogatur humilis, quae omnino ab oratione dicta excludit. Sicut in supplicationis ordinem status tribus [illegible] invenimus insinuationem cum fiducia [illegible] conveniunt ex timore et [illegible] contemptu malis.

[Marginal note: capitulum [illegible] in maiore [illegible] [illegible] ma[illegible] [illegible] ponitur]

Decimo reliqua quae de oratione dicenda sunt [illegible] tractare. Et nos quidem [illegible] more solet cum orationibus nostris cum deum sive pro nostra sive aliorum salute petere volumus illos etiam nonnumquam psalmos qui vel petitionis verba non habent vel ad nostram petitionem non pertinent decantare solemus et aliis etiam sepius quas orationibus frequentamus etiam similiter subditas absurditatem [illegible] cum enim psalmi vel ut forma orandi non habent vel illi quod nos agimus cause non concordant. Quid enim aut prodest orationi illa verba dicere quibus inveniuntur vel magis vel aliud quam utile est a deo postulare. [illegible] orat sed [illegible] potius admiranda provocat deum qui cum ante conspectum eius quasi postulaturus venit subito se aliena quam mens adire premeditata videat replicanda convertat. Ecce [illegible] indulgentiam peccatorum nostrorum deprecari volumus quid nos [illegible] prodest si vel [illegible] [illegible] [illegible] nunc videtur est ut tria causas orare nos credamus. Illud fortasse aliqui dicunt et considerant nichil utilitatis quotiens talia nostris orationibus admiscemus. Sed quisquis [illegible] orans [illegible] diligenter perpenderit [illegible] orationibus dicta facile valeant [illegible]. Nam hoc genus orandi sepe ad impetrandum [illegible] efficacius quam id in quo etiam manifesta sit petitionis nostre modus orantes applicamus. Et hoc est ut [illegible] que [illegible] satis evidenter intelligi possit [illegible] demonstrare quid nisi amplius [illegible] patefit. Hoc modo est qui oramus hominem et qui oramus deum, quod homo [illegible] facere non potest nisi ab alio doctus fuit. Deus autem scit etiam antequam petatur quod nobis necesse sit. Homo igitur qui rogatur per narrationem nostram edocetur ut sciat quod velimus, per supplicationem vero pulsatur ut annuat quod petimus. [illegible] illa quae ad deum fit oratione per narrationem necessaria non est [illegible] homo ad deum narret ut ipse sua petitione melius intelligat ut per narrationem suam admonitus quid petat co-

sidere et prosperitatibus peticionis sine excitatus devocius oret. Sane quantum ad deum pertinet sola supplicacio sufficit quia ut divinus dicit non necesse habet doceri ut sciat sed supplicari ut annuat. sed nullo alio modo clamans deus ad annuendum flectitur quam si precantis animus toto devocionis affectu clamitat. Quecumque ergo sunt verba orantis superflua non sunt si tamen ad hoc competant conferri possit ut vel orantis affectum ad amorem excitet dei vel quod amplius est si iam amore eius fraglat excitatum demonstret. Non autem ut deum occulta nostra que nesciret doceant sed ut nos dum desiderium nostrum foris loquimur corporis nostris verbis amplius ad amorem inflamemur. Sola igitur cordis devocio quantum ad deum sufficere poterat nisi adhuc eciam in voce formaret oracio ut mentem orantis ad maiorem devocionem accenderet. Ita sicut divinus si peticioni interposita narracio est non deus docetur sed orans admonetur considerare quid petat ut devocius oret. Si vero sola supplicacio est quia devocionem animi inflamat. Reliqua illa igitur adoracionibus nostris verba concludere debemus quod ipsi modum peticionis nostre non explicant velamus tamen affectum animi ad amorem dei et ad devocionem pietatis inflamant. Sed quod duplex modis conamus affectus ad amorem dei provocari, libet nunc ipsos singillatim modos distinguere et distinctos per exempla demonstrare. Superiori prius quod sit omne hoc genus orandi quod [illegible] prius adoracionis usu concludendum videtur ad captacionem pertinere quod videlicet captacio quis superius dicitur speciem supplicacionis annumeravimus sed tamen quadam largiore consuetudine non solum supplicando sed eciam postulando et [illegible] captare solemus. In captacione autem benivolencia auditoris comparatur quod duobus modis fit sive quando deum miseria commemoramus vel eciam quando aliquid quod ad depressionem adversariorum nostrorum spectat in medium adducimus. Dicamus ergo omnes illas sentencias quas communis opinio adoracionis [illegible] visum non est assumendas constituit. Ideo non debere convenienter posse nunc vota precum nostrorum ab orantibus recitari quia in nos affectum pie devocionis excitant et cor nostrum vel narrando laudem dei ad eius amorem provocant vel nostram miseriam commemorando ad compassionem eius nos humiliant vel maliciam adversariorum nostrorum exaggerando et velle nos sollicitudine et fiduciam [illegible] ipso ampliore prestant laude dei in potencia et bonitate eius cognoscimus miseriam nostram et quod fragiles et peccatores simus maliciam adversariorum nostrorum quia et a deo recesserunt astuti et ad opprimendum impii sive

igitur laudem dei in bonitate eius et potencia sive miseriam nostram in infirmitate nostra et culpa nostra sive maliciam adversariorum nostrorum in tyrannide eorum et astucia ad excitacionem mentis et augmentum bone devocionis orantes commemoremus. Nichil [illegible] faciamus et pium affectum que ipsa in nobis verba excitant. Verbi gracia orantes sumus ut in brevi que cuncta complectar generaliter nunc laudem dei narramus quecumque sunt verba quantumcumque plura quod in hiis omnibus tamen intelligimus cor nostrum nisi hoc unum loquitur quod eum et admiratur amat et amando admiratur. Similiter cum devota miseria coram eo orantes agimus quecumque sunt verba quantumcumque plura. Quid in hiis omnibus cor nostrum dicat nisi hoc unum quod confitemur nos miseriam eius quem et ideo omnem fiduciam nostram collocare. Sine devocione quanto magis est humiliata pura tanto magis deo est accepta. Sed cum adversariorum nostrorum liberi maliciam in oracionibus nostris coram deo accusamus, quecumque sunt verba quantumcumque plura, quid tamen aliud prefert omnia quam iusto iudicio dei nostram liberacionem exposcimus ut eripiat nos ab hiis quorum tyrannide iniuste opprimimur et malicie iniuste adversantur. Et quod ultionem dimittamus nostris et iudicium cause nostre divino arbitrio liberum relinquimus. Quid est quod probat humilitatem et devocionem iuste adeo impetrare non debeamus. Quicumque ergo cum oracione vel precibus aliis quecumque sentencias decantat diligenter consideret cum affectum suum et ad illum affectum toto nisu cor suum excitat ad quem id quod loquitur magis pertinere videtur. Quia si ulterius quam loquitur affectum sentit per affectum ipse melius ulterius virtute cognoscet et intelligenciam capiat et ulterius intelligencia maiorem devocionis affectui accendat. Quanto autem affectus boni cordis placeat, quanta et nobis conveniens quamvis vicioso quadam tamen virtutis imitacione demonstrat. Ecce videmus adulatores qualiter si erga illos a quibus aliquid expetunt devocionem simulant. Sepe precedentibus obviant in terra consistentes pomposis salutacionibus honorant. Turpe volentibus viam per aut aliis loci dare iubent. Domibus advenientes preclamant. Catthedras medio constituunt, pulvinaria sternunt, pedibus provolvuntur, ex antiquis historiis magnalia replicant. Et si in eis non inveniunt quod laudent, per fas ad eorum laudem retorquent. Sed devotos se fideles non solum dicunt sed monstrant. Et quod volunt hoc omni studio videri laborant, tamquam putantes iniuste reprehendi posse si esse quod non sunt sed esse se fingunt. Si

Hoc malum esset ut tales quales tunc erant tanto periculo
tales. Studeant immo vero si tales essent quales
se fingunt et non sunt / vere laudabiles esse
valet ab alia causa eorum peccatis ab omnibus se
reprehendi. Nisi quia tales non esse quales se
fingunt esse sciuntur / ergo illi iuste temporibus peccatis
repelluntur. Quia sciuntur tales non esse quales
se fingunt sic et nos metuamus quod petimus a
deo propter quales illi se simulant tales studeamus
in veritate deo nos exhibere. Orantes fore a-
bis. Sive nos in te erga deum efficiamur devotos
et non solum orando sed quod oramus faciamus.
ne si solum orando non vero adoratores sed
adulatores simus. Et quia deum contractare
decipere non possumus nos ipsos peccatis de-
cipiamus. Preterea sicut adulatores simulata
devotione potentes afficiunt ut peccata illorum qui
deprecantur graviter comparare nolunt. Sic et nos
precibus nostris preveniamus faciem domini et vul-
tum eius optime quod petimus non simulatam
devotionem sed veram caritate offeramus. Beneficia
eius domini nostri et dignum inimicis eius
laudemus eius potentiam. Magnificemus pietatem
admiremur sapientiam. Extollamus generositatem. Exi-
beamus caritatem. Item narremus ei miseriam nostram
indicemus ei necessitatem nostram. Revelemus et
infirmitatem nostram. Confiteamur ei culpam nostram
dicamus et credamus alium non esse per quem possimus
eripi per quem speremus liberari. Item ostendamus ei
adversariorum nostrorum demoniorum et spirituum potentiam
maliciam crudelitatem iniquitatem tyrannidem
qui ei adversantur qui nos persequuntur. Quod nostri
hostes sunt qui ei contradicunt quod odimus quod
odit. Quod diligimus quod diligit. Malle quod nos pro
inimicorum eius odia perpeti quam cum eis habere
pacem eorum. Omnes igitur septem huius eiusdem
impetrationis faciendae cognitionem sive ipsa ex-
ceptatio per supplicationem sive per postulationem sive
per insinuationem fiat aliene ab orationis operi-
bus non sunt et sic aliqui illarum narra-
tiones petitionum non habeant. Sunt tamen omnes
affectus devotionis quos in nos accendunt per
quos orantes actus quam proces petitiones
impetrant. Omnia igitur in affectibus pietatis
et omnis actus orandi. Cumulemus aliquod
exemplis et exemplis demonstremus. Ut quia
omnes enumerare non possumus. Infiniti
enim sunt affectus quos tamen in omnibus laudabile
sit et in deo acceptos gratias. Est affectus
dilectionis cum forte mens vel videns velut
rapiens id quod amat. Subito amoris
igne corripitur. Est affectus admirationis
cum aliquid novum et admirabile contemp-

platur in tempore consideratur. Est affectus con-
gratulationis cum acceptabile aliquid et com-
placitum videns quadam hilaritate perfunditur. Est
affectus humilitatis qua ex consideratione infirmi
tatis sue aviolatione sua sponte conprimitur.
Est meroris affectus qua ex consideratione ma-
lorum suorum quodammodo contabescens infirmatur.
Est affectus timoris qua ex consideratione immi-
nentium penarum concutitur. Est affectus indigna
tionis qua eodem adversariorum culpa iniquitatis
eorum magnitudine inflammatur. Est affectus zeli qui
ex amore iustitie ad desiderium vindicationis accen-
ditur. Est affectus bone presumptionis qua ex
nova aliqua et singulari fiducia audien-
diendi plus solito contra animam. De ipsis
affectibus primi tres ad illud tempus genus
septuades pertinent in quo sit laudatio ex felicitatis
commemoratione bonitatis surgit. Affectus
tamen dilectionis ex commemoratione potentie et for-
titudinis surgit. Affectus congratulationis
ex commemoratione alicuius prosperi eventus et
sic felicis surgit. Affectus tres sequentes ad
illud genus pertinent in quo sit commemoratio in-
felicitatis et miserie ex ut affectus humilitatis surgit
ex commemoratione proprie infirmitatis. Affectus doloris
surgit ex commemoratione malorum presentium vel ex
recordatione preteritorum. Affectus timoris ex imminentium
futurorum. Tres ultimi affectus illi magis septimo
generi congruunt in quo sit invectio et accusatio in
adversarios ut contra nequitiam illorum indignatio
contra iniuriam zelus et contra maliciam maior dei
inimica presumptio. Exempla singulorum hec sunt
ex affectu dilectionis canitur. Ps. Diligam te domine
virtus mea et ex affectu admirationis canitur Ps.
Domine dominus noster. Ex affectu congratulationis canitur
Ps. Omnes gentes et in hiis omnibus est
laudatio. Ex affectu humilitatis canitur Ps. Inclina
domine aurem. Ex affectu doloris canitur Ps. Usque quo
domine oblivisceris. Ex affectu timoris canitur Ps.
Domine ne in furore tuo et in hiis omnibus
est mixta querele deprecatio. Ex affectu indignationis
canitur Ps. Quid gloriaris et ex affectu zeli canitur
Ps. Deus ultionum. Ex affectu bone presumptionis
canitur Ps. Iudica me domine quoniam ego in innocentia
et cetera. Tamen est. Hanc proprietatem in omnibus Ps. non
esse ut per tota serie unus affectus observetur
sed sepe de alio affectu transitur. Talium psalmorum quod
mentes orantium diversis modis affici solent
sicut ante quam psalmos Ps. cognoscere potest
vel possit explanari. Pluribus operis tractatu
competit. Volumus tamen hic in talibus exempli causa
demonstrare. Forte cogitare cepit quanta sit
felicitas esse cum deo. Quanta inde sit miseria
vivere in hoc seculo. Quanta deinde calamitas

semper cruciati in inferno. Et cogitat meditatione mea subito amore celestis patrie attactus ipso affectu ducente inseruit verba dicens. Beatus vir qui non abiit in consilio [illegible] impiorum et tunc eius per totam seriem. Si sim in tanti comparationis spiritum ingrimus. quid aliud nisi quod ubique dicente invenimus. Felices qui nunquam adeo recesserunt. Felices qui semper cum deo permanserunt. Felices qui tenus obsequio fideles et devoti perstiterunt. Nam infelices et miseri illi sunt qui ab illo elongaverunt et cum illo perseverare noluerunt. vel qui postquam discesserunt ad eum non redierunt. Gratias illi quoniam perstiti. confusio mihi quod discessi. Nunc autem quantum in me sum elongare nolo. quoniam longe sum redire cupio. Utinam ad illum perveniam ut ab illo nunquam discedam vel recedam. Adiuva me deus meus. Affectus igitur iste dilectionis est surgens ex laudatione. Iterum convertens cogitationem meam contra et potentiam divinam deinde admirari cepi vesaniam hominum qui mortales sunt et tamen voluntati eius obviare non pertimescunt. Cogitat itaque admiratione compulsus sum exclamare et dicere Quare sic geritur. Et est admiratio mixta indignationi qua vesaniam admiratur. Presumptioni indignatur vel certe in nobis metipsis dum sordes et [illegible] vitiorum crebros et importunos aspicimus. et in mentibus de dei adiutorio presumimus. ipsam tepiditatem nostram molestia cum quadam indignatione arguimus dicentes. Quare sic geritur. Et est sensus tocius per hoc adhuc tepidus ut per dei potentiam confirmati insolentes adversitates contempnamus et tanto nos adversariis nostris fortiores quanto deo viciniores sumus permaneamus. Illorum meritum summum attendamus dei magnificentiam contra eorum superbiam frangendam opponamus. Cum omni reverentia nos ipsos ad obsequium illius subiciamus. semper super nos admirantes eius potentiam. Iusta nos despicientes eorum impotentiam. Hic est affectus admirationis et indignationis mixtus collaudatione surgens. Sequitur [illegible]. non solum unum affectum texit. Sed sepe de affectu affectum surgit per gratiam. In angustiis constitutus quoniam sic in dei mea considerabam cogitare incipio cum tamen non me deo delictum. Video confessu doloris in hec verba prorumpo. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. Ecce [illegible] ex affectu doloris et affectum bone presumptionis recipis animo. Tu autem domine susceptor meus es. ut

meliorem perfidiam relinquere. [illegible] et fiduciam per meliorem castigare. Et quibus omnibus utilitatibus [illegible] quibus illas congruitas compunctiones sanctorum affectuum excitare loquendo per eos mens in oratione accenditur et gratissimum deo sacrificium in ara cordis adoletur.

Explicit libellus venerabilis Hugonis De sancto Victore De virtute orandi

Loquar secreto anime mee et amica confabulatione exigam ab ea quod scire cupio. nec alius admittetur sed absque arbitris sola cum sola confabulabitur. Sic nec mihi erit timor occulta querere nec illi pudor vera respondere. Disputacio

Dic mihi quaeso anima mea quid est quod super omnia diligis. Ego scio quod vita tua dilectio est et scio quod vita tua sine dilectione esse non potest. Sed velim sine verecundia mihi confitearis quod te omnia diligendum elegeris. Dicam adhuc ut manifestius intelligas quid te interrogem. Aspice mundum et omnia que in eo sunt. multas ibi species pulchras et illecebrosas invenies que [illegible] illiciunt et [illegible] varias [illegible] delectationes ad fruendum se desideria accedunt. Habes aurum. habes lapides preciosos vigore suum. habes decorem carnis speciem suam. Picta tapeta et vestes fucate colore suo in summa sunt talia. ecce tu nosti omnia vidisti pene singula et recepte penitus tantum quod dico [illegible] probare posses. Dic mihi obsecro quid de his omnibus elegeris. quid singulariter amplecti quo semper frui velis. Certus sum enim quod aut horum que videntur aliquid amas. aut si post posuisti hec universa. aliud quiddam pro omnibus his diligas. Anima. Quid amare non possum quod nunquam vidi. post de his que videntur nihil adhuc amare potui. Et tamen de his omnibus quid super omnia candidum sit non dum inveni. Multis enim experimentis iam didici fallacem esse et fugacem amorem huius seculi. qui [illegible] vel cum [illegible] non [illegible] mihi [illegible] vel cum aliis aliud magis placeat. super venit cum corde cogor quoniam mutare. Sic adhuc desideriis [illegible] fluctuo. Dum nec sine amore esse possum nec verum amorem invenio.

Disputacio sive ratio. Gaudeo saltem quod in amore temporali non figeris. Sed doleo quod in amore eternorum non dum requiescis. Infelicior esses si de consilio primam faceres. Nunc vero quia in consilio erras. adhuc revocanda es. Te de consilio primam faceres

Digne confusum mihi accipe
Ratio qui id petit quod se non delectat

Si in ista vita singula querimus amorem
quem velles. Aut vis in consilio errans.
quia divinis electis pro corrupta temporalium amore
non inveneris errorem. Sed magnum salutis
principium esse potest quod amore tuum intrare
didicisti in melius. Quia sic ab omni temporalium
amore avelli poteris, si ad eo tibi pulchrior
sponsa fuit quam gravius amplecteris.
Anima. Si temporalia ista et visibilia ideo
amari debere existimas quia in illis quedam
sui generis decore in esse suspicaris. Cur
te ipsam potius non diligis que spe tua
omni visibilium decore et pulchritudine vincas
Si te ipsam inspicies. Si faciem tuam videres
agnosceres certe quanta reprehensione digna fue
ris tu ad extra te amore tuo dignum
estimabas. Primum igitur necesse est ut temet
ipsam consideres ut cum cognoveris dignitatem
tuam nec in imma facias amori tuo ab
iectiora te non ames. Illa vero que preter
considerata pulchra sunt pulchrioribus comparata
vilescunt. Scis quia amor est ardens fo
mentum ignis quod ut ardeat. Sed tamen
ne id in eas quod fumum potius aut feto
rem inspirat. Ea vis amoris est ut
talem te esse necesse sit quale illud est quod
amas et eum per affectum coniungeris in ipsius si
Plerumque vero qui preesse concupiscunt ad usum sue libidinis instrumentum apostolici sermonis arripiunt quo ait. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Qui tamen desiderium quod laudavit in pavorem protinus vertit cum repente subiungit. Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat que sit irreprehensibilitas ipsa manifestat. Et favet ergo ~~desiderio~~ desiderio et terret ex precepto. Ac si aperte dicat laudo quod queritis sed prius discite quid queritis ne dum vosmetipsos metiri negligitis tanto fedior vestra reprehensibilitas pareat quanto et a cunctis conspici in honoris arce festinat. Magnus namque regendi artifex favoribus impellit terroribus retrahit. Ut auditores suos et descripto reprehensibilitatis culmine restringat a superbia et officium laudando quod queritur componat ad vitam. Quamvis notandum quod illo in tempore dicitur quo quisquis plebibus preerat primus ad martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo fuit laudabile episcopatum querere quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Inde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione definitur cum dicitur. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est quia episcopatum non appetit qui non per hunc boni operis ministerium sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe officium non solum non diligit sed omnino nescit qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis ceterorum subiectione pascitur laude propria letatur. ad honorem cor levat rerum affluentium habundantia exultat. Mundi ergo lucrum queritur sub eius honoris specie quo mundi destrui lucra ~~meditatur~~ debuerunt. Cumque mens humilitatis culmen arripere ad elationem cogitat quod foris appetit intus immutat.

Quod mens preesse volentium plerumque sub ficta bonorum operum promissione blanditur. Capitulum nonum

Sed plerumque hii qui subire magisterium pastorale cupiunt nonnulla quoque bona opera animo proponunt. Et quamvis hoc elationis intentione appetant operaturos tamen se magna pertractant. Fitque ut aliud in imis intentio supprimat aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sepe sibi de se mens ipsa mentitur et fingit se de bono opere amare quod non amat. De mundi autem gloria non amare quod amat. Que principari appetens fit ad hoc pavida cum querit audax cum pervenit. Timens enim ne non perveniat trepidat sed repente perveniens iure sibi hoc debitum ad quod pervenit putat. Cumque percepti principatus officio perfrui seculariter ceperit libenter obliviscitur quidquid religiose cogitavit. Unde necesse est ut cum cogitatio extra usum ducitur protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur. Ac pensat quisque quid subditus egit et repente cognoscit si prelatus bona agere que proposuit possit. Quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere qui in imis positus non desiit superbire. Nec scit laudem cum suppetit fugere qui ad hanc cum deesset didicit anhelare. Nequaquam avaritiam vincere potest qui ad multorum sustentationem tenditur is cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex anteacta ergo vita se quisque inveniat ne in appetitu se culminis ymago cogitationis illudat. Quamvis plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur qui in tranquillitate tenebatur.

Quia quieto mari recte navim et imperitus gubernator vel nauta dirigit. turbatis autem in tempestatis fluctibus et peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas culminis nisi tempestas mentis. In qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur huc illucque incessanter impellitur. ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obviantia saxa frangatur. Inter hec itaque quid sequendum et quid tenendum nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat virtutibus vacuus nec coactus accedat. Ille si omnino renititur caveat ne acceptam pecuniam in sudarium ligans de eius occultatione iudicetur.

In lucam

Pecuniam quippe in sudario ligare est percepta dona sub ocio lenti torporis abscondere. At contra iste cum regimen appetit attendat ne per exemplum pravi operis phariseorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat. Qui iuxta magistri vocem nec ipsi intrant nec alios intrare permittunt.

In math

Cui considerandum quoque est quia cum causam populi electus presul suscipit quasi medicus ad egrum accedit. Si ergo adhuc eius in opere passiones vivunt qua presumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat.

Qualis quisque ad regimen venire debeat Capitulum decimum

Ille igitur ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit qui prospera mundi postposuit qui nulla adversa pertimescit qui sola interna desiderat cuius intentioni bene congruens nec omnino per imbecillitatem corpus nec valde per contumaciam repugnat spiritus. Ipse incli- [illegible] ad dignitatem pastoralis officii debet provehi qui ad aliena cupienda non ducitur sed propria largitur. qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur sed numquam plus quam deceat ignoscens ab arce rectitudinis non inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat. Qui ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus letatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis que agit insinuat ut inter eos non habeat quod saltem de transactis erubescat. Qui sic studet vivere ut proximorum quoque corda arentia doctrine valeat fluentis irrigare. Qui orationis usu et experimento iam didicit quod optinere a domino que poposcerit possit cui per prophetie vocem iam quasi specialiter dicitur Adhuc loquente te dicam ecce assum. Si enim fortasse quis veniat ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum qui sibi iratus est nobis vero incognitus ducat protinus respondemus ad intercedendum venire non possumus quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si igitur apud homo apud hominem de quo minime presumit fieri intercessor erubescit qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit qui familiaritatem se eius gratie esse per vite meritum nescit. Aut ab eo quomodo veniam aliis postulat qui utrum sibi sit placatus ignorat. Qua in re adhuc est aliud sollicitius formidandum. ne qui placare posse iram creditur hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido novimus quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur. caveat ne districti iudicis iram gravius accendens dum loco delectatur glorie fiat subditis auctor ruine. Sollerter ergo se quisque metiatur ne locum regiminis assumere audeat si adhuc in se vitium dampnabiliter regnat. et ne is quem crimen depravat proprium intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Qualis quisque ad regimen venire non debeat Capitulum xi.

Hinc etenim ad moysen superna voce dicitur loquere ad aaron. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panes domino deo suo nec accedat ad ministerium eius ubi et repente subiungitur Si cecus fuerit si claudus si vel parvo vel grandi et torto naso vel fracto pede si manu si gibbus si lippus si albuginem habens in oculo si iugem scabiem si impetiginem in corpore vel ponderosus. Cecus quippe est qui superne lumen contemplationis ignorat. qui presentis vite tenebris pressus dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit quo gressum operis porrigat nescit. Hinc etenim prophetante anna dicitur. pedes

pedes sanctorum suorum servabit et impii in tenebris contice-
scent. Claudus vero est qui quidem quo pergere
debeat aspicit sed per infirmitatem mentis viam
vite perfecte non valet tenere quam videt, quia
ad virtutis statum vel studium dum fluxa consue-
tudo non erigitur, quo desiderium innititur,
illuc gressus operis efficaciter non sequuntur.
Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus
et dissoluta genua erigite et gressus rectos
facite pedibus vestris ut non claudicans
quis erret magis autem sanetur. Parvo
autem naso est qui ad tenendam mensuram
discretionis ydoneus non est. Naso quippe
odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum
discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus,
delicta reprobamus. Unde et in laude sponse
dicitur: Nasus tuus sicut turris que est in Li-
bano; quia nimirum sancta ecclesia que ex causis sin-
gulis temptamenta prodeant per discretionem
aspicit et ventura viciorum bella ex alto depre-
hendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari
hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisi-
tionibus plusquam necesse est exercentes, ex nimia
subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: vel
grandi et torto naso. Nasus etenim grandis
et tortus est discretionis subtilitas inmoderata,
que dum plusquam decet excreverit, actionis sue
rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede
vel manu est qui viam dei pergere omnino non
valet atque a bonis actibus funditus exsors
et alienus vacat; quatenus hec non ut claudus
cum infirmitate teneat sed ab his omnimodo ali-
enus existat. Gibbus vero est quem terrene
sollicitudinis pondus deprimit ne umquam
ad superna respiciat sed solis his que in infimis
calcantur intendat. Qui et si quando aliquid
de bono patrie celestis audierit, ad hoc nimirum
perverse consuetudinis pondere pregravatus cordis fa-
ciem non attollit, quia cogitationis statum erigere
non valet quem terrene usus sollicitudinis curvum
tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit:
Incurvatus et humiliatus sum usquequaque. Quorum

culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait:
Semen autem quod in spinis cecidit, hii sunt qui [illegible]
audiunt et a sollicitudinibus et divitiis et vo-
luptatibus vite euntes suffocantur et non refe-
runt fructum. Lippus vero est cuius quidem ingenium
ad cognitionem veritatis emicat sed tamen hoc carnalia
opera obscurant. In lippis quippe oculis pupille
sane sunt sed humore defluente infirmate pal-
pebre grossescunt; quarum quia infusione crebro
atteruntur, etiam acies pupille viciatur. Et sunt non-
nulli quorum sensum carnalis vite operatio
sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium pote-
rant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque
est cuius sensum natura exacuit sed conversationis
pravitas confundit. Cui bene per angelum dicitur: Col-
lirio inunge oculos tuos ut videas. Collirio
quippe oculos ut videamus inungimus, cum ad
cognoscendam veri luminis claritatem intellectus
nostri aciem medicamine bone operationis ad-
iuvamus. Albuginem vero habet in oculo qui
veritatis lumen videre non sinitur, quia arrogan-
cia sapientie seu iusticie cecatur. Pupilla namque
oculi nigra videt, albuginem tolerans nichil
videt; quia videlicet sensus humane cogitationis
si stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intime
claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iusticie
seu sapientie tribuit, a luce se superne cognitionis
excludit; et eo claritatem veri luminis nequaquam
penetrat quo se apud se per arroganciam exaltat,
sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sa-
pientes stulti facti sunt. Iugem vero habet scabiem
cui carnis petulancia sine cessatione dominatur.
In scabie etenim furor viscerum ad cutem trahitur,
per quam recte luxuria designatur; quia si cordis
temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum
furor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit
et foris iam corpus sauciat, quia dum in cogi-
tatione voluntas vel voluptas non reprimitur,
etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem
Paulus curabat abstergere, cum dicebat: Temp-
tatio vos non apprehendat nisi humana; ac si

aperte dicitur: Humanum quidem est in corde temptari, sed demoniacum est in temptationis certamine et in operatione superari. Impetiginem vero habet in corpore quisquis avaritia vastatur in mente, que si in parvis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat et absque occupati tedio excrescens membrorum decorem fedat, quia et avaritia capti animum dum quasi delectat exulcerat; dum adipiscenda queque cogitationi obicit, ad inimicitias attendit, et dolorem in vulnere non facit, quia estuanti animo ex culpa habundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo depravatur. Et quasi totum corpus exasperat, quia per universa vitia animum supplantat, Paulo attestante qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione gravatur in mente; qui nequaquam quidem usque ad opus nepharium rapitur, sed eius animus luxurie voluptate sine ullo repugnationis stimulo delectatur. Vitium quippe est ponderis cum humor viscerum ad virilia labitur, que profecto cum molestia dedecoris intumescit. Ponderosus quippe est qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens pondus turpitudinis gestat in corde. Et quamvis prava non exerceat opera, ab his tamen non evellitur mente, nec ad usum boni operis in aperto valet assurgere, quia gravat hunc in abdito pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur, panes domino offerre prohibetur, ne vel ut profecto diluere aliena delicta non valeat is quem adhuc propria devastant. Quia igitur paucis verbis ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat atque hoc indignus qualiter vereri pertimescat ostendimus, nunc is qui ad illud digne pervenerit in eo qualiter vivere debeat demonstremus.

Is qui ad regimen ordinate pervenit qualem se in ipso regimine debeat exhibere. Capitulum xij.

Tantum debet actionem populi actio transcendere presulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Oportet namque ut metiri sollicite studeat quanta tenende rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius estimatione ipsis grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione precipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, pre cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitie erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens. Sed et hec que breviter enumerando perstrinximus paulo latius replicando disseramus.

Ut rector semper cogitatione sit mundus. Capitulum xiij.

Rector semper cogitatione mundus sit, quatinus nulla hunc immunditia polluat qui hoc suscepit officii, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat; quia necesse est ut esse munda studeat manus que diluere sordes curat, ne tacta queque deterius inquinet si sordida insequens lutum tenet. Hinc namque per prophetam dicitur: Mundamini qui fertis vasa domini. Domini etenim vasa ferunt qui proximorum animas ad interna sacraria perducendas in sue conversationis fide suscipiunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari conspiciant qui ad eternitatis templum vasa viventia in sinu proprie sponsionis portant. Hinc divina voce precipitur ut in Aaron pectore rationale iudicii vittis ligantibus imprimatur, quatinus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxe possideant, sed ratio sola constringat. Nec indiscretum quid vel inutile cogitet qui ad exemplum aliis constitutus ex gravitate vite semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur ut xij patriarcharum nomina describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc

sacerdos irreprehensibilis fiat. cum exempla patrum
precedentium indesinenter intuetur. cum sanctorum vestigia sine
cessatione considerat et cogitationes illicitas de-
primit ne extra ordinis limitem operis pedem
tendat quod et bene rationale iudicii vocatur. quia scilicet
rector semper subtili examine bona malaque
discernere. et que quibus. quando vel qualiter congruant
studiose cogitare nichilque proprium querere sed sua
commoda proximorum bona deputare. Unde illic
scriptum est. Pones autem in rationali iudicio doctrinam
et veritatem que erunt in pectore Aaron quando ingredietur
coram domino et gestabit iudicium filiorum Israel in
pectore suo in conspectu domini semper. Sacerdotis quippe
iudicium filiorum Israel in pectore coram domini conspectu
gestare est ~~sub~~ subditorum causas pro sola interni iu-
dicis intentione discutere ut nichil se ei humanitatis
admisceat in hoc quod divina positus vice dis-
pensat. ne correctionis studia privatus dolor
exasperet. Cumque contra aliena vitia emu-
lator ostenditur que sua sunt non exequatur. ne
tranquillitatem iudicii aut latens invidia
maculet aut preceps ira perturbet. Sed dum
consideratur terror eius qui super omnia presidet videlicet
iudicis interni id est non sine magno regantur
timore subditi. Qui nimirum timor dum
mentem ~~rectoris~~ rectoris humiliat purgat
ne hanc aut presumptionis spiritus elevet aut car-
nis delectatio inquinet aut per terrenorum
cupidinem importunitas pulveree cogi-
tationis obscuret. Que tamen non pulsare
rectoris animum nequeunt sed festinare necesse
est ut repugnatione vincantur ne vitium quod
per suggestionem temptat mollicie delectationis
subiugat. Cumque hoc ab animo tarde
repellitur id vero ne consensus mucrone
occidat. ¶ Ut sit rector operatione precipuus

Sit rector semper | capitulum quartumdecimum
operatione precipuus ut vite viam
subditis vivendo denuntiet. Et grex qui
pastoris vocem moresque sequitur per exempla
melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui
necessitate exigitur summa dicere. hac eadem necessitate
compellitur summa monstrare. Illa namque vox li-
bentius auditorum cor penetrat quam dicentis vita
commendat quia quod loquendo imperat ostendendo
adiuvat ut fiat. Hinc etenim per prophetam dicitur
Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas
Syon. ut videlicet qui celesti predicatione utitur
yma iam terrenorum operum deserens in rerum culmine
stare videatur. Tantoque facilius subditos ad me-
liora pertrahat quanto per vite meritum de supernis
clamat. Hinc divina lege armum sacerdos
in sacrificio dextrum accipit et separatum. Ut non
solum sit eius operatio utilis sed etiam singularis
nec inter malos tantummodo quod rectum est faciat sed bene
quoque operantes subditos sicut honore ordinis
superat ita etiam morum virtute transcendat. Cui in
esum quoque pectusculum cum armo tribuitur ut quod
de sacrificio precipitur sumere hoc de semetipso auctori
discat ymolare. Et non solum pectore que recta
sunt cogitet sed spectatores suos ad sublimia
armo operis invitet. Nulla prospera presentis
vite appetat nulla pertimescat. Blandimenta
mundi respectu intimo timore despiciat terrores
autem considerato interne dulcedinis blandi-
mento contempnat. Unde superne quoque vocis imperio
in utroque humero sacerdos velamine superhumeralis
astringitur ut contra adversa ac prospera virtutum
semper ornamento muniatur. Quatinus iuxta vocem
Pauli per arma iustitie a dextris et sinistris
gradiens cum ad sola que interiora sunt innititur
in nullo delectationis infime latere flectatur.
Non hunc prospera elevent. non adversa perturbent
non blanda usque ad voluptatem demulceant
non aspera usque ad desperationem deprimant ut dum
nullis passionibus ~~mi~~ intentionem mentis humi-
liat quanta in utroque humero superhumeralis pul-
chritudine tegatur ostendat. Quod recte quoque super-
humerale ex auro iacincto purpura bis tincto
cocco et torta fieri bysso precipitur ut quanta
sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat.

Ex luca
Unde plus valet operis quam vocis documentum
Ysaia
In levitico
In exo[do]

Demonstrat. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui iacinthus qui aereo colore resplendet adiungitur, ut per omne quod intelligendo penetrat non ad favores infimos sed ad amorem caelestium surgat, ne dum suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque atque iacintho purpura permiscetur, ut videlicet sacerdotale cor, cum summa quae praedicat sperat, in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque velut ex regia potestate contradicat, quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspiciat, et caelestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe et nobilitate spiritus per Petrum dicitur: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. De hac et potestate qua vitia subigimus, Iohannis voce roboramur, qui ait: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerat, dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Quasi enim mens principaliter in summis erigitur, et cum exterius potestati abiecta cernitur. Auro autem iacintho ac purpurae bis tinctus coccus adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur, et cuncta quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendant. Quae scilicet caritas, quia Deum simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam negligat, vel sic proximorum curam exsequitur, ut a divino amore torpescat, quia unum horum quodlibet negligit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit. Sed cum mens ad praecepta caritatis tenditur, restat procul dubio ut per abstinentiam caro maceretur. Unde et bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus nitente specie oritur. Et quid per byssum nisi candens decore munditiae corporalis castitas designatur? Quae videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam afflictae carnis meritum proficit, quasi in diversa superhumeralis specie byssus torta candescit.

In epistolis petri et pauli et Johannis

Ut sit rector discretus in silencio utilis in verbo. Cap. xv.

Sit rector discretus in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Saepe namque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio sed mercenariorum vice deserviunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat, dicens: Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur, dicens: Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in proelio in die Domini. Ex adverso quippe ascendere est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire, et in die Domini in proelio stare est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga praebuisse? Qui nimirum si pro grege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur: Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad paenitentiam provocarent. Prophetae quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugienda esse praesentia indicant, quae sunt futura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit, quia dum corripere culpas metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo correptionis, quia increpando culpam detegit quam saepe nescit ipse etiam

qui perierunt. Hinc Paulus ait: Ut potens sit et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Hinc per Isaiam Dominus admonet dicens: Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam. Praeconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus descendit vel insedit, quia nimirum quos repleverit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi praecipitur ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, ut videlicet voces praedicationis habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens et egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine praedicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere, propheta attestante qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent, ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautelae studio loquatur attendat, ne si inordinate rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscidat. Hinc namque Veritas dicit: Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste iuxta divinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctae Ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet. Ne ergo rector incautus ad loquendum prorumpat, hoc quod iam praemisimus per semetipsam discipulis Veritas clamat: Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis unitatem fidei cauta observatione teneatis. Providendum quoque est sollicita intentione rectoribus, ut ab eis non solum prava nullomodo, sed nec recta quidem nimie et inordinate proferantur, quia saepe dictorum vel doctorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate levigatur. Et auctorem suum haec eadem loquacitas inquinat, quae fieri auditoribus ad usum provectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur: Vir qui fluxum seminis patitur, immundus erit. In mente quippe audientium semen sequentis cogitationis est auditae qualitas locutionis, quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Unde et ab huius mundi sapientibus praedicator egregius seminiverbius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur, quia multiloquio subditus ex eo se inquinat, quod si ordinate promeret, prolem rectae cogitationis edere in audientium corde potuisset; dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad usum generis, sed ad immunditiam semen fundit. Unde Paulus quoque cum discipulum de instantia praedicationis admonet, dicens: Testificor coram Deo et Christo Iesu qui iudicaturus est

In seruitio

et uiuos et mortuos et aduentum ipsius et
regnum eius. Praedica uerbum, insta oportune
importune. Dicturus importune, praemisit oportune,
quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua se
uilitate destruit, si habere importunitas op-
portunitatem nescit. Ut sit rector singulis
compassione proximus, prae cunctis contemplatione
suspensus. Capitulum xvi.

Sit rector singulis compassione proximus,
prae cunctis contemplatione suspensus, ut et per
pietatis uiscera in se infirmitatem ceterorum transferat,
et per speculationis altitudinem semetipsum quoque
inuisibilia appetendo transcendat. Ne aut
alta petens proximorum infirma despiciat, aut
infirmitatibus uel infirmantibus proximis proximorum
congruens appetere alta delinquat. Hinc est
Nota namque quod Paulus in paradysum ducitur, caelique tertii
secreta rimatur, et tamen illa inuisibilium contemplatione
suspensus ad cubile carnalium mentis aciem
reuocat, atque in occultis suis qualiter debeant
Nota conuersari dispensat dicens: Propter fornicationem
autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque
suum uirum habeat. Uxori uir debitum reddat,
similiter autem et uxor uiro. Et paulo post:
Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu
ad tempus, ut uacetis orationi; et iterum reuertimini
in idipsum. Ecce iam caelestibus secretis in-
ponitur, et tamen per condescensionis uiscera carnalium
cubile perscrutatur. Et quem sublevatus ad in-
uisibilia erigit, huc miseratus ad secreta
infirmantium oculum cordis flectit. Caelum con-
templatione transcendit, nec tamen stratum carnalium
sollicitudine deserit, quia compage caritatis
summis simul et infimis unitus, et in semet-
ipso uirtute spiritus ad alta ualenter rapitur,
Nota et pietate in aliis aequanimiter infirmatur. Hinc
etenim dicit: Quis infirmatur, et ego non infirmor?
Quis scandalizatur, et ego non uror? Hinc rur-
sus ait: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus. Quod
uidelicet exhibebat non amittendo fidem, sed
extendendo pietatem, ut in se personam infidelium

transfigurans ex semetipso disceret qualiter aliis
misereri debuisset, quatinus hoc illis impen-
deret quod sibi ipsi, si ita esset, impendi recte
uoluisset. Hinc iterum dicit: Siue mente excedimus
Deo, siue sobrii sumus uobis. Quia et semet-
ipsum nouerat contemplando transcendere, et eundem
se auditoribus condescendo temperare. Hinc
Iacob Domino desuper innitente et uncto
deorsum lapide ascendentes et descendentes
angelos uidit, quia scilicet praedicatores recti non solum
sursum sanctum caput ecclesiae, uidelicet Dominum, contem-
plando appetunt, sed deorsum quoque ad membra
illius miserando descendunt. Hinc Moyses
crebro tabernaculum intrat et exit, ut qui
intus per contemplationem rapitur, foris infirman-
tium negotiis urgeatur. Intus Dei archana
considerat, foris onera carnalium portat.
Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum
recurrit, coram testamenti archa Dominum con-
sulit, exemplum procul dubio rectoribus praebens,
ut cum foris ambigunt quid disponant,
ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant, et ue-
lut coram testamenti archa Dominum consulant,
si de his in quibus dubitant apud semetipsos
intus sacri eloquii paginas requirant.
Hinc ipsa ueritas per susceptionem nobis nostrae
humanitatis ostensa in monte orationi inhaeret,
miracula in urbibus exercet, imitationis ui-
delicet uiam bonis rectoribus sternens, ut
et si iam summa contemplando appetunt, neces-
sitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur.
Quia tunc ad alta caritas mirabiliter consurgit,
cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit;
et quo benigne descendit ad infima,
ualenter recurrit ad summa. Tales autem
esse qui praesunt exhibeant, quibus subiecti oc-
culta quoque sua prodere non erubescant, uel tolerent,
ut cum temptationum fluctus paruuli tolerant,
ad pastoris mentem quasi ad matris sinum re-
currant, et hoc quod se inquinari pulsantis
culpae sordibus praeuident, exhortationis eius

solatio. Hinc est quod ante
fores templi ad abluendas ingredientium ma-
nus mare eneum, id est luterem, duodecim boves
portant quorum quidem facies extrinsecus eminent
deut°. sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim bobus
nisi universus pastorum ordo designatur? De quibus
Paulo disserente lex dixit: Non obturabis
os bovi trituranti. Quorum quidem nos aperta
opera cernimus, sed apud districtum iudicem que
illis postmodum maneant in occulta retributione
nescimus. Qui tamen cum condescensionis sue pa-
cientiam diluendis proximorum confessionibus
preparant, velut ante fores templi luterem
portant. Ut quisquis intrare eternitatis ia-
nuam nititur temptationes suas menti
pastoris indicet et quasi in bovum lutere co-
gitationis vel operis manus lavet. Et
fit plerumque ut dum rectoris animus aliena tem-
tamenta condescendendo cognoscit auditis tem-
tationibus etiam ipse pulsetur. Quia et hec
eadem per quam populi multitudo diluitur aqua
procul dubio luteris inquinatur. Nam dum
sordes diluentium suscipit quasi sue mundi-
tie serenitatem perdit. Sed hec nequaquam pastori
timenda sunt. Quia deo subtiliter cuncta
pensante tanto facilius a sua eripitur quanto
misericordius ex aliena temptatione fatigatur.

Ut sit rector bene agentibus per humilitatem socius
contra delinquentium vicia per zelum iusticie erectus. Capitulum vii.

Sit rector bene agentibus per humilitatem socius
contra delinquentium vicia per zelum iusticie erectus
ut et bonis in nullo se preferat et cum pravorum culpa
exigit potestatem protinus sui prioratus agnos-
cat, quatinus et honore suppresso equalem se
subditis bene viventibus deputet et erga
perversos iura rectitudinis exercere non formidet.
Nam sicut in libris moralibus dixisse me-
memini, liquet quod omnes homines natura equales ge-
nuit, sed variante meritorum ordine alios
aliis culpa postponit. Ipsa autem diversitas
que accessit ex vitio divino iudicio dispensatur,
ut quia omnis homo eque stare non valet, alter ab altero
regatur. Unde cuncti qui presunt non in se
potestatem debent ordinis sed equalitatem
pensare conditionis. Nec preesse se hominibus
se hominibus gaudeat sed prodesse. Antiqui etenim
patres nostri non reges hominum sed pastores pecorum
fuisse memorantur. Et cum Noe dominus filiisque
eius diceret: Crescite et multiplicamini et replete
terram, protinus adiunxit: Et terror vester ac tremor
sit super cuncta animalia terre. Quorum videlicet
terror ac tremor quia esse super animalia terre precipitur,
profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe
brutis animalibus non autem hominibus ceteris natura
prelatus est. Et ideo ei dicitur ut ab animalibus et non
ab hominibus timeatur. Quia contra naturam superbire est
ab equali velle timeri. Et tamen necesse est ut
rectores a subditis timeantur quando ab eis deum
minime timeri deprehendunt, ut humana saltem
formidine peccare metuant qui divina iudicia
non formidant. Nequaquam namque prepositi ex hoc
quesito timore superbiunt, in quo non suam gloriam
sed subditorum iusticiam querunt. In eo enim quod metum
sibi a perverse viventibus exigunt quasi non hominibus
sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte
bestiales sunt subditi ex ea debent etiam for-
midini iacere substrati. Sed plerumque rector eo
ipso quo ceteris preeminet elatione cogitationis
intumescit. Et dum ad usum cuncta subiacent,
dum ad votum velociter vel cuncta iussa complentur,
dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus
efferunt, male gestis autem nulla auctoritate
contradicunt, dum plerumque laudant etiam quod
reprobare debuerunt, seductus ab his que
infra suppetunt super se animus extollitur.
Et dum foris immenso favore circumdatur,
intus veritate vacuatur, atque oblitus sui
in voces se spargit alienas talemque se
credit qualem foris audit, non qualem
intus discernere debuit. Subditos despicit
eosque equales sibi nature ordine non agnoscit.
Et quos sorte potestatis excesserit transcendisse
etiam se credit meritis vite. Cunctis se estimat
amplius sapere quibus se videt amplius posse.
In quodam quippe se constituit culmine apud
semetipsum. Et qui equa ceteris nature conditione
constringitur ex equo respicere ceteros dedignatur.

atque usque ad eius similitudinem ducitur de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbie. Qui singulare culmen appetens et socialem angelorum vitam despiciens ait: Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foveam deiectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostate quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbie culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe prelatus est, per superbiam reprobatur, Domino attestante qui ait: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis caput te constitui in tribubus Israel? Parvulum se in suis prius oculis viderat, sed fultus temporali potentia iam se parvulum non videbat. Ceteris namque comparatione se preferens, quia plus cunctis poterat, magnum se pre omnibus estimabat. Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Dominum magnus; cum vero apud se magnus apparuit, apud Dominum parvulus fuit. Plerumque ergo dum ex subditorum affluentia animus inflatur, in fluxum superbie ipso potentie fastigio lenocinante corrumpitur. Quam videlicet potentiam bene regit qui et tenere illam noverit et impugnare. Bene hanc regit qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa ceteris equalitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur etiam cum nulla potestate vel potentia fulcitur; quanto magis in altum se erigit cum se ei et potestas adiungit. Quam tamen potestatem recte dispensat qui sollicite noverit sumere ex illa quod adiuvat et expugnare quod temptat, et equalem se cum illa ceteris cernere et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus, si pastoris primi exempla cernamus. Petrus namque auctore Deo sancte ecclesie principatum tenens, a bene agente Cornelio et sese ei humiliter prosternente immoderatius venerari recusavit, seque illi similem recognovit dicens: Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum. Sed cum Ananie et Saphire culpam reperit, mox quanta potentia super ceteros excrevisset ostendit. Verbo namque eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit, et summum se inter ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illic communionem equalitatis meruit sanctitatis actio, hic zelus ultionis ius aperuit potestatis. Paulus bene agentibus prelatum se esse nesciebat, cum diceret: Non quia dominamur fidei vestre, sed adiutores sumus gaudii vestri. Atque illico adiunxit: Fide enim statis. Ac si id quod protulit aperiret dicens: Ideo non dominamur fidei vestre, quia fide statis; equales enim vobis sumus in quo vos stare agnoscimus. Quasi prelatum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: Facti sumus parvuli in medio vestrum. Et rursum: Nos autem servos vestros per Ihesum. Sed cum culpam que corrigi debuisset invenit, illico magistrum se esse recoluit dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos? Summus itaque locus bene regitur, cum is qui preest vitiis potius quam fratribus dominatur. Sed cum delinquentes subditos prepositi corrigunt, restat necesse est ut sollicite attendant quatenus per disciplinae debitum culpas iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam equales se ipsis fratribus qui corriguntur agnoscant. Quamvis plerumque et dignum est ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione preferamus. Illorum namque per nos vitia discipline vigore feriuntur; in his vero que ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo invectione laceramur. Tanto ergo apud Dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inulte peccamus. Disciplina autem nostra subditos divino iudicio tanto liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Servanda itaque est et in corde humilitas et in opere disciplina. Atque inter hec sollerter intuendum est, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, solvantur iura regiminis; et dum prelatus quisque plus se quam decet deicit, subditorum vitam restringere sub disciplinae vinculo non possit. Teneant ergo rectores exterius quod pro aliorum utilitate suscipiunt, servent interius quod de sua estimatione pertimescunt. Sed tamen quibusdam signis erumpentibus eos apud se esse humiles subditi deprehendant, quatinus

miraculis apostolorum

et in auctoritate eos qui formident videant
et de humilitate qua intus agnoscant stu-
deant quoque in intermissione qui presunt ut
eos potentia quanto magna exterius eminet
tanto apud eos intus deprimatur ne cogitationem
vincat ne in delectatione sui animum rapi-
at ne iam sub se mens eam regere non
possit cui se libidini dominandi supponit
Ne enim presidentis animus ad elationem potestatis
sue delectatione rapiatur recte per quemdam sapien-
tem dicitur Ducem te constituerunt noli ex-
tolli sed esto in illis quasi unus ex illis.
Hinc et petrus ait Non dominantes in clero
sed forma facti gregi. Hinc per semetipsam
veritas ad altiora nos virtutum merita provo-
cans dicit Scitis quia principes gentium dominan-
tur eorum et qui maiores sunt potestatem exercent in eos
Non ita erit inter vos sed quicumque voluerit
inter vos maior fieri sit vester minister Et qui
voluerit inter vos primus esse erit vester servus sicut
filius hominis non venit ministrari sed ministrare
Hinc est quod servum ex suscepto regimine
elatumque que post supplicia maneant
indicat dicens Quod si dixerit malus
ille servus in corde suo moram facit
dominus meus venire et ceperit percutere
conservos suos manducet autem et bibat
cum ebriis veniet dominus servi illius
in die qua non sperat et hora qua ignorat
et dividet eum partemque eius ponet cum
ypocritis Inter ypocritas enim iure de-
putatur qui ex simulatione discipline
ministerium regiminis vertit in usum dominationis
Et tamen non nunquam gravius delinquitur
si inter perversos plus equalitas quam
disciplina custoditur. Nam quia heli falsa
pietate superatus ferire delinquen-
tes filios noluit apud districtum iudicem
semetipsum cum filiis crudeli dampnatione

perculit. Hinc namque ei divina voce dicitur Hono-
rasti filios tuos magis quam me. Hinc pastores
increpat per prophetam dicens Quod fractum est non
alligastis et quod abiectum non reduxistis. Abiectum
in reducitur cum quisque in culpa lapsus ad statum
iustitie ex pastoralis sollicitudinis vigore re-
vocatur. Fracturam vero ligamen astringit cum culpam
disciplina deprimit ne plaga usque ad interitum
defluat si hanc districtionis severitas non coar-
tet. Sed sepe deterius frangitur cum fractura
in caute colligatur ita ut gravius scissuram
sentiat si hanc immoderatius ligamenta constrin-
gant. Unde necesse est ut cum peccati vulnus in subditis
corrigendo restringitur magna sollicitudine
se etiam districtio ipsa moderetur. Quatenus sic
iura discipline contra delinquentes exerceat
ut pietatis viscera non amittat. Curandum
quippe est ut rectorem subditis et matrem pie-
tas et patrem exhibeat disciplina. Atque
inter hec sollicita circumspectione providendum ne
aut districtio rigida aut pietas sit re-
missa. Nam sicut in libris moralibus iam diximus
Disciplina vel misericordia multum destituitur
si una sine altera teneatur. Sed erga subditos
suos inesse rectoribus debet et iuste consulens
misericordia et pie seviens disciplina. Hinc namque
est quod docente veritate per samaritani studium
semivivus in stabulum ducitur et vinum atque
oleum vulneribus eius adhibetur ut per vinum
scilicet mordeantur vulnera et per oleum foveantur.
Necesse est ut quisquis sanandis vulneribus preest
in vino morsum doloris adhibeat in oleo
mollitiem pietatis quatenus per vinum mundentur
putrida per oleum sananda foveantur. Miscen-
da ergo est lenitas cum severitate faciendum quod-
dam ex utraque temperamentum ut neque multa
asperitate exulcerentur subditi neque nimia
benignitate solvantur. quod modo pauli voce bene
illa tabernaculi archa significat in qua
cum tabulis virga simul et manna est quia
cum scripture sacre scientia in boni rectoris pectore
si est virga districtionis sit et manna

dulcedinis. Hinc David ait Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur baculo sustentamur. Si ergo est districtio virge que feriat sit et consolatio baculi qui sustentet. Sit itaque amor sed non molliens. sit rigor sed non exasperans. sit zelus sed non immoderate seviens sit pietas sed non plus quam expediat parcens. ut dum se in arce regiminis iusticia clementiaque permiscet. is qui preest corda subditorum et terrendo demulceat et tamen ad terroris reverenciam demulcendo constringat.

Cap. xviii. Ut sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum providenciam in internorum sollicitudine non relinquens

Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum providenciam in internorum sollicitudine non relinquens. Ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat. aut solis interioribus occupatus. et que foris debet proximis non impendat. Sepe namque nonnulli velut obliti quod fratribus animarum causa prelati sunt toto cordis admisu secularibus curis inserviunt. Has cum adsunt se agere exultant. ad has et dum desunt diebus et noctibus cogitationis turbide estibus anhelant. Cumque ab his cessante forsitan opportunitate quieti sunt. ipsi deterius sua quiete fatigantur. voluptatem namque censent si actionibus deprimuntur. laborem deputant si in terrenis negociis non laborant. Sicque fit ut dum se urgeri mundanis tumultibus gaudent interna que docere alios debuerant ignorent. Unde subditorum quoque procul dubio vita torpescit. quia cum profectum spiritualiter appetit in exemplo eius qui sibi prelatus est quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite membra incassum vigent. Et in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur. si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio sublevat. eorumque culpas increpatio nulla castigat. quia dum per curam presulem terreni curatoris officium indicitur a gregis custodia vacuatur. Curam pastoris et subiecti intuitus luminis apprehendere nequeunt. quia dum pastoris sensus terrena studia occupant vento temptationis impulsus cecat oculos pulvis.

Quod contra humani generis redemptor cum nos a ventris voracitate compesceret dicens Attendite autem vobis ut non graventur corda vestra in crapula et ebrietate. illico adiunxit. aut in curis huius vite. Ubi pavorem quoque protinus interne adiciens Ne forte inquit superveniat repentina dies illa. Cuius adventus et qualitatem denunciat dicens. Tamquam laqueus enim veniet super omnes qui habitant super faciem orbis terre. Hinc iterum dicit. Nemo potest duobus dominis servire. Hinc Paulus religiosorum mentes a mundi consortio contestando ac potius conveniendo suspendit dicens Nemo militans deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probavit. Hinc ecclesie rectoribus et vacandi studia precipit et consolandi remedia ostendit dicens. Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inserviant quos dona spiritualia non exornant. Ac si apercius dicat. Quia penetrare intima nequeunt saltem necessaria foras operentur. Hinc Moyses qui cum deo loquitur. et Iethro alienigene reprehensione iudicatur. quod terrenis populorum negociis stulto labore deserviat. Cui et consilium mox prebetur. ut pro se alios ad iurgia dirimenda constituat. et ipse liberius ad erudiendos populos secreta spiritualium archana cognoscat. A subditis ergo inferiora gerenda sunt a rectoribus summa cogitanda. Ut scilicet oculum qui providendis gressibus preminet cura pulveris non obscuret. Caput namque subditorum sunt cuncti qui presunt. et ut recta pedes valeant itinera carpere. hoc procul dubio caput debet ex alto providere. Ne a profectu sui itineris pedes torpeant. cum curvata rectitudine corporis caput sese ad terram declinat. Qua autem mente animarum presul honore pastorali inter ceteros utitur. si in terrena negocia que reprehendere in aliis debuit et ipse versatur. Quod videlicet ex ira iuste retribucionis per prophetam dominus minatur dicens. Et erit sicut populus sic sacerdos. Sacerdos quippe est ut populus. quando ea agit is qui spirituali officio fungitur. que illi nimirum faciunt qui adhuc de studiis carnalibus iudicantur. Quod cum magno scilicet dolore caritatis Ieremias propheta conspiciens quasi sub destructione templi deplorat dicens. Quomodo obscuratum est aurum mutatum est color optimus. dispersi sunt lapides sanctuarii in

capite omnium platearum. Quid namque auro quod metallis ceteris preeminet nisi excellentia sanctitatis quid colore optimo nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur. Quid sanctuarii lapidibus nisi sacrorum ordinum persone signantur. Quid platearum nomine nisi presentis uite latitudo figuratur quia enim greco eloquio platos latitudo dicitur profecto a latitudine platee nominate per semetipsam uero ueritas dicit lata et spaciosa uia est que ducit ad perditionem. Aurum ergo obscuratur cum terrenis actibus sanctitatis uita polluitur. Color optimus commutatur cum quorundam qui agere religiose credebantur estimatio anteacta minuitur. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit. Sanctuarii quoque lapides in plateas disperguntur cum ad usus secularium foras lata itinera expetunt hii qui ad ornamentum ecclesie intus in mysteriis quasi in secretis sanctuarii uacare debuerunt. Hii quippe sanctuarii lapides fiebant ut intra sancta sanctorum in ueste summi sacerdotis apparerent. Cum uero ministri religionis a subditis honorem redemptoris sui exemplo uite non exigunt sanctuarii lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarii lapides dispersi per plateas iacent cum persone sacrorum ordinum uoluptatum suarum latitudini dedite terrenis negociis inherent. Et notandum quod non hos dispersos in plateis sed in capite platearum dicit. Quia et cum terrena agunt summi uideri appetunt ut et lata itinera teneant ex uoluptate delectationis et tamen in plateis sint capite ex honore sanctitatis. Nil quippe obstat si sanctuarii lapides eosdem ipsos quibus constructum sanctuarium extitebat accipimus. Qui dispersi in capite platearum iacent quando sacrorum ordinum uiri terrenis actibus ex desiderio inseruiunt. Ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare uidebatur. Secularia itaque negocia aliquando ex compassione toleranda sunt numquam uero ex amore requirenda. Ne cum mentem diligentis aggrauant hanc suo uicta pondere ad yma de celestibus mergant. Et contra non nulli gregis quidem curam suscipiunt sed sic sibimet uacare ad spiritualia appetunt ut rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus negligunt subditorum necessitatibus minime concurrunt. Quorum nimirum predicatio plerumque despicitur quia dum delinquentium facta corripiunt sed tamen eis necessaria presentis uite non tribuunt neque libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrine sermo non penetrat si hunc apud eius animum manus misericordie non commendat. Tunc autem ubi semen sermonis germinat quando hoc in audientis pectore pietas predicantis rigat. Unde rectores necesse est ut interiora possint infundere cogitatione et noxia et exteriora prouidere. Sic itaque pastores erga interiora studia subditorum suorum ferueant quatenus in eis exterioris uite prouidentiam non relinquant. Nam quasi iure ut diximus a perceptione predicationis gregis animus frangitur si cura exterioris subsidii a pastore negligitur. Unde primus pastor sollicite ammonet dicens Seniores qui in uobis sunt obsecro consenior et testis Christi passionum qui et eius que in futuro reuelanda est glorie communicator pascite qui in uobis est gregem dei. Qui hoc in loco passione cordis an corporis suadet aperuit cum protinus adiunxit prouidentes non coacte sed spontanee secundum deum neque turpis lucri gratia sed uoluntarie. Quibus profecto uerbis pastoribus pie precauetur ne dum subditorum inopiam satiant se mucrone ambitionis occidant ne cum per eos carnis subsidiis reficiuntur proximi ipsi remaneant a iustitie pane ieiuni. Hanc pastorum sollicitudinem paulus excitat dicens Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negauit et est infideli deterior. Inter hec itaque metuendum semper est et uigilanter intuendum ne dum cura ab eis exterior agitur ab intima intentione mergantur. Plerumque enim ut prediximus corda rectorum dum temporali sollicitudini incaute deseruiunt ab intimo amore frigescunt et foris fusa obliuisci non metuunt quod animarum regimina susceperunt. Sollicitudo ergo que subditis exterius impenditur subiecta necesse est mensura teneatur. Unde bene ad ezechielem dicitur Sacerdotes caput suum non radent neque comam nutrient sed tondentes attondeant capita sua. Sacerdotes namque iure uocati sunt qui ut sacrum ducatum prebeant fidelibus presunt. Capilli uero in capite exteriores sunt cogitationes in mente. Qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur curas uite presentis designant. que ex sensu negligenti quia importune

Epistola petri

Ad thymotheum

In ezechiel

aliquid procedit quod nobis non sentientibus prodit. Quia ergo cunctos qui praesunt habere quidem exteriores curas oportet, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte et caput radere et comam nutrire prohibentur, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Ubi et bene dicitur: Tondentes tondeant capita sua. Ut videlicet curae temporalis sollicitudinis et quantum necesse est prodeant, et tamen recidantur citius ne immoderatius excrescant. Dum igitur per administratam exteriorem providentiam corporum vita protegitur, et rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis et servantur ut cutem cooperiant, et reciduntur ne oculos claudant.

Ut rector sollicite invigilet ne hunc cupido placendi hominibus pulset. Capitulum decimumnonum

Inter haec necesse est ut rector invigilet solerter, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiose interiora penetrat, cum provide exteriora subministrat, se magis a subditis diligi quam veritatem quaerat, ne cum bonis actibus fultus a mundo videlicet alienus, hunc auctori reddat extraneum amor suus. Hostis namque redemptoris est qui per recta opera quae facit, eius vice ab ecclesia amari concupiscit, quia adulterinae cogitationis reus est, si placere puer sponsae oculis appetit, per quem sponsus dona transmisit. Cui nimirum amor proprius cum rectoris mentem ceperit, aliquando hunc in inordinatam admollit lenitatem, aliquando ad asperitatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiem vertitur, qui cum peccantes subditos conspicit, ne erga hunc eorum dilectio torpeat, corripere non praesumit. Nonnunquam vero errata subditorum quae increpare debuerat adulationibus demulcet. Unde bene per prophetam dicitur: Vae his qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas. Pulvillos quippe sub omni cubito manus ponere est cadentes a sua rectitudine animas atque in huius mundi se delectatione inclinantes blanda adulatione refovere. Quasi enim pulvillo cubitus vel cervicalibus caput iacentis excipitur, cum correptionis duritia peccanti subtrahitur, eique mollities favoris adhibetur, ut in errore molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis impulsat. Sed haec rectores qui semetipsos diligunt his procul dubio exhibent a quibus se nocere posse in studio gloriae temporalis timent. Nam quos nil contra se valere conspiciunt, hos nimirum asperitate semper rigidae invectionis premunt, nunquam clementer ammonent, sed pastoralis mansuetudinis obliti iure dominationis terrent. Quos recte per prophetam divina vox increpat dicens: Vos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Plus enim se suo auctore diligentes iactanter erga subditos erigunt, nec quid agere debeant, sed quid valeant attendunt. Nil de subsequenti iudicio metuunt, improbe de temporali potestate gloriantur. Libet ut licenter et illicita faciant, subditorum nemo contradicat. Qui ergo et prava studet agere et tamen ad haec ceteros tacere, ipse sibimet testis est, quia plus veritate se appetit diligi, qui se non vult defendi. Nemo quippe est qui ita vivat ut aliquando non delinquat. Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui sibi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim Petrus Pauli increpationem libenter accepit. Hinc David correptionem subditi humiliter audivit, quia rectores boni dum privato diligere amore se nesciunt, liberae puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter haec necesse est ut cura regiminis tanta moderaminis arte temperetur, quatinus subditorum mens cum quaedam recte sentire potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erumpat, ne dum fortasse immoderatius linguae eis libertas conceditur, vitae ab eis humilitas amittatur. Sciendum quoque est quod oportet ut rectores boni placere hominibus appetant, sed ut sui aestimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris inducant. Difficile quippe est ut quamlibet recta denuntians praedicator qui non diligitur libenter audiatur. Debet ergo qui praeest et studere se diligi quatenus possit audiri, et tamen amorem suum pro semetipso non quaerere, ne inveniatur ei cui servire per officium cernitur occulta cogitationis tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat, cum sui nobis studii occulta manifestat dicens: Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Placet

s(cilicet) Paulus et non placet quia mentes quas placere ap-
petit non se sed per se hominibus placere veritatem querit

Quod scire sollicite rector debet quia plerumque vicia vir-
tutes se esse mentiuntur. Capitulum vigesimum

Scire etiam rector debet quod plerumque vicia virtutes
se esse mentiuntur. Nam sepe parsimonie
nomine se tenacia palliat, contraque se effusio
sub appellatione largitatis occultat. Sepe inor-
dinata remissio pietas creditur, et effrenata ira
spiritualis zeli virtus estimatur. Sepe precipitata
actio velocitatis efficacia, atque agendi tardi-
tas gravitatis consilium putatur. Unde necesse est ut rector
animarum virtutes ac vicia vigilanti cura dis-
cernat, ne aut cor tenacia occupet et parcum
se videri in dispensationibus exultet, aut cum
effuse quid perditur largum se quasi miserando glorietur,
aut remittendo quod ferire debuit ad eterna
supplicia subditos pertrahat, aut inmaniter feriendo
quod delinquitur ipse gravius delinquat, aut hoc
quod agi recte ac graviter potuit inmature preveniens
leviget, aut bone actionis meritum differendo
ad deteriora permutet.

Quod debet esse rectori discretio
correptionis et dissimulationis. Capitulum xxi

Sciendum quoque est quod aliquando subiectorum vicia
prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur
indicanda. Aliquando et aperte cognita mature
toleranda, aliquando vero subtiliter et occulte perscru-
tanda, aliquando autem leniter arguenda, aliquando autem
vehementer increpanda. Nonnulla quippe ut
diximus prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissi-
mulantur indicanda, ut cum delinquens et depre-
hendi se agnoscit et perpeti has quas in se
tacite tolerari considerat augere culpas erubes-
cat. Seque se iudice puniat, qui sibi apud se recto-
ris pacientia clementer excusat. Qua scilicet dissimulatione
bene Iudeam Dominus corripit, cum per prophetam dicit: Mentita
es et mei non es recordata, neque cogitasti in
corde tuo, quia ego tacens et quasi non videns.
Et dissimulavit ergo culpas et innotuit,
qui et erga peccantem tacuit et hoc ipsum tamen quia tacuit
dixit. Nonnulla autem vel aperte cognita ma-
ture toleranda sunt, cum videlicet rerum minime opportuni-
tas congruit ut aperte corrigantur. Nam secta
in maturitate vel inmature vulnera deterius in-
fervescunt. Et nisi cum tempore medicamenta conve-
niant, constat procul dubio quod medendi officium
amittant. Sed cum tempus subditis ad correptionem
queritur, sub ipso culparum pondere pacientia prelatorum
exercetur. Unde bene per psalmistam dicitur: Supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores. In dorso quippe honera
sustinemus. Supra dorsum ergo suum fabricasse peccatores
queritur, ac si aperte dicat: Quos corrigere nequeo
quasi superimpositum honus porto. Nonnulla autem sunt
subtiliter occulta perscrutanda, ut quibusdam signis
erumpentibus rector in subditorum mente omne quod
clausum latet inveniat, et intercedente correptionis
articulo ex minimis maiora cognoscat. Unde recte
ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, fode parietem. Ubi mox 8 c
idem propheta subiungit: Et cum fodissem parietem apparuit
hostium unum. Et dixit ad me: Ingredere et vide
abhominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et
ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptilium
et animalium abhominatio, et universa ydola domus Israel
depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe
prepositorum persona signatur, per parietem duricia sub-
ditorum. Et quid est parietem fodere nisi acutis
inquisitionibus duriciam cordis aperire? Quem
cum perfodisset apparuit hostium, quia cum cordis
duricia vel studiosis percunctationibus vel maturis
correptionibus scinditur, quasi quedam ianua ostenditur
ex qua omnia illius qui corripitur cogitationum in-
teriora videantur. Unde et bene illic sequitur: Ingredere
et vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic.
Quasi ingreditur ut abhominationes aspiciat
qui discussis quibusdam signis exterius appa-
rentibus ita corda subditorum penetrat ut
cuncta ei que illicite cogitantur innotescant.
Unde et subditur: Et ingressus vidi, et ecce omnis
similitudo reptilium et animalium abhominatio. In
reptilibus cogitationes omnino terrene signantur,
in animalibus vero iam quidem aliquantulum a terra sus-
pense, sed adhuc terrene mercedis premia requirentes.
Nam reptilia toto corpore terre inherent, animalia
autem mole corporis a terra suspensa sunt, appetitu
tamen gule ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque
sunt intra parietem quando cogitationes volvuntur in mente
que a terrenis desideriis numquam levantur. Animalia
quoque sunt intra parietem quando etsi que iam iusta, si qua
honesta cogitantur, appetendis tamen lucris temporalibus
honoribusque deserviunt. Et per semetipsa quidem iam
quasi a terra suspensa sunt, sed adhuc per ambitionem
quasi per gule desiderium sese ad yma submittunt.
Unde et bene subditur: Et universa ydola domus Israel

Depicta erant in pariete. Depictum quippe est Et
avaricia que est ydolorum servitus Recte ergo post cuncta
ydola describitur. Quia et si honesta actione
non nulli quasi alta se erigunt ambicione tamen inho-
nesta semetipsos adima deponunt. Bene autem dicitur
Depicta erant. Quia dum exteriorum rerum intrinsecus
species attrahuntur quasi in corde depingitur quicquid fictis
ymaginibus deliberando cogitatur. Notandum itaque
est quod prius foramen in pariete ac deinde hostium cernitur
et tunc demum occulta abhominacio demonstratur quia
nimirum uniuscuiusque peccati prius signa forinsecus de-
inde ianua aperte iniquitatis ostenditur Et tunc demum
omne malum quod intus latet aperitur. Non nulla autem
sunt leniter arguenda. Non nulla peccata leniter corri-
genda sunt. Nam cum non malicia sed sola igno-
rancia vel infirmitate delinquitur. profecto magna mo-
deramine ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti
quippe quousque in hac mortali carne subsistimus
corrupcionis nostre infirmitatibus subiacemus. Ex se
ergo debet quisque colligere qualiter aliene debeat optare
inbecillitati misereri Ne contra infirmitatem proximi
si ad increpacionis vocem fervencius rapitur oblitus sui
esse videatur. Unde bene paulus ammonet dicens Et si
preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales
estis instruite in huiusmodi in spiritu mansuetudinis consi-
derans temetipsum ne et tu tempteris Ac si aperte
dicat Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis
pensa quod es. ut in increpacionis zelo se spiritus temperet
dum sibi quoque quod increpat timet Non nulla autem sunt
vehementer increpanda ut cum culpa ab auctore non
cognoscitur. quanti sit ponderis ab increpantis ore
senciatur. Et cum sibi quis malum quod perpetravit leni-
gat. hoc contra se gravius ex correpcionis asperitate
pertimescat. Debitum quippe rectoris est superne patrie
gloriam per vocem predicacionis ostendere. quanta in huius vite itinere
temptamenta antiqui hostis lateant aperire et subditorum
mala que tolerari leniter non debent cum magna zeli
asperitate corrigere Ne si minus contra culpas accenditur
culparum omnium ipse reus teneatur. Unde bene ad ezechielem
dicitur Sume tibi laterem et pones eum coram te et
describes in eo civitatem iherusalem Statimque subiungitur.
Et ordinabis adversus eam obsidionem et edificabis
municiones et comportabis aggerem et dabis contra eam
castra et pones arietes in gyro eius ad munimen
sui protinus subinfertur. Et tu sume tibi sartaginem
ferream et pones eam murum ferreum inter te et inter
civitatem. Cuius enim ezechiel propheta nisi magistrorum speciem
tenet Cui dicitur Sume tibi laterem et pones eum
coram te et describes in eo civitatem iherusalem Doctores quippe
doctores sibi laterem sumunt quando terrenum auditorum
cor ut doceant apprehendunt. Quem scilicet laterem co-
ram se ponunt quia totam intencionis mentis custodiunt
In quo et civitatem iherusalem iubentur describere quia predicantes
terrenis cordibus curant summopere quid sit superne
visio demonstrare. Ut quia in magno gloria pacis ce-
lestis agnoscatur. nisi et quanta hic irruat hostis
callidi temptamenta nostram. Apte subiungitur. Et or-
dinabis adversus eam obsidionem et edificabis
municiones. Sancti quippe predicatores obsidionem
circa laterem in quo iherusalem civitas descripta est or-
dinant quando terrene menti sed iam superna patria re-
querenti. quanto eam in huius vite tempore viciorum
impugnet adversitas demonstrant Nam cum unumquodque
peccatum quomodo proficientibus insidietur ostenditur. quasi obsidio
contra civitatem iherusalem voce predicatoris ordinatur
Sed quia non solum debent innotescere qualiter vicia
impugnent. verum et quomodo custodite virtutes nos
roborent recte subiungitur. Et edificabis municiones
Municiones quippe sanctus predicator edificat
quando virtutes quibus resistat viciis demonstrat
Et quia crescente virtute plerumque bella temp-
tacionis augentur. recte adhuc additur. Et comportabis
aggerem et dabis contra eam castra et pones arietes
in gyro Aggerem namque comportat quando predicator
quisque molem crescentis temptacionis enunciat Et contra
iherusalem castra erigit quando recte intencioni auditorum
hostis callidi circumspectas et quasi incomprehensibiles
insidias predicit atque in gyro arietes ponit cum
temptacionum aculeos in hac vita nos undique
circumdantes et virtutum murum perforantes innote-
scit Sed cuncta hec licet subtiliter rector insinuet
nisi contra delicta singulorum emulacionis spiritu fervescat
nullam sibi in perpetuum absolucionem parat. Unde
illic adhuc recte subiungitur Et tu sume tibi
sartaginem ferream et pones eam murum ferreum
inter te et inter civitatem. Per sartaginem quippe
frixura mentis. per ferrum vero increpacionis fortitudo
signatur. Quid vero acrius doctoris mentem quam
zelus dei frigit et excruciat. Unde paulus
huius sartaginis urebatur. frixura cum diceret
Quis infirmatur et ego non infirmor Quis scanda-
lizatur et ego non uror Et quia quisquis zelo
dei accenditur. ne dampnari ex negligencia debeat
forti in perpetuum custodia munitur. Recte dicitur
Pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem
Sartago vero ferrea murus ferreus inter prophetam

et civitate proximi quia cum nunc forte zeli rectoris
exsiliat eidem zeli post modum mense et auditores
suos forte multum tenet. Ne tunc eo vindictam
destituti sint si nunc fuerint increpati dissoluti.
Sed inter hec saepe difficultas increpationis rectoris
doctoris conspicitur difficile valde est ut non aliquid
et ad aliquid quod dicat non debet excedat. Et plerumque
contingit ut dum culpa subditorum cum magna
invectione corripitur magistri lingua usque ad verba excessus
pertrahatur. Cumque increpatio immoderate accenditur
corda delinquentium in desperatione deprimuntur. Unde necesse
est ut cum rector subditorum mentem plus se
quam debuit percussisse conspicit apud semetipsum ad paenitentiam
recurrat ut per lamenta veniam in conspectu veritatis
obtineat etiam quod per zelum eius studium peccat. Quod
Deut. figurate Dominus per Moysen praecipit dicens: Si quis
abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna
caedenda et lignum securis fugerit manu ferrumque
lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit
hic ad unam supradictarum urbium fugiet et
vivet ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis
dolore stimulatus persequatur et apprehendat
eum et percutiat animam eius. Ad silvam quippe cum
amico imus quoties ad intuenda subditorum delicta
convertimur et simpliciter ligna succidimus
cum delinquentium vitia pia intentione resecamus.
Sed securis manu fugit cum sese increpatio
plus quam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrumque
de manubrio prosilit cum de correptione sermo
durior excedit et amicum percutit et occidit
quia auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis
interficit. Correpti namque mens repente
ad odium proruit si hanc immoderata increpatio
plus quam debuit addicit. Sed is qui incaute
ligna percutit et proximum exstinguit ad tres
necesse est urbes fugiat ut in una earum defensus
vivat quia si ad paenitentiae lamenta conversus in unitate
sacramenti sub spe fide et caritate absconditur
reus perpetrati homicidii non tenetur. Eumque exstincti
proximus cum invenerit non occidit quia cum
districtus iudex venerit qui sese nobis per naturae
nostrae consortium iunxit ab eo procul dubio culpae
reatum non expetit quem sub eius venia fides spes
et caritas abscondit. Qualiter rector sacrae legis
meditationibus debeat esse intentus. Capitulum XI.

Sed omne hoc rite a rectore agitur si superni
timoris et dilectionis spiritu afflatus
studiose cotidie sacri eloquii praecepta me-
ditetur ut in eo vim sollicitudinis et erga
caelestem vitam providae circumspectionis quam humana
conversatio usus indesinenter destruit divinae
admonitionis verba restituant. Et qui ad ve-
tustatem vitae per saecularem societatem ducitur
ad amorem semper spiritalis patriae compunctionis aspiratione
renovetur. Valde namque inter humana
verba cor defluit cumque indubitanter constet quod
externis occupationum tumultibus impulsum a
semetipso corruat studere incessabiliter debet
ut per eruditionis studium resurgat. Hinc est
enim quod praelatum gregi discipulum Paulus admo-
net dicens: Dum venio attende lectioni. Hinc
David ait: Quomodo dilexi legem tuam Domine
tota die meditatio mea est. Hinc Moysi Dominus
de portanda arca praecipit dicens: Facies quatuor
circulos aureos quos pones per quatuor ar-
cae angulos faciesque vectes de lignis setim
et operies eos auro inducesque per circulos qui sunt in
arcae lateribus ut portetur in eis qui semper
erunt in circulis nec umquam extrahentur ab eis. Quid
per archam nisi sancta Dei ecclesia figuratur?
Cui quatuor circuli aurei per quatuor
angulos adiungi iubentur quia in eo quod per quatuor
mundi partes tendendo dilatatur procul dubio
quatuor sancti evangelii libris accincta praedi-
catur. Vectes quoque de lignis setim
fiunt qui eisdem ad portandum circulis inseruntur
quia fortes perseverantesque doctores velut i-
mputribilia ligna quaerenda sunt qui instructioni
sacrorum voluminum semper inhaerentes sanctae ecclesiae u-
nitatem denuntiant et quasi intromissi circulis
archam portent. Vectibus quippe archam por-
tare est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad
rudes infidelium mentes praedicando deducere. Qui
auro quoque iubentur operiri ut cum sermone aliis
insonant ipsi etiam vitae splendore fulgescant.
De quibus apte subditur: Qui semper erunt in circulis nec
unquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse
est ut qui ad officium praedicationis excubant a
sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque
vectes esse in circulis semper iubentur ut cum portari
archam opportunitas exigit de intromittendis

verbis percutiendi nulla tarditas relinquitur. Cum vero districtum spirituale ad subditos pastor iniungit, ignominiosum valde est si tunc querat discere cum questionem debet enodare. Hinc talis verbis inserat ut doctores sp[iritus] in suis cordibus eloquia sacra meditatione assidua custodiant, archam sine mora eliciant si quid quod necesse est communis doceant. Unde bene pastor cunctis pastoribus ceteris admonens dicit: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est spe. Ac si aperte dicat: ut pectoris archam mora nulla preveniat, verbis sacris numquam vacet.

xxij c.

quanta debet esse diversitas in arte predicationis

Quia ergo qualis esse debeat pastor ostendimus, nunc qualiter doceat demonstremus. Ut enim longe ante nos reverende memorie Gregorius Nazarenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe namque aliis officiunt que aliis prosunt. Nam et plerumque herbe que hec animalia nutriunt alia occidunt. Et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit. Et panis qui vitam fortium roborat, infantium necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et ad sua singulis congruat, et tamen a communis edificationis arte numquam recedat. Quid enim sunt intente mentes auditorum nisi, ut ita dixerim, quedam in cythara tensiones stantes cordarum? Quas tangendi artifex ut non sibimet ipsi dissimile canticum faciat, dissimiliter pulsat. Et idcirco corde consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro sed non uno impulsu feriuntur. Unde et doctor quisque ut in una cunctos virtute caritatis edificet, ex una doctrina non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet. Aliter namque viri aliter admonendi sunt femine. Aliter iuvenes, aliter senes. Aliter inopes, aliter locupletes. Aliter leti, aliter tristes. Aliter subditi, aliter prelati. Aliter servi, aliter domini. Aliter huius mundi sapientes, aliter hebetes. Aliter impudentes, aliter verecundi. Aliter protervi, aliter pusillanimes. Aliter impatientes, aliter patientes. Aliter benivoli, aliter invidi. Aliter simplices, aliter impuri. Aliter incolumes, aliter egri. Aliter qui plagas metuunt et propterea innocenter vivunt, aliter qui sic in iniquitate duruerunt ut nec per plagas corrigantur. Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes. Aliter pigri, aliter precipites. Aliter mansueti, aliter iracundi. Aliter humiles, aliter elati. Aliter pertinaces, aliter inconstantes. Aliter gule dediti, aliter abstinentes. Aliter qui sua misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt. Aliter qui nec aliena rapiunt nec sua largiuntur, aliter qui et sua que habent tribuunt et aliena rapere non desistunt. Aliter discordes, aliter pacati. Aliter seminantes iurgia, aliter pacifici. Aliter admonendi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt sed humiliter non loquuntur. Aliter qui cum predicare digne valeant pre nimia humilitate formidant, aliter quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet et tamen precipitatio impellit. Aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui ea quidem que mundi sunt concupiscunt sed tamen adversitatis labore fatigantur. Aliter coniugiis obligati, aliter a coniugii nexibus liberi. Aliter commixtione carnis experti, aliter ignorantes. Aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum. Aliter qui commissa plangunt nec tamen deserunt, aliter qui deserunt nec tamen plangunt. Aliter qui illicita que faciunt laudant, aliter qui accusant prava nec tamen devitant. Aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur. Aliter qui licet minima crebro tamen illicita faciunt, aliter qui se a parvis custodiunt sed aliquando in gravibus demerguntur. Aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime consummant. Aliter qui mala occulte agunt et bona publice, aliter qui bona que faciunt abscondunt et quibusdam factis tamen in publico mala de se opinari permittunt. Sed quid nobis utiliter ista cuncta collecta enumeramus, si non etiam admonitionis modos per singula quanta possumus brevitate pandamus?

Quod aliter admonendi sunt viri atque aliter mulieres. Capitulum xxiiij.

Aliter ergo admonendi sunt viri atque aliter femine

Unde illis gravia istis vero iniungenda sunt leviora ut illos magna exerceant istas vero leviter demulcendo convertant.

Aliter admonendi sunt iuvenes atque aliter senes quia illos plerumque severitas admonitionis ad provectum dirigit istos vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. Scriptum quippe est: Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem.

Aliter inopes aliter locupletes. Illis namque offerre consolationis solatium contra tribulationem, istis vero inferre metum contra elationem debemus. Inopi quippe a domino per prophetam dicitur: Noli timere quia non confunderis. Cui non longe post blandiens dicit: Paupercula tempestate convulsa. Cui rursum consolatur dicens: Elegi te in camino paupertatis. At contra Paulus discipulo de divitibus dicit: Divitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere neque sperare in incerto divitiarum suarum. Ubi notandum valde est quod humilitatis doctor memoriam divitum faciens non ait roga sed praecipe. Quia sic impendenda est pietas infirmitati ut honor tamen non debeatur elationi. Talibus ergo rectum quod dicitur tanto rectius imperatur quanto et in rebus transitoriis altitudine cogitationis intumescunt. De his in evangelio Dominus dicit: Vae vobis divitibus qui habetis consolationem vestram. Quia enim quae sint aeterna gaudia nesciunt ex praesentis vitae abundantia consolantur. Offerenda est ergo eis consolatio quos caminus paupertatis coquit. Atque illis inferendus est timor quos consolatio gloriae temporalis extollit ut et illi discant quia divitias quas non conspiciunt possident et illi cognoscant quia eas quas conspiciunt nequaquam tenere possunt. Plerumque tamen personarum ordinem permutat qualitas morum ut sit dives humilis sit pauper elatus. Unde mox praedicantis lingua cum audientis debet vita componi ut tanto districtius in paupere elationem feriat quanto eam nec illata paupertas inclinat. Et tanto levius humilitatem mulceat divitum quanto eos nec abundantia quae sublevat exaltat. Nonnunquam tamen etiam superbus dives exhortationis blandimento placandus est. Quia et plerumque dura vulnera per lenia fomenta mollescunt. Et furor insanorum saepe ad salutem medico blandiente reducitur. Cumque eis in dulcedine condescenditur languor insaniae mitigatur. Neque enim negligenter intuendum est quod cum Saulem spiritus adversus invaderet apprehensa David cithara eius vesaniam sedabat. Quid enim per Saulem nisi elatio potentium? Et quid per David innuitur nisi humilis vita sanctorum? Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur David canente eius vesania temperatur. Quia cum sensus potentium per elationem in furorem vertitur dignum est ut ad salutem mentis quasi dulcedine citharae locutionis nostrae tranquillitate revocetur. Nam cum huius saeculi potentes arguuntur prius per quasdam similitudines velut de alieno negotio requirendi sunt. Et cum rectam sententiam quasi in alterum protulerint tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi sunt. Ut mens temporali potentia tumida contra corripientem nequaquam se erigat quae suo sibi iudicio superbiae cervicem calcat. Et in nulla sui defensione se obiciat quae sententia oris proprii ligatur. Hinc est enim quod Nathan propheta arguere regem David venerat et quasi de causa pauperis contra divitem iudicium quaerebat ut prius rex sententiam diceret et reatum suum postmodum audiret quatenus nequaquam iustitiae contradiceret quam in se ipso protulisset. Vir itaque sanctus et peccatorem considerans et regem miro ordine audacem reum prius per confessionem ligare studuit et postmodum per increpationem secare. Celavit paululum quem quaesivit sed percussit repente quem tenuit. Gravius enim fortasse incideret si ab ipso sermonis exordio aperte culpam ferire voluisset. Sed praemissa similitudine eam quam occultabat acuebat increpationem. Ad aegrum medicus venerat secandum vulnus videbat sed de patientia aegri dubitabat. Abscondit ergo ferrum medicinale sub veste quod educens subito

subito fiat in vel ut siccatum se et
egere antequam eluceat et sentire recuperet

Aliter admonendi sunt leti atque aliter tristes letis videlicet in-
ferenda sunt tristia que sequuntur ex supplicio
tristibus vero inferenda sunt leta que promittuntur ex
regno. Discant leti ex comminationis asperitate
quod timeant. Audiant tristes premiorum gaudia
de quibus presumant. Illis quippe dicitur. Ve vobis
qui ridetis nunc quia flebitis. Ista vero dicitur
magistro dicente audiunt. Iterum videbo vos
et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo
tollet a vobis. Non nulli autem leti vel tristes non
rebus fiunt sed conspersionibus existunt quibus
profecto intimandum est quod quedam vitia quibusdam
conspersionibus propinqua sunt. Habent enim leti ex
propinquo luxuriam tristes iram. Unde necesse
est ut non quisque solum consideret quod ex conspersione
sustinet sed etiam quod deterius premat
ne dum nequaquam pugnat contra hoc quod tolerat
ei quo se liberum estimat vitio succumbat

Aliter admonendi sunt subditi atque
aliter prelati. Illos ne subiectio conterat
istos ne locus superior extollat. Illi ne
minus quam iubentur impleant. Isti ne plus iusto
iubeant quam compleantur. Illi ut humiliter sub-
iaceant. Isti ut temperanter presint. Nam
et hoc quod intelligi et figuraliter potest illis dicitur
Filii obedite parentibus vestris in domino. Istis
vero precipitur et patres nolite ad iracundiam
provocare filios vestros. Illi discant quomodo ante occul-
ti arbitri oculos sua interiora componant.
Isti quomodo et commissis sibi exempla bene vivendi
prebeant. Scire etenim debent prelati
quod si perversa umquam perpetrant tot mortibus
digni sunt quot ad subditos suos exempla
perditionis transmittunt. Unde necesse est ut tanto
se cautius a culpa custodiant quanto per prava
que faciunt non soli moriuntur. Admo-
nendi sunt illi ne districtius puniantur si
absoluti reperiri nequiverint. Isti ne de se
ipsi ne de subditorum erratibus iudicentur
et erroribus

etiam si de se securos inveniunt. Illi
ut tanto se sollicitius vivant quanto eos
aliena cura non implicat. Ista vero ut
aliorum curas sic compleant quatenus et suas
agere non desistant et sic in propria sollicitudine
ferveant ut a commissorum custodia minime
torpescant. Illi namque sibimet vacanti dicitur
Vade ad formicam o piger et considera vias
eius et disce sapientiam. Istis vero terribiliter admo-
netur cum dicitur. Fili mi si spoponderis pro amico
tuo defixisti apud extraneum manum tuam
et laqueatus es verbis oris tui et captus
propriis sermonibus. Spondere namque pro amico
est alienam animam in periculo sue conversa-
tionis accipere. Unde et apud extraneum manus
defigitur quia apud curam sollicitudinis
que ante deerat mens ligatur. Verbis
vero oris sui illaqueatus est et propriis ser-
monibus captus quia dum commissis sibi
cogitur bona dicere ipse prius necesse est
que dixerit custodire. Illaqueatur verbis oris
sui dum rationis exigente consortio cogitur ne
eius vita ad aliud quam admonet relaxe-
tur. Unde et apud districtum iudicem cogitur
tanta in opere exsolvere quanta eum constat
aliis voce precepisse. Ubi et bene mox exhor-
tatio subditur ut dicitur. Fac ergo quod
dico fili mi et temetipsum libera quia
incidisti in manum proximi tui. Discurre
festina suscita amicum tuum ne dederis
sompnum oculis tuis nec dormitent pal-
pebre tue. Quisquis enim ad vivendum aliis
in exemplo preponitur non solum ut ipse e-
vigilet sed et ut amicum suscitet admo-
netur. Ei namque vigilanti bene vivendo
non sufficit si non et illum cui preest a
peccati torpore disiungit. Bene namque dicitur
ne dederis sompnum oculis tuis nec dor-
mitent palpebre tue. Sompnum quippe
oculis dare est intentione cessante subditorum
curam omnino negligere. Palpebre vero dormi-
tant cum cogitationes nostre ea que in subditis
arguenda cognoscunt pigredine de-
primente dissimulant. Plene enim dormi-

Hinc ei dicitur: ne dederis somnum oculis tuis
nec dormitent palpebrae tuae. Somnum quippe
oculis dare est intentione cessante subditorum
curam omnino negligere. Palpebrae vero dormitant
cum cogitationes nostrae ea quae in subditis argu-
enda cognoscunt pigritia deprimente dissi-
mulant. Plene enim dormire est commissorum
acta nescire nec corrigere. Non autem dormi-
re sed dormitare est quae quidem reprehendenda sunt
cognoscere sed tamen propter mentis taedium digna
ea increpationibus non emendare. Dormi-
tando enim oculus ad plenissimum soporem ducitur
quia plerumque qui praeest malum quod cognoscit
non resecat ad hoc quandoque negligentiae suae merito
pervenit ut quod a subditis delinquitur nec
cognoscat. Admonendi itaque sunt qui praesunt
ut per circumspectionis studium vel animalia caeli
contendant. Esse ostensa quippe
caeli animalia intus et in circuitu oculis ple-
na describuntur. Dignum quippe est ut cuncti qui
praesunt intus atque in circuitu oculos habeant
quatenus et interni iudicii in semetipsis
placere studeant et exempla vitae
praebentes ea etiam quae in aliis sunt corri-
genda deprehendant. Admonendi sunt sub-
diti ne praepositorum suorum vitam temere iudi-
cent. Si quid eos forte agere reprehensibiliter
viderint ne unde recte mala redarguunt
inde per elationis impulsum in profundiora mer-
gantur. Admonendi sunt ne cum culpas
praepositorum considerant contra eos audaciores fi-
ant. Sed sic si qua valde sunt eorum prava
apud semetipsos diiudicent ut tamen divino
timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae
non recusent. Quod melius ostendimus si
David factum ad medium deducamus.
Saul quippe persecutor cum ad purgandum
ventrem speluncam fuisset ingressus illic cum
viris suis David inerat qui iam tam longo
tempore persecutionis eius mala tolerabat.
Cumque hunc viri sui ad feriendum Saul accen-
derent fregit eos responsionibus suis quia
manum mittere in christum domini non deberet.
Qui tamen occulte surrexit et oram chlami-
dis eius abscidit. Quid enim per Saul nisi
mali rectores, quid per David nisi boni sub-
diti designantur. Saulem vero purgare ventrem
est praepositos conceptam in corde ma-
litiam usque ad opera miseri odoris ex-
tendere et cogitata apud se noxia factis ex-
terioribus consequendo ostendere. Quem tamen
David ferire metuit quia piae subditorum
mentes ab omni peste obtrectationis se
abstinentes praepositorum vitam nullo gla-
dio linguae percutiunt et cum de imperfectione re-
prehendunt. Quia et si quando pro infirmitate se
se abstinere vix possunt ut extrema quae-
dam atque exteriora praepositorum mala sed tamen
humiliter loquantur quasi horam chla-
midis silenter incidunt. Quia videlicet
dum praelatae dignitati salvo innoxie et
latenter derogant quasi regis super-
positi vestem foedant. Sed et tamen ad se re-
redeunt seque vehementissime vel de tenu-
issima verbi laceratione reprehendunt. Unde
bene et illic scriptum est: post haec David per- In libro Regum
cussit cor suum eo quod abscidisset oram chlami-
dis Saul. Facta quippe praepositorum oris gla-
dio ferienda non sunt etiam cum recte reprehen-
denda iudicantur. Si quando vero contra eos vel
in minimis lingua labitur necesse est ut per
afflictionem paenitentiae cor prematur quatenus
ad semetipsum redeat et cum praepositae potestati
deliquerit eius contra se iudicium a quo sibi
praelata est pertimescat. Nam cum praepositis de-
linquimus eius ordini qui eos nobis praetulit ob-
viamus. Unde Moyses quoque cum contra se
et Aaron conqueri populum cognovisset
ait: Nos enim quid sumus? murmurium
contra nos, nec contra nos est murmur vestrum sed
contra dominum etc. ¶ Aliter admonendi
sunt servi aliter domini capitulum V.

Aliter admonendi sunt servi atque aliter domini.
Servi scilicet ut in se semper humilitatem
conditionis aspiciant, domini vero ut na-
turae suae qua aequaliter sunt cum servis condi-
ti memoriam non amittant. Servi admo-
nendi sunt ne dominum despiciant si ordinationi
eius superbiendo contradicunt Deum. Quoque admo-
nendi sunt quia contra Deum de munere eius
superbiunt si eos quos per conditionem tenent

subditos equales sibi per naturam consortii non agnoscunt. Isti amonendi sunt ut agnoscant quales fiant se servos esse dominorum. Illi amonendi sunt ut agnoscant se conservos esse servorum. Istis namque dicitur: Servi, obedite dominis carnalibus. Et rursum: Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos dignos omni honore arbitrentur. Illis autem dicitur: Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia et illorum et vester dominus est in celis. Aliter amonendi sunt sapientes huius seculi atque aliter hebetes. ~~Capitulum~~

Aliter amonendi sunt sapientes huius seculi vel mundi atque aliter hebetes. Sapientes quippe amonendi sunt ut amittant scire que sciunt; hebetes quoque amonendi sunt ut appetant scire que nesciunt. In illis hoc primum destruendum est quod se sapientes arbitrantur; in istis autem edificandum est quicquid de superna sapientia cognoscitur, quia enim minime superbiunt quasi ad suscipiendum edificium corda paraverunt. Cum illis laborandum est ut sapientius stulti fiant, stultam sapientiam deserant et sapientem Dei stultitiam discant; istis vero predicandum est ut ab ea que putatur stultitia ad veram sapientiam vicinius transeant. Illis namque dicitur: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Istis quoque dicitur: Non multi sapientes secundum carnem. Et rursum: Que stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes. Illos plerumque rationis argumenta, istos nonnumquam melius exempla convertunt. Illis nimirum prodest ut in suis allegationibus victi iaceant; istis vero aliquando sufficit ut laudabilia aliorum facta cognoscant. Unde magister egregius sapientibus et insipientibus debitor cum Hebreorum quosdam sapientes, quosdam vero tardiores amoneret, illis de expletione testamenti veteris loquens eorum sapientiam argumento superavit, dicens: Quod antiquatur et senescit prope interitum est. Sed cum solis exemplis quosdam trahendos cerneret, in eadem epistola adiunxit: Sancti ludibria et verbera experti, insuper vincula et carceres; lapidati sunt, secti sunt, temptati sunt, insuper ~~vincula et carceres~~. Et rursum: Mementote prepositorum

[illegible]

vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem; ut quos illos vincens ratio frangeret, istos ad maiora conscendere imitationis blanda suaderet. Capitulum. Aliter amonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Capitulum ~~…~~

Aliter amonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Illos namque ab impudentie vitio non nisi increpatio dura compescit; istos namque ad melius exhortatio modesta componit. Illi se delinquere nesciunt nisi et a pluribus increpentur; istis plerumque ad conversationem sufficit quod eis doctor mala sua saltem leniter ad memoriam reducat. Illos melius corrigit qui invehendo reprehendit; istis autem maior profectus adducitur si hoc quod in eis reprehenditur quasi ex latere tangatur. Impudentem quippe Iudeorum plebem Dominus aperte increpans ait: Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et rursum verecundiam refovet dicens: Confusionis adolescentie tue oblivisceris et opprobrii viduitatis tue non recordaberis, quia dominabitur tui qui fecit te. Impudenter quoque delinquentes Galathas aperte Paulus increpat dicens: O insensati Galathe, quis vos fascinavit? Et rursum: Sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis nunc carne consummemini. Culpas vero verecundium quasi compatiens reprehendit dicens: Gavisus sum in Domino vehementer quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis; occupati enim eratis; ut et illorum culpas increpatio detegeret et horum negligentiam sermo mollior velaret. Capitulum. Aliter amonendi sunt protervi atque aliter pusillanimes. ~~Capitulum~~ IX

Aliter amonendi sunt protervi atque aliter pusillanimes. Illi enim dum valde de se presumunt exprobrantes ceteros dedignantur; isti autem dum nimis infirmitatis sue sunt conscii plerumque in desperationem cadunt. Illi singularia sua estimant cuncta que agunt; isti despecta vehementer putant esse que faciunt, et idcirco in desperationem ~~…~~ franguntur. Subtiliter igitur ab arguente discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent ostendatur quia Deo displicent.

Tunc namque protervos melius corrigimus cum
ea que bene gessisse sciunt nulla gesta mon-
stramus ut unde adepta gloria creditur in
verbis confusio subsequatur. Aliquando vero cum
se vitium protervie minime perpetrare cognoscunt
compendiosius ad correctionem veniunt si alterius
culpe manifestioris ex latere requisite
confundantur ut ex eo quod defendere nequeunt
cognoscant se tenere improbe quod defendunt.
Unde cum protervire Paulus Corinthios ad-
versum se invicem cerneret et alius
alius Pauli alius Apollo alius Cephe
alius Christi se esse diceret incestus culpam
in medium deduxit que apud eos et per-
petrata fuerat et incorrecta remanebat
dicens: Auditur inter vos fornicatio et talis for-
nicatio qualis nec inter gentes ita ut uxo-
rem patris quis habeat et vos inflati estis
et non magis luctum habuistis ut tolleretur de
medio vestrum qui hoc opus fecit. Ac si
aperte dicat: Quid vos per protervitatem alte-
rius illius esse dicitis qui per dissolutionem negligencie
nullius vos esse monstratis. At contra pusil-
lanimes aptius ad iter bene agenda
reducimus si quedam illorum bona collateraliter
requiramus ut dum in eis alia reprehendendo
corripimus alia amplectendo laudamus
eorum teneritudinem laus audita
nutriat quam culpa increpata castigat. Plerum-
que vero utilius apud illos proficimus si et illorum
bene gesta memoramus et si qua ab
eis inordinate gesta sunt non iam tamquam
perpetrata corripimus sed quasi adhuc ne perpe-
trentur debeant prohibemus ut et illa que probamus
applaudentes illatus favor augeat et contra ea
que reprehendimus magis apud pusillanimes
exhortatio verecunda convalescat. Unde idem
Paulus cum Thessalonicenses in accepta predica-
tione quadam vicini finis formidine cognosceret
pusillanimitate turbatos prius in eis que
fortia perspicit laudat et caute monendo
postmodum que infirma sunt roborat. Ait
enim: Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres
ita ut dignum est quoniam supercrescit et habundat
caritas uniuscuiusque vestrum in invicem ita
ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis
Dei pro patientia vestra et fide. Qui tamen blanda
hec vite eorum preconia premittens paulo post

subdit dicens: Rogamus autem vos fratres per ad-
ventum Domini nostri Jesu Christi et congregationis nostre in
ipsum ut non cito moveamini a vestro sensu
neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque
per epistolam tamquam per nos missam quasi instet
dies Domini. Egit namque verus doctor ut prius
audirent laudati quod recognoscerent et post quod
exhortati sequerentur quatenus eorum mentem ne admo-
nitio subiuncta concuteret laus premissa solidaret.
Et quos commotos esse vicini finis suspicione
cognoverat iam non redarguebat motos sed quasi
transacta nescientes adhuc commoveri prohibebat
ut dum de ipsa levitate motionis predicatori
suo se incognitos esse crederent tanto reprehensibile
quanto et cognosci ab illo formidarent fugerent.

Quomodo aliter admonendi sunt impatientes atque ali-
ter patientes. Capitulum nonum.

Aliter admonendi sunt impatientes atque aliter pa-
tientes. Dicendum namque est impatientibus
quia dum frenare spiritum negligunt
per multa etiam que non appetunt abrupta iniqui-
tatis rapiuntur, quia videlicet mentem impellit fu-
ror quo non trahit desiderium et agit commota velud
nesciens unde post doleat sciens. Dicendum
quoque est impatientibus quod dum motionis im-
pulsu precipites quedam velut alienati pe-
ragunt vix mala sua postquam fecerint perpetrata
cognoscunt. Cumque perturbationi sue minime
obsistunt et si qua a se tranquilla mente fuerant
bene gesta confundunt et improviso impulsu que
forsitan diu labore provido construxerunt
ipsa namque que mater est omnium custosque virtutum per
impatientie vitium virtus caritatis amittitur.
Scriptum quippe est: Caritas patiens est.
Igitur cum minime patiens est caritas non
est. Per hoc quoque impatientie vitium ipsa virtutum
nutrix doctrina dissipatur. Scriptum namque est:
Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo
quisque minus ostenditur doctus quanto minus inve-
nitur patiens. Neque enim potest veraciter bo-
na docendo impendere si vivendo nescit equa-
nimiter aliena mala tolerare. Per hoc quoque
impatientie vitium plerumque mentem arrogancie
culpa transfigit quia dum despici in mundo
hoc quisque non patitur bona si qua sibi occulta
sunt ostentare conatur atque sic per

per impatientiam venit usque ad arrogantiam
dicitur. Dicitur quia per desperationem non potest dili-
gentis semetipsum in ostentatione gloriatur.
Unde Ecclesiastici est melior est patiens arrogante
quia videlicet eligit patiens quaslibet mala perpeti
quam per ostentationem virtutum bona sua occulta vel gloriosa.
Et contra eligit arrogans bona de se etiam
falsa iactari ne mala possit vel minima perpeti.
Quinta igitur cum patientia vel longanimitate etiam bona
reliqua que nimis congesta sunt et destruuntur.
Unde legitur apud Ezechielem de maceria. Dicitur
fossa perforabit. Et in ea videlicet supposita fuerat
arca [illegible] fuerint. Si enim in altari fossa non esset
fiet superveniens aura destrueret [illegible] de quo
quod in eo sacrificium imponitur. Quid vero est altare
dei nisi anima iusti? Quia quod bona egerit tot
super se ante oculos sacrificia imponit. Quid
vero est altaris fossa nisi humilitas patientia que dum mentem
ad adversa tolleranda humiliat quasi mens
sinus habet ymo potentiam demonstrat. Fossa
ergo in altari fiat ne suppositum sacrificium
aura dispergat. Quia et electorum mentes patientiam
custodiat ne commota vento impatientie et hoc
quod bene operata est amittat. Unde et hec etiam
fossa unius cubiti et mensuratum quia ni-
mirum si patientia deseritur unitatis mensura
perditur. Unde et Paulus ait: Invicem onera
vestra portate et sic adimplebitis legem
Christi. Lex vero Christi est karitas, unitas quam solam
perficiunt qui nec tunc excedunt. Audiat
impatientes quod scriptum est: Melior est patiens
viro forti et qui dominatur animo suo expugna-
tore urbium. Minor est enim victoria urbium
quia quos sibi subiungitur. Valde autem maius est
quod per patientiam vincitur quia ipse a se animus superatur
et semetipsum sibimetipsi subiicit. Qui cum
patientia mentis fruatur [illegible] [illegible]. Audiant
patientes quod electis suis veritas dicit: In
patientia vestra possidebitis animas vestras. Qui
enim credunt [illegible] sumus nos etiam et
anima possidebat corpus suum vos autem [illegible]
possessione repelli [illegible] non prius animas
nos possidemus. Custodiam quoque [illegible]
patientiam dum ex nostrum quod in ipsa nos
possidet nos in ipsos docuit. Quinta quoque
sic impatientie culpa cognoscamus per quam et hoc
ipsum amittimus quod sumus. Audiant et

impatientes quod per Salomonem dicitur: Totum
spiritum suum profert stultus, sapiens
autem differt et reservat in posterum. Impatientie quippe
impellente agitur ut totus spiritus foras
feratur. Quem inde citius perturbatio
eicit quod nulla intus disciplina sapientie
circumcludit. Sapiens autem differt et reservat in
posterum. Laesus enim impetus se ulcisci non
desiderat quia et tolerans parcit, optat tamen
ut iuste vindicari omnia quoniam iudicio non
ignorat. Et sic contra admonendi sunt patien-
tes ne in eo quod exterius portant interius
doleant ne tante virtutis sacrificium quod
integre foras ymmolant intus malicie
peste corrumpant et cum ab hominibus non ag-
noscitur sed cum sub divina examinatione patet
tamen doloris culpa doloris fiat quo sibi
ante homines virtutis speciem vendicat. Dicendum
itaque est patientibus ut studeant diligere
quos sibi necesse est tolerare ne si patientiam
dilectio non sequatur in deteriorem culpam eciam
virtus ostensa vertatur. Unde Paulus cum
dicit: Caritas patiens est, illico adiunxit
benigna est. Videlicet ostendens quia quos ex patientia
tolerat amare etiam ex benignitate non cesset.
Unde idem doctor egregius cum patientiam
discipulis suaderet dicens: Omnis amaritudo
et ira et indignatio et clamor et blasphemia
tollatur a vobis. Quasi cunctis exterius iam bene
positis ad interiora convertitur dicens: Cum
omni malicia quia nimirum frustra indignatio
clamor et blasphemia ab exterioribus tollitur
si in interioribus vitiorum mater malicia dominatur
et incassum foras nequitia ex ramis inciditur
si in radice pravitatis interius inveta
servatur. Unde et per se semetipsam veritas
dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite
hiis qui vos oderunt, orate pro persequentibus
et calumpniantibus vos. Virtus itaque est
coram hominibus adversarios tolerare sed virtutem
coram deo diligere. Quia hoc ipsum solum
sacrificium deus accipit quod ante eius oculos
in altari boni operis flamma karitatis incen-
ditur. Quinta que rursum quibusdam patientibus
nec tamen diligentibus dicit: Quid autem vides
festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo
tuo non vides? Perturbatio quippe impatientie

festinat [illegible] Malicia vero [illegible] turbas mo-
tio quam illam nam animi tempestatis agitatio-
[illegible] quod consuetudo magna pene in multitu-
portat. Dicti vero aliter subiungit ypocrita
eice primum trabem de oculo tuo et tunc vide-
bis eicere festucam de oculo fratris tui. Sic si
dicatur quieti in iniquitatibus dolentis et saniem
si compatiens per pacientiam demonstrata comportabat
molem malicie cordis et tunc alios de impa-
ciencie levitate reprehendit. Sic est dicendum non sin-
des [illegible] bona [illegible] est sic aliena pu-
[illegible] alienum. Sciendum in pluribus pacientibus
solet ut eo quidem tempore quo vel adversa pa-
ciuntur vel contumelias audiunt nullo dolore
pulsentur et sic pacienciam exhibeant ut custo-
dire et cordis innocenciam non amittant.
Sed cum post paululum hec ipsa que pertu-
lerint ad memoriam revocant igne
se doloris inflammant argumenta ultionis
inquirunt. Et mansuetudinem quam tolle-
rando habuerunt retractando in maliciam
vertunt. Quibus citius a predicante succurritur
si que sit huius permutationis causa pandatur. Calli-
dus namque adversarius bellum contra duos mo-
vet unum videlicet inflammans ut contumelias
prior inferat alterum provocans ut contumeliis
lesus reddat. Sed plerumque dum huius iam
victor est qui iniuriam persuasus
irrogat ab illo vincitur qui illatam sibi
equanimiter portat. Unde ergo victor eius
quem concitando subiugavit tota contra alterum
virtute se erigit eique se fortiter
resistere et vincentem dolet. Et quem commovere
in ipsa contumeliarum illatione non potuit ab
aperto certamine interim cessans et secreta sug-
gestione cogitationes lacessens aptum de-
cipiendi tempus inquirit. Quia enim publico
bello perdidit ad exercendas occultas insi-
dias exardescit. Quietis namque iam
tempore ad victoris animum redit et vel rerum
dampna vel iacula contumeliarum ad memo-
riam reducit. Cunctaque que sibi illata
sunt vehementer exaggerans intolerabi-
lia valde ostendit tantoque merore mentem
conturbat ut plerumque vir paciens illa
se equanimiter tollerasse post victo-
riam captivus erubescat. Et quod non

non reddidisse contumeliam doleat et deteriora repen-
dere si occasio prebeatur exquirit. Quibus ergo isti
sunt similes nisi hiis qui per fortitudinem
in campo victores sunt sed per negligenciam
postmodum intra urbis claustra capiuntur. Qui-
bus sunt similes nisi hiis quos irruens
gravis languor a vita non subtrahit sed
levis veniens recidiva febris occidit. Ammo-
nendi sunt ergo pacientes ut cor post victo-
riam muniant ut hostem publico bello
superatum insidiari menibus mentis intendant
ut languorem plus serpentem timeant ne
hostis callidus in deceptione postmodum
maiore exultatione glorietur quo illa diu
contra se rigida colla victoris calcat.

Aliter ammonendi sunt benivoli atque aliter invidi — Ca. 37

Aliter ammonendi sunt benivoli atque ali-
ter invidi. Ammonendi namque sunt benivoli
ut sic alienis bonis congaudeant
quatenus hec et propria concupiscant sic et pro-
ximorum facta diligendo laudent ut ea etiam
imitando multiplicent. Ne si in huius vite
stadio ad certamen alienum
devoti fautores sed pigri spectatores assi-
stunt eo post certamen sine bravio remaneant
quo nunc in certamine non laborant. Et eo-
rum tunc palmas afflicti respiciant in quorum nunc
laboribus ociosi perdurant. Valde quippe
peccamus si aliena bene gesta non diligimus
sed nichil mercedis agimus si ea que dili-
gimus in quantum possumus non imitamur. Dicendum
namque est benivolis quia si imitari bona minime
festinant que laudantes approbant sic eis
virtutum sanctitas sicut stultis spectatoribus
ludicrarum artium vanitas placet.
Illi namque aurigarum atque histrionum gesta
favoribus efferunt nec tamen esse
desiderant quales illos conspiciunt
quos laudant. Mirantur eos placita egisse
sed tamen similiter devitant placere. Dicendum
benivolis est ut cum facta proximorum conspiciunt
ad suum cor redeant et de alienis actibus
non presumant ne bona laudent et agere
recusent. Gravius quippe ultima dampnatione
feriendi sunt quibus placuit quod imitari
noluerunt. Ammonendi sunt invidi ut
perpendant quante cecitatis sunt qui de alieno

profectu proficiunt aliena exaltatione contabescunt.
Quam infelicitatis sunt qui melioratione proximi
deteriores fiunt. Dumque augmenta crescentis alienae
prosperitatis aspiciunt apud semetipsos afflicti
cordis sui peste moriuntur. Quid istis infeli-
cius quos dum conspectu felicitatis afficit pena
nequiores reddit. Aliorum vero bona quae habere
non possunt si diligerent sua fecissent. Sic
quippe sunt universi consistentes in fide quasi
multa membra in uno corpore quae per officium
quidem diversa sunt, sed quo sibi vicissim
congruunt unum fiunt. Unde fit ut pes per
oculum videat et oculi per pedes gradiuntur.
Ut auditus aurium serviat et ad usum suum
auribus oris lingua concurrat, suffragetur
manibus venter, nonne operentur manus.
In ipsa igitur corporis positione accipimus quod in actione
servemus. Nimis ergo turpe est non imitari
quod sumus. Nostra sunt nimirum quae et si imitari
non possumus amamus in aliis, et amantium
sunt quae amantur in nobis. Hinc ergo pensent
invidi. Caritatis quanta virtus est quae ali-
eni laboris opera nostra sine labore facit.
Dicendum itaque est invidis quia dum se a livore
minime custodiunt in antiquam versuti hostis
nequitiam dimerguntur. De illo namque
scriptum est: Invidia diaboli mors introivit in
orbem terrarum. Quia enim ipse caelum perdidit
conditum hoc homini invidit, et damnationem
suam perditus cumulat alios perdendo cu-
mulat. Admonendi sunt invidi ut conspiciant
quantis lapsibus succrescentis ruinae subiaceant
quia dum livorem a corde non proiciunt ad
apertas operum nequitias devolvuntur. Nisi enim
Cain invidisset acceptam fratris hostiam
minime pervenisset ad extinguendam
vitam. Unde scriptum est: Et respexit dominus ad
Abel et ad munera eius, ad Cain vero et ad mu-
nera eius non respexit. Iratusque est Cain
vehementer et concidit vultus eius. Livor sacri-
ficii fratricidii seminarium fuit. Nam quem me-
liorem se esse doluit ne utcumque esset ampu-
tavit. Dicendum est invidis quia dum se ista
intrinsecus peste consumunt et quicquid in se boni
videntur habere interimunt. Unde scriptum est: Vi-
ta carnium sanitas cordis, putredo ossium in-
vidia. Quid enim per carnem nisi infirma quaedam ac te-
nera, et quid per ossa nisi fortia acta
signantur? Et plerumque contingit ut quidam
cum cordis innocentia in nonnullis suis actibus

infirmi videantur. Quidam vero iam coram
humanis oculis robusta exerceant, sed
tamen erga aliorum bona intus invidiae pesti-
lentia tabescant. Bene ergo dicitur: Vita car-
nium sanitas cordis, quia si mentis innocentia
custoditur, etiam si qua foris infirma sunt quandoque
roborantur. Et recte illic subditur: Putredo ossium
invidia, quia per livoris vitium ante dei oculos pereunt
etiam quae humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe
per invidiam putrescere est quaedam etiam robusta
perire. C. XI. Quod aliter amonendi sunt simplices
atque aliter impuri. Capitulum

Aliter amonendi sunt simplices atque ali-
ter impuri. Laudandi sunt simplices
quod student numquam falsa dicere, sed
amonendi sunt ut noverint nonnumquam vera reti-
cere. Sicut enim semper dicere falsa obest, Ita non-
numquam quibusdam auditu vera nocuerunt.
Unde coram discipulis dominus locutionem suam
silentio temperans ait: Multa habeo vobis
dicere, sed nunc non potestis illa portare modo.
Amonendi sunt igitur simplices ut sicut fallaciam
semper utiliter vitant, ita veritatem semper utiliter profe-
rant. Amonendi sunt ut simplicitatis bono pru-
dentiam adiungant. Quatenus sic secu-
ritatem de simplicitate possideant ut
circumspectionem prudentiae non amittant. Hinc
per doctorem gentium dicitur: Volo vos sapientes
esse in bono, simplices in malo. Hinc electos
sibi veritas per semetipsam amonet dicens:
Estote prudentes sicut serpentes et sim-
plices sicut columbae. Quia videlicet in electorum
cordibus et simplicitatem columbae astutia
serpentis acuat, et serpentis astutiam columbae
simplicitas temperet. Quatenus nec
seducti per prudentiam calleant, nec
ab intellectus studio ex simplicitate torpescant.
Contra vero amonendi sunt impuri ut quam gravis
sit quem cum culpa sustinent duplicitatis
labor agnoscant. Dum enim deprehendi
metuunt semper improbas defensiones querunt,
semper pavidis suspicionibus agitantur. Nihil
vero est ad defendendum sinceritate tutius,
nihil ad dicendum facilius. Nam dum falla-
ciam suam tueri cogitur duro cor
labore fatigatur. Hinc namque scriptum
est: Labor labiorum ipsorum operiet eos. Qui
enim nunc implet, tunc operit. Quia
cuius nunc animum per blandam inquietudi-
nem erigit, tunc per asperam retributionem

[illegible] habent per Ieremiam dicitur: Docuerunt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent laboraverunt. Ac si aperte diceretur: Qui amici esse veritatis sine labore poterant, ut peccent laborant; cumque vivere simpliciter renuunt, laboribus exigunt ut moriantur. Nam plerumque in culpa deprehensi, dum quales sint cognosci refugiunt, sese sub fallacie velamine abscondunt, et hoc quod peccant, quod iam aperte cernitur, excusare moliuntur; ita ut sepe is qui eorum culpas corripere studet, assertae falsitatis nebulis seductus, pene amisisse videatur quod de eis iam certum tenebat. Unde recte sub Iudee specie per prophetam contra peccantem animam excusantemque se dicitur: Ibi habuit foveam hericius. Ericii quippe nomine impura mentis sese callide defendentis duplicitas designatur, quia videlicet ericius cum apprehenditur, et caput eius cernitur et pedes videntur et corpus omne conspicitur; sed mox ut apprehensus fuerit, semetipsum in speram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, et intra tenentis manus totum simul amittitur quod totum simul ante videbatur. Sic nimirum sic impure mentes, cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput namque ericii cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserit videtur; pedes ericii conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequicia sit perpetrata cognoscitur; et tamen adductis repente excusationibus impura mens intrinsecus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis sue vestigia abscondit. Caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse se aliquid mali ostendit. Et quasi spera in manu tenentis remanet, quia is qui corripit cuncta que iam cognoverat subito amittens involutum intra conscientiam peccatorem tenet; et qui totum iam deprehendendo viderat, tortuose prave defensionis illusus totum pariter ignorat. Foveam ergo ericius in reprobis habet, quia malicia se mens duplicis intra semetipsam colligens abscondit in tenebris defensionis. Audiant duplices quod scriptum est: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Fiducia quippe magne securitatis est simplicitas actionis. Audiant quod per sapientis os dicitur: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Audiant quod rursum scriptura teste perhibetur: Et cum simplicibus sermocinatio eius. Deo namque sermocinari est per illustrationem sue presentie humanis mentibus archana revelare. Cum simplicibus ergo sermocinari dicitur, quia de supernis misteriis illorum mentes radio sue visitationis illuminat, quos nulla umbra duplicitatis obscurat. Est autem speciale duplicium malum, quod dum per perversam atque duplicem actionem ceteros fallunt, quasi prudentes se esse gloriantur; et quia districtionem retributionis non considerant, dampnis suis miseri congaudent. Audiant autem quomodo super illos propheta Sophonias vim divine animadversionis intentat, dicens: Ecce dies Domini venit magnus et horribilis, dies ire dies illa, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris super omnes civitates munitas et super omnes angulos excelsos. Quid enim in civitatibus munitis nisi suspecte mentes et fallaci semper defensione circumdate? que quotiens earum culpa corripitur, veritatis ad se iacula venire non sinunt. Et quid per excelsos angulos (duplex quippe semper in angulis paries est) nisi duplicia corda signantur? que dum simplicitatis veritatem fugiunt, ad semetipsa quodammodo duplicitatis perversitate replicantur; et quod est deterius, apud cogitationes suas ex ipsa se culpa prudentie fastu extollunt. Dies ergo Domini vindicte atque animadversionis plena super civitates munitas et super angulos excelsos venit, quia et humana corda contra veritatem defensionibus clausa ira extremi iudicii destruit, et duplicitatibus involuta dissolvit. Tunc enim munite civitates cadunt, quia mentes Deo impenetrabiles dampnabuntur. Tunc excelsi anguli corruunt, quia corda que se per prudentie duplicitatem erigunt, per iusticie sententiam sternuntur. (fictum)

Quomodo aliter ammonendi sunt incolumes atque aliter egri. Capitulum xxxiij (Capitulum 36; Capitulum 36)

Aliter ammonendi sunt incolumes atque aliter egri. Ammonendi sunt incolumes ut salutem corporis exerceant ad

ad salutem mereri non si accepte medicine
tactus gravem adversum nequaquam inclinamus
sermo dictus fiant et ea postmodum supp
licia generis moriantur quoniam largito
ribus bonis dei malo non metuunt Quomo
modi sunt medicines non oportunitate salutis
impetrande pinguedine conspiciunt Scriptum namque
est Vocat mentem spiritus a corpore exeuntes dicens
salutes Quemadmodum sicut non placet deo si tamen
possint non volunt et cum volunt sanare non
possunt hinc est enim quod post sapientia dicit
quos prius dimarum renuentes vocavit
dicens vocavi et renuistis extendi manum
meam et non fuit qui aspiceret despexistis
omne consilium meum et increpationes meas
neglexistis Ego quoque in interitu vestro
ridebo et subsannabo cum vobis quod timebatis
advenerit et cetera Tunc invocabunt
me et non exaudiam consurgent et
non invenient me Salus vero corporis
quam ad bene operandum accepta conspicitur
quam sic inimicis amissa sentitur Et infirmi
tas si ad utilitatem quae quo ergo non cassa
tempore utili non habetur Unde bene per Sa
lomonem dicitur Ne des alienis honorem
tuum et annos tuos crudeli ne forte impleantur extranei
viribus tuis et labores tui sint in domo a
liena et gemas in novissimis quando consumpseris carnes et corpus
tuum Quem namque nobis alieni sunt nisi ma
ligni spiritus qui a celesti patria separati
quid honor noster est nisi quod in luteis
corporibus conditi Ad conditoris tamen
nostri sumus ymaginem et similitudinem conditi
nec quis alius crudelis est nisi ille apostaticus
angelus qui et semetipsum pena mortis
et superbiendo perculit et inferre mortem
humano generi et perditus non pepercit Ho
norem igitur suum alienis dant qui ad
dei ymaginem ac similitudinem conditi vite
sue tempora malignorum spirituum volup
tatibus amministrant annos suos crudeli
tradunt qui ad voluntatem male dominantis
adversarii accepta vivendi spacia ex
pendunt Ubi bene subditur ne forte im

pleantur extranei viribus tuis et labores tui
sint in domo aliena Qui enim per acceptam
valitudinem corporis per virtutem sibi sapientiam
non operantur virtutibus sed pravi
tatibus viciis et laborem nequaquam suis
viribus suam domum sed extraneos habitacula
id est immundorum spirituum facta complent videlicet
vel luxuriando vel superbiendo agentes ut
etiam se addita perditorum numeris crescat Unde
et subditur et gemas in novissimis quando consumpseris
carnes et corpus tuum Plerumque enim accepta
salus carnis per vicia expenditur sed cum
repente subtrahitur cum molestiis caro affi
citur cum iam egredi anima urgetur diu male
habita quasi ad bene vivendum salus amissa
requiritur et tunc gemunt homines quod deo
servire noluerunt quando dampna sua ne
gligencie reparare nequaquam serviendo
possunt Unde alias dicitur Cum occideret eos tunc
inquirebant eum Admonendi
sunt egri ut eo se filios dei sentiant
quo illos discipline flagella castigant
Nisi enim correctis hereditatem dare dis
poneret erudire eos per molestias non cu
raret Hinc namque ad Iohannem per
angelum dicit quos amo arguo et castigo
Hinc rursum scriptum est Fili mi noli
negligere disciplinam domini neque fatigeris dum
ab eo argueris Quem enim diligit dominus
castigat et flagellat autem omnem filium
quem recipit Hinc psalmista ait
Multe tribulaciones iustorum Hinc beatus quoque Iob
in dolore clamans ait Si iustus fuero
non levabo caput saturatus afflictione et
miseria Admonendi sunt egri ut si cele
stem patriam suam credunt necesse est ut in hac
velut alienam penas paciantur Hinc est
enim quod lapides foris tunsi sunt ut in structuram
templi domini absque mallei sonitu po
nerentur Quia videlicet nunc foris per
flagella tundimur ut intus in templum dei
postmodum sine discipline percussione dis
ponamur Considerandum quod in nobis
superfluum est percussio resecat et solida
mentis structura concordia ligat Admonendi
sunt egri ut considerent pro percipiendis
carnis hereditatibus quam duris car
nales filios discipline flagella castigant

Hinc ergo nobis divine correptionis pena
gravis est quia per quam et in(?) magis amicicia(?) hec
tus pervenitur et in(?) fr(atr)es iudicii supplicia evitantur
sunt et cum paulus ait: patres quidem
carnis nostre habuimus eruditores et reverebamur eos non
multo magis obtemperabimus patri spirituum et vi-
vemus et illi quidem in tempore paucorum dierum
secundum voluntatem suam erudiebant nos hic
autem ad id quod utile est in recipiendo sancti-
ficationis eius. Alio modo sunt egri ut considerent
quanta salus cordis sit molestia corporalis
corporalis que ad cognitionem sui mentem re-
vocat. Et quam plerumque salus salus abiciat(?)
infirmitatis memoria(?) reformat ut tu(?) animus
extra se in elationem ducitur cui sit cedendum flagel-
lis(?) expertus(?) quam sustinet carnis
memoretur. Quod recte per Balaam si tamen ver-
bum dei sub sequi obediendo voluisset in itine-
ris sui(?) mora designatur. Balaam
namque ad propositum tendere sed eius
votum animal cui presidebat prohibebat. Quod ubi
quippe inmota asina angelum videt que
humana mens non videbat. Quia plerumque caro
per molestias tarda flagellis suis indicat menti
deum quam mens ipsa que carni presidebat non
videbat. Ita ut anxietatem spiritus proficere in hoc
mundo cupientis velud iter tendentis impediat
donec ei invisibilem que sibi obviat innotes-
cat. Unde et bene per Petrum dicitur: Correptionem
habuit sue vesanie subiugale mutum quod
in hominis voce loquens prohibuit prophete insipi-
enciam. Insanus quippe homo a subiugali
muto corripitur quando elata mens humilitatis bonum
quod tenere debet ab afflicta carne memoratur. Sed
huius correptionis donum idcirco balaam non
obtinuit quia ad maledictionem pergens vocem
non mentem mutavit. Alio modo sunt egri
ut considerent quanta sit magnis molestia
corporis. Quia enim admissa peccata diluunt
et ea que potuerunt admitti compescunt
que sumpta ab exterioribus plagis percussionibus mentem
penitencie vulnera infligunt. Unde scriptum est: Li-
vor vulneris absterget mala et plage in
secretioribus ventris. Livor namque vul-
neris abstergit quia flagellorum dolor et cogi-
tacionis vel perverse nequicias diluit. Ven-
tris nomine appellatione mens accipi solet
venter consumit escas ita mens pertractas

corrigit curas. Quia enim mens ventris dicitur ex
sententia docetur qua scriptum est: Lucerna domini spiraculum
hominis que investigat omnia secreta ventris ac
si dicatur: divini afflatus illuminatio cum in men-
tem hominis venit eam sibimetipsi illuminans
ostendit que ante spiritus sancti adventum cogitationes
pravas et portare poterat et pensare nesciebat.
Livor ergo vulneris abstergit mala et plage in
secretioribus ventris quia cum exterius percutimur ad
peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique re-
vocamur. Ante oculos nostros cuncta que
a nobis sunt male gesta reducimus et per hoc
quod foris patimur magis intus quod fecimus dole-
mus. Unde fit quod inter aperta vulnera corporis
amplius nos abluat plaga secreta ventris.
Quia sanat nequicias pravi operis occultum
vulneris doloris. Alio modo sunt egri quod pacienciam
servantes fuerint ut mereantur quatinus recep-
tor in abiectis quos cernit pertulit mali
considerent quod tot obiectu dierum exprobria
sustinuit quod de manu antiqui hostis capti-
vorum occidere animas rapiens insultantium
alapas accepit. Quia nos aqua nos salutis
diluens(?) expuitorum(?) spuitos faciem non ab-
scondit. Quia advocatus suo nos ab eternis
suppliciis liberans tacitus flagella
Quia nobis inter angelorum choros perhennes
honores tribuens colaphos pertulit. Quia
nos a punctionibus peccatorum salvans spinis caput
subponere non recusavit. Quia eterna nos dulcedine
inebrians in siti sua fellis amaritudine
accepit. Quia qui pro nobis patrem cum divini-
tate esset equalis adoravit sub irrisione
adoratus tacuit. Quia vitam mortuis preparans
usque ad mortem ipsa vita pervenit. Cur ergo
asperum creditur ut a deo homo toleret fla-
gella pro malis si tanta deus ab hominibus
pertulit mala pro bonis. Aut quis sana in-
telligentia de percussione sua ingratus existit
si ipse hinc sine flagellis non exiit qui hic
sine peccato vixit.

Alii nonnulli sunt qui flagella me-
tuunt et saltem correpti innocenter vivunt. Atque
alii nonnulli sunt qui tanta iniquitate duruerunt
ut neque per flagella corrigantur. Alii vero neque
flagella timentibus ut a bonis actibus neque
pro indigno desiderant que ad ea que prius viderant

et mala potius nequaquam velut intolerabilia
fugiant quibus hic plerosque et bonos affici
non ignorant. Admonendi sunt ut si malis iudicii
carere desiderant, eterna supplicia perhorrescant,
nec in hoc suppliciorum timore remaneant,
sed ad amoris gratiam nutrimento caritatis excrescant.
Scriptum quippe est: Perfecta caritas foras mittit ti-
morem. Et rursum scriptum est: Non accepistis spiritum
servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum ad-
optionis filiorum in quo clamamus Abba pater.
Unde idem doctor iterum dicit: Ubi spiritus Domini ibi
libertas. Si igitur adhuc a pravitatis actione formi-
data pena prohibet, profecto formidantis animum
nulla spiritus libertas tenet. Nam si penam non me-
tueret, culpam procul dubio perpetraret. Ignorat
itaque mens gratiam libertatis quam ligat servitus
timoris. Bona enim per semetipsa amanda sunt,
et non penis compellentibus consequenda. Nam
qui propterea bona facit quia tormentorum mala
metuit, vellet non esse quod metuat ut audenter
illicita committat. Unde luce clarius constat quod
coram Deo innocentia amittitur, cuius oculis
desiderio peccatur. At contra hii quos ab iniquitatibus
nec flagella compescunt tanto acriori invectione
feriendi sunt quanto maiori insensibilitate du-
ruerunt. Plerumque enim sine dedignatione dedignandi
sunt, sine desperatione desperandi, ita duntaxat
ut ostensa desperatio formidinem incutiat et sub-
iuncta admonitio ad spem reducat. Districte
itaque contra illos divine sententie proferende sunt ut ad
cognitionem sui consideratione eterni iudicii re-
vocentur. Audiant enim in se impletum esse quod scriptum
est: Si contuderis stultum in pila quasi tipsanas feriente
desuper pilo non auferetur ab eo stultitia eius. Con-
tra hos per prophetam Dominus queritur dicens: Attrivisti
eos et renuerunt accipere disciplinam. Hinc est
quod Dominus dicit: Interfeci et perdidi populum istum et
tamen a viis suis non sunt reversi. Hinc rursus ait:
Populus non est reversus ad percutientem se. Hinc voce
flagellantium propheta: Curavimus Babilonem et non
est sanata. Babilon quippe curatur nec tamen ad sani-
tatem reducitur, quando mens in prava actione confusa
verba correptionis audit, flagella correptionis per-
cipit, et tamen ad recta salutis itinera redire
contempnit. Hinc captivo israelitico populo nec tamen
ab iniquitate converso Dominus exprobrat dicens:
Versa est michi domus israel in scoriam; omnes isti
es et stagnum et ferrum et plumbum in medio fornacis.
Ac si aperte dicat: Purgare eos igne tribulationis
volui, et argentum illos vel aurum fieri quesivi,
sed in fornace michi in es, stagnum, ferrum
et plumbum versi sunt, quia non ad virtutem sed ad vicia
etiam in tribulatione proruperunt. Es quippe percutitur

amplius metallis ceteris sonitum reddit. Qui
ergo in percussione positus erumpit ad sonitum
murmurationis, in ere versus est in medio fornacis.
Stagnum vero cum ex arte componitur argenti
speciem mentitur. Qui igitur simulationis vitio non caret
in tribulatione, stagnum factus est in fornace. Ferro
autem utitur qui vite proximi insidiatur. Ferrum
itaque in fornace est qui nocendi maliciam
non amittit in tribulatione. Plumbum quoque ceteris me-
tallis est gravius. In fornace igitur plumbum invenitur
qui aptius sui pondere premitur ut etiam in tribulatione
positus a terrenis desideriis non levetur. Hinc
rursum scriptum est: Multo labore sudatum est
et non exivit de ea nimia rubigo eius
neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis
admovet ut in nobis rubiginem viciorum purget,
sed nec per ignem rubiginem amittimus quando et inter
flagella vitio non caremus. Hinc propheta iterum
dicit: Frustra conflavit conflator, malitie eorum
non sunt consumpte. Sciendum vero est quod nonnumquam
cum inter flagellorum duriciam remanent
incorrecti, dulci sunt admonitione mulcendi.
Quos enim cruciamenta non corrigunt nonnumquam
ab iniquis actibus levia blandimenta compes-
cunt. Nam et plerumque egros quos fortis pigmentorum
potio curare non valuit ad salutem pristinam
tepens aqua revocavit, et nonnulla
vulnera que curari incisione nequeunt fomentis
olei sanantur, et durus adamas incisionem
ferri minime recipit, sed levi hircorum sanguine
mollescit. Aliter admonendi sunt
taciti atque aliter multiloquio va-
cantes. Capitulum 38.

a Aliter admonendi sunt nimis taciti, atque
aliter multiloquio vacantes. Insinuandum
namque est nimis tacitis quod dum quedam vicia
incaute fugiunt occulte deterioribus implicantur.
Nam sepe linguam quia immoderatius fre-
nant, in corde gravius multiloquium tolerant,
ut eo plus cogitationes in mente ferveant
quo illas violenta custodia indiscreti
silentii angustat. Que plerumque tanto
latius defluunt quanto se esse securius
estimant, quia foris a reprehensoribus non videntur.
Unde nonnumquam mens in superbiam tollitur
et quos loquentes audit quasi infirmos despicit.
Cumque os corporis claudit, quantum se vitiis
superbiendo aperiat non agnoscit. Linguam
enim premit, mentem levat, et cum sua
nequitiam minime considerat, tanto apud
se cunctos liberius quanto et secretius accusat.
Admonendi sunt igitur nimis taciti ut scire

prudentia

iustitia

sollicite studeant non solum quales foris ostendere sed eciam quales se debeant intus exhibere ut plus ex cogitationibus occultum iudicium quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Scriptum namque est fili mi attende sapienciam meam et prudencie mee inclina aurem tuam ut custodias cogitaciones. Nichil quippe in nobis est corde fugacius quod a nobis tociens recedit quociens per pravas cogitaciones defluit. Hinc etenim psalmista dicit cor meum dereliquit me. Hinc ad semetipsum rediens dicit invenit servus tuus cor suum ut oraret te. Cum ergo cogitacio per custodiam restringitur cor quod fugere consueverat invenitur. Plerumque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta paciuntur eo in acriorem dolorem prodeunt quo ea que sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquilla lingua diceret a consciencia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant. Nam cum putredo que interius fervet eicitur ad salutem dolor aperitur. Scire ergo debent qui plus quam expedit tacent ne inter molestias que tolerant dum linguam tenent vim doloris exaggerent. Admonendi namque sunt ut si proximos sicut se diligunt minime illis taceant unde eos iuste reprehendunt. Vocis enim medicamine utrorumque saluti concurritur dum et ab illo qui infert actio prava compescitur et ab hoc qui sustinet doloris fervor vulnere aperto temperatur. Qui enim proximorum mala respiciunt et tamen in silencio linguam premunt quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt et eo mortis auctores fiunt quo virus quod poterant curare noluerunt. Lingua itaque discrete frenanda est non insolubiliter obliganda. Scriptum namque est sapiens tacebit usque ad tempus ut nimirum cum oportunum considerat postposita censura silencii loquendo que congruunt in usum se utilitatis impendat. Et rursum scriptum est tempus loquendi et tempus tacendi. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora ne aut cum restringi lingua debet per verba inutiliter defluat aut cum loqui utiliter potest semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans ait pone domine custodiam ori meo et hostium circumstancie labiis meis. Non enim ori suo poni parietem sed hostium petit quod videlicet aperitur et clauditur. Unde et nobis caute discendum est quatinus os discretum et congruo tempore vox aperiat et rursum congruo tempore taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt multiloquio vacantes ut vigilanter aspiciant a quanto rectitudinis statu depereunt dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens aque more circumclusa ad superiora colligitur quia illud repetit unde descendit et relaxata deperit quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim superfluis verbis a silencii sui censura dissipatur quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius ad sui cognicionem non sufficit quia per multiloquium sparsa a secreto se intime consideracionis excludit. Totum vero se insidiantis hostis vulneribus detegit quia nulla custodie munitione circumcludit. Unde scriptum est sicut urbs patens et absque murorum ambitu ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silencii non habet patet inimici iaculis civitas mentis et cum se per verba extra semetipsam eicit apertam se adversario ostendit. Quam tanto ille sine labore superat quanto et ipsa que vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Plerumque autem quia per quosdam gradus desidiosa mens in lapsum casus impellitur dum ociosa verba cavere negligimus ad noxia pervenimus ut prius libeat aliena loqui postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur mordeat quandoque vero usque ad apertas lingue contumelias erumpat. Hinc enim seminantur stimuli oriuntur rixe accenduntur faces odiorum pax extinguitur cordium. Unde bene per Salomonem dicitur qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Aquam quippe dimittere est linguam in fluxum eloquii relaxare. Quod contra in bonam partem asserit dicens aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam caput est iurgiorum quia qui linguam non refrenat concordiam dissipat. Unde e diverso scriptum est qui imponit stulto silencium iras mitigat. Quia autem multiloquio quisque serviens rectitudinis linguam frenare neglexerit ut rectitudinem iusticie tenere non possit testatur propheta qui ait vir linguosus non dirigetur super terram. Hinc Salomon iterum dicit in multiloquio peccatum non deerit. Hinc Ysaias dicit cultus iusticie silencium. Videlicet indicans quod mentis iusticia desolatur que ab immoderata locucione non parcit. Hinc Iacobus dicit si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum huius vana est religio. Hinc rursus ait sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum. Hinc vim lingue rursum diffiniens adiungit inquietum malum plena veneno mortifero. Hinc per semetipsam veritas nos admonet dicens omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines reddent de eo racionem in die iudicii. Ociosum quippe verbum est quod aut racione iuste necessitatis aut intencione pie utilitatis caret. Si ergo de ocioso sermone exigitur racio pensemus quanta pena multiloquium maneat in quo eciam per noxia verba peccatur.

aliter admonendi sunt pigri atque aliter precipites

Aliter admonendi sunt pigri atque aliter precipites. Illi namque suadendi sunt ne agenda bona

dum differre amittant. Isti vero admonendi sunt
ne dum bonorum tempus incaute festinando
preveniunt eorum meritum immutent. Pigris itaque
intimandum est quod sepe dum oportune agere que
possumus nolumus, paulopost cum volumus non
valemus. Ipsa quippe mentis desidia dum con-
gruo fervore non accenditur, a bonorum desi-
derio funditus quadam crescente furtim torpore
necatur. Unde aperte per Salomonem dicitur: Pigredo
immittit soporem. Piger namque recte senciendo quasi
vigilat, quamvis nichil operando torpescat. Sed
pigredo soporem immittere dicitur, quia paulatim et
recte senciendi vigilantia amittitur, dum ab
operandi studio cessatur. Ubi recte subiungitur: Et
anima dissoluta esuriet. Non enim quia se ad superi-
ora stringendo non dirigit, neglecta se in inferius
per desideria expandit, et dum studiorum sublimium
vigore non constringitur, cupiditatis infime fame
sauciatur; ut quo se per disciplinam ligare dissi-
mulat, eo se esuriens per voluptatem ad desideria
spargat. Hinc ab eodem rursus Salomone scribitur:
In desideriis est omnis ociosus. Hinc ipsa veritate
predicante, uno quidem exeunte spiritu munda domus
dicitur, sed multiplicius redeunte dum vacat occu-
patur. Plerumque piger dum necessaria agere negli-
git, quedam sibi difficilia opponit, quedam vero
incaute formidat, et dum quasi invenerit quod
velut iuste metuat, ostendit quasi non ocio quasi non
iniuste torpescat. Cui recte per Salomonem dicitur:
Propter frigus piger arare noluit; mendicabit
ergo estate et non dabitur ei. Propter frigus
quippe piger non arat, dum desidie torpore constrictus
agere que debet bona dissimulat. Propter frigus piger
non arat, dum parva et adversa mala metuit
et operari maxima pretermittit. Bene autem dici-
tur: Mendicabit in estate et non dabitur ei. Qui
enim nunc in bonis operibus non exsudat, cum sol
iusticie fervencior apparuerit, quia frustra regni
aditum postulat, nil accipiens, estate men-
dicat. Quibus bene per eundem Salomonem rursus di-
citur: Qui observat ventum non seminat et qui considerat
nubes numquam metit. Quid enim per ventum nisi
malignorum spirituum temptacio exprimitur? Et quid per
nubes que moventur, nisi adversitates pravorum
hominum designantur? Venti videlicet impellunt
nubes, quia immundorum spirituum afflatu pravi ex-
citantur homines. Qui ergo observat ventum non se-
minat, et qui considerat nubes numquam metit, quia
quisquis temptacionem malignorum spirituum, quisquis persecucionem
pravorum hominum metuit, neque nunc granum boni
operis seminat neque tunc manipulos sancte retribu-
cionis secat. At contra precipites dum bonorum actionum
tempus preveniunt meritum pervertunt et sepe in malis
corruunt dum bona minime discernunt. Qui neque

quid quando agant inspiciunt, sed plerumque acta, quia
ita non debuerint agi, cognoscunt. Quibus sub
auditoris specie recte per Salomonem dicitur: Fili, sine
consilio nichil facias et post factum non penitebis.
Et rursum: Palpebre tue precedant gressus
tuos. Palpebre quippe gressus precedunt, cum
opera nostra recta consilia preveniunt. Qui enim
negligit considerando providere quod facit, gressus
tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit,
sed providendo sibimetipsi non antecedit. Atque ideo
citius corruit, quia quo pede operis poni
debeat per palpebram consilii non attendit.

Aliter admonendi sunt mansueti atque aliter iracundi.
Nam mansueti cum presunt sub-
iectis, et quasi in mora positi torpore desidie
paciuntur; et plerumque nimia dissolucione lenitatis
vel quam decet ultra, vigore districtionis emolliunt.
At contra iracundi cum regiminis locum perci-
piunt, quo impellente ira in mentis vesaniam
devolvuntur, eo et subditorum vitam dissipata
tranquillitate confundunt. Quos cum furor agit
in preceps, ignorant quod iracundi faciunt, ignorant
quod semetipsis paciuntur. Aliquando vero, quod est
gravius, ire sue stimulum iusticie zelum putant.
Et cum vicium virtus creditur, sine metu culpa
cumulatur. Sepe ergo mansueti dissolucionis tor-
pescunt ocio, sepe iracundi rectitudinis fal-
luntur zelo. Illorum itaque virtuti vicium latenter
adiungitur, istis autem suum vicium quasi fervens
virtus videtur. Admonendi ergo sunt illi ut fugiant
quod iuxta ipsos est, isti quod in ipsis est attendant;
illi quod non habent discernant, isti quod habent eam
pertractent. Mansueti sollicitudinem amplectantur,
iracundi perturbacionem damnent. Admonendi sunt mansueti
ut habere eciam emulacionem iusticie studeant; admo-
nendi sunt iracundi ut emulacioni quam se habere
estimant mansuetudinem subiungant. Propter-
ea namque Spiritus Sanctus in columba nobis est et in
igne monstratus, quia nimirum omnes quos implet et
columbe simplicitate mansuetos et igne zeli
ardentes exhibet. Nequaquam ergo Sancto Spiritu plenus
est qui aut tranquillitate mansuetudinis fervorem
emulacionis deserit, aut rursum emulacionis ardore
virtutem mansuetudinis amittit. Quod fortasse
melius ostendimus, si in medio Pauli magisterium pro-
feramus, qui in duobus discipulis et non diversa
caritate preditis diversa tamen admonicionis predicamenta
impendit. Tymotheum namque admonens ait:
Argue, obsecra, increpa in omni paciencia
et doctrina. Titumque admonens dicit: Hec lo-
quere et exhortare et argue cum omni im-
perio. Quid est quod in tanta arte doctrinam
suam dispensat, ut in exhibenda hanc alii
imperium atque alii pacienciam proponat, nisi
quod mansuetioris spiritus Titum et paulo ferven-

cionis vidit et Timotheum alium per emulacionis spiritum ad studium inflammat. Sic plenitatis pacie temperat alii quod deest ingerit. Hunc quod super est subtrahit, illum stimulo compellere nititur, hunc freno moderatur. Magnus quippe susceptae ecclesiae colonus alios palmites ut crescere debeant rigat, alios cum plus iusto crescere conspicit resecat, ut vel non crescendo fructus non ferant, vel immoderate crescendo quos protulerint amittant. Sed longe alia est ira que sub emulacionis specie subripit, alia que perturbatum cor sine iusticie pretextu confundit. Illa enim in hiis que debet inordinate extenditur, hec autem semper in hiis que non debet inflammatur. Sciendum quippe est quod ab impatientibus iracundi differunt quod illi ab aliis illata non tolerant, isti autem et que tolerantur important. Nam iracundi sepe etiam se declinantes insequuntur, rixe occasionem commovent, labore contencionis gaudent. Quos tamen melius corrigimus, si in ipsa ire sue commotione declinamus. Perturbati quippe quod audiunt ignorant, sed ad se reducti eo libentius exhortacionis verba recipiunt quo se tranquillius toleratos erubescunt. Menti autem furore ebrie omne quod dicitur perversum videtur. Unde et Nabal ebrio culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Ideo enim malum quod fecerat cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audivit. Cum vero iracundi ita alios impetunt ut declinari omnino non possint, non aperta exprobracione, sed sub quadam sunt cautela reverencie parcendo feriendi. Quod melius ostendimus, si Abner factum ad medium deducamus. Sicut enim cum Asahel in temeritate precipitacionis impelleret, scriptum est: Locutus est Abner ad Asahel dicens: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram. Qui audire contempsit et noluit declinare. Percussit eum ergo Abner aversa hasta in inguine et transfodit eum, et mortuus est. Cuius enim Asahel typum tenuit, nisi eorum quos vehemens arripiens furor in preceps ducit? Qui in eodem furoris impetu tanto caute declinandi sunt, quanto et dementer rapiuntur. Unde et Abner, qui sermone nostro patris lucerna dicitur, fugit. Quia doctorum lingua que supernum Dei lumen indicat, cum per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri conspicit, cumque contra irascentem dissimulat verborum tela reddere, quasi persequentem non vult ferire. Sed cum iracundi nulla consideracione se mitigant, et quasi Asahel persequi et insanire non cessant, necesse est ut hii qui furentes reprimere conantur, nequaquam se in furore erigant, sed quod tranquillitatis est ostendant. Quedam vero subtiliter proferant, in quibus ex obliquo furentis animum pungant. Unde et Abner cum contra persequentem subsistit, non eum recta, sed aversa hasta transfodit. Ex mucrone quippe percutere et impetu aperte increpacionis obviare. Aversa vero hasta persequentem ferire est furentem tranquille ex quibusdam tangere et quasi parcendo superare. Asahel autem protinus occumbit, quia commote mentes dum parci sibi senciunt, et tamen responsorum racione in intimis sub tranquillitate tanguntur, ab eo quo se erexerant statim cadunt. Qui ergo furoris sui impetu sublevitatis percussione resiliunt, sine ferro moriuntur.

Aliter admonendi sunt humiles, aliter elati. Illis insinuandum est quam sit vera excellencia quam sperando tenent, istis intimandum est quam sit nulla temporalis gloria, quam et amplectendo non tenent. Audiant humiles quam sint eterna que appetunt, quam transitoria que contempnunt; audiant elati quam sint transitoria que ambiunt, quam eterna que perdunt. Audiant humiles ex magistra veritatis voce: Omnis qui se humiliat exaltabitur. Audiant elati: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Audiant humiles: Gloriam precedit humilitas. Audiant elati: Ante ruinam exaltatur spiritus. Audiant humiles: Ad quem respiciam nisi ad humilem et quietum et trementem sermones meos? Audiant elati: Quid superbit terra et cinis? Audiant humiles: Deus humilia respicit. Audiant elati: Et alta a longe cognoscit. Audiant humiles quia Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Audiant elati quia initium omnis peccati superbia. Audiant humiles quia redemptor noster humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Audiant elati quid de eorum capite scriptum est: Ipse est rex super universos filios superbie. Occasio igitur perdicionis nostre facta est superbia diaboli, et argumentum nostre redempcionis inventa est humilitas Dei. Hostis namque noster inter omnia conditus videri super omnia voluit elatus; redemptor autem noster magnus manens super omnia fieri inter omnia dignatus est parvus. Dicatur igitur humilibus quia dum se deiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt. Dicatur elatis quia dum se erigunt, in apostate angeli imitacionem cadunt. Quid itaque elacione deterius, que dum super se tendit, ab altitudine veritatis elongatur? Et quid humilitate sublimius, que dum se in ima deprimit, auctori suo in medio superpositi coniungitur? Est tamen aliud quod in eis debeat caute pensari. Quia sepe quidam humilitatis decipiuntur specie, quidam non elacionis sue ignorancia falluntur. Nam plerumque nonnulli qui se humiles videri, quod hominibus deferri non debet, quod [illegible] metus est timor. Plerumque vero elatos

conuiciari solo libere uocis assertio. Et cum quedam increpanda sunt uicia, illi reticent, et tamen tacite se existimant ex humilitate. Isti loquuntur precipitatione elationis, et tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Illos ut peruersa non increpent sub specie humilitatis premit culpa formidinis; istos ad increpandum que non debent aut inpacientes increpanda que debent sub ymagine libertatis effrenatio compellit temeritatis. Unde et elati admonendi sunt ne plus quam decet sint liberi, et humiles admonendi sunt ne plus quam expedit sint subiecti, ne aut illi defensionem iusticie uertant in exercitium superbie, aut isti cum student plus quam necesse est hominibus subici compellantur eorum uicia uenerari. Considerandum uero est quod plerumque elatos utilius corripimus si eorum ~~eorum~~ correptionibus quedam laudum fomenta misceamus. Inferenda namque illis sunt uel alia bona que in ipsis sunt, aut dicendum certe que potuerint esse si non sunt; et tunc demum resecanda sunt mala que nobis displicent, cum prius ad audiendum placabilem eorum mentem fecerint premissa bona que placent. Nam et equos indomitos blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius postmodum et flagellis subigamus. Et amaro medicaminis poculo mellis dulcedo adiungitur, ne ea que saluti profutura est in ipso gustu asperitas amaritudinis sentiatur; sed dum gustus per dulcedinem fallitur, humor mortifer per amaritudinem uacuatur. In elatis ergo correptionis exordia permixta sunt laude temperanda, ut dum fauores quos diligunt admittunt, et correptiones recipiant quas oderunt. Plerumque autem persuadere elatis utilius melius possumus, si profectum eorum nobis potius quam illis profuturum dicamus, si eorum meliorationem nobis magis quam sibi impendi postulemus. Facile enim ad bonum elatio inflectitur, si eius inflexio et aliis prodesse credatur. Unde Moyses qui Deo se regente deserti iter duce columpna nubis pergebat, cum Obab cognatum suum a conuersatione gentilitatis abstrahere et omnipotentis Dei dominio subiugare uellet, dixit: Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis; ueni nobiscum ut bene faciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israheli. Cumque ille responderet: Non uadam tecum, sed reuertar in terram meam in qua natus sum, illico adiunxit: Noli nos relinquere; tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, et eris ductor noster. Neque enim Moysi mentem ignorantia itineris angustabat, quem ad prophetie scienciam cognitio diuinitatis dilatauerat, quem columpna exterius preibat, quem interius de cunctis familiaris locutio Dei sedulitatis instruebat. Sed uidelicet uir prouidus elato auditori colloquens solacium petiit ut daret, ducem requirebat in uia ut ducere ei possit ad uitam. Egit namque ut superbus auditor uoci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus quo putaretur necessarius. Et unde se exhortatorem sui precedere crederet, inde se uerbis exhortatoris inclinaret.

Aliter admonendi sunt pertinaces atque aliter inconstantes. Illis dicendum est quod plus de se senciunt quam sunt, et ideo alienis consiliis non acquiescunt; istis uero intimandum est quod ualde se despicientes negligunt, et leuitate cogitationum a suo iudicio per momenta singula flectuntur. Illis dicendum est quod nisi meliores se ceteris existimarent, nequaquam cunctorum consilia sue deliberationi postponerent; illis dicendum est quod si hoc quod sunt utcumque attenderent, nequaquam eos per tot uarietatis latera mutabilitatis aura uersaret. Illis per Paulum dicitur: Nolite prudentes esse apud uosmetipsos. Contra isti audiunt: Non circumferamini omni uento doctrine. De illis per Salomonem dicitur: Comedent fructus uie sue, suisque consiliis saturabuntur. De istis autem ab eo rursum scribitur: Cor stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientum sibi semper simile est, quia dum rectis persuasionibus acquiescit, operationem se in bono opere dirigit. Cor stultorum dissimile est, quia dum mutabilitate se uariam exhibet, nunquam quod fuit manet. Et quedam uicia sicut ex semetipsis gignunt alia, ita ex aliis oriuntur. Sciendum tamen est quod tunc ea corrigendo melius tergimus, cum ab ipso ea amaritudinis fonte siccamus. Pertinacia quippe ex superbia, inconstantia autem ex leuitate generatur. Admonendi itaque sunt pertinaces ut elationem sue cogitationis agnoscant et semetipsos uincere studeant, ne dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus a superbia captiui teneantur. Admonendi sunt ut sollerter aspiciant quod Filius hominis, cuius una semper cum Patre uoluntas est, ut exemplum nobis frangende nostre uoluntatis prebeat, dicit: Non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me Patris. Qui ut uirtutem adhuc eiusdem gracie commendaret, se hoc in extremo iudicio seruaturum premisit, dicens: Non possum a meipso facere quicquam, sed sicut audio iudico. Qua igitur consciencia alienae uoluntati acquiescere homo dedignatur, quando Dei et hominis Filius cum uenit gloriam sue uirtutis ostendere, se non a semetipso iudicare testatur? At contra admonendi sunt inconstantes ut mentem grauitate roborent. Tunc enim in se germina mutabilitatis arefaciunt, cum corde prius radicem leuitatis abscidunt; quia et tunc fabrica robusta construitur, cum prius locus solidus

cum quod ponit fundamentum videat providere. Nisi ergo pru-
denter mentis levitas caveatur cogitationum
instantia minime vincitur. A quibus alienum Paulus
se fuisse perhibuit cum dicit: Numquid levitate usus
sum? aut quae cogito secundum carnem cogito ut
sit apud me est et non? Ac si aperte diceret: Ideo
mutabilitatis aura non moveor, quia levitatis
vitio non succumbo.

Aliter admonendi sunt gulae dediti atque aliter
abstinentes. Illos namque semper superfluitas
locutionis, levitas operis atque luxuria; istos
vero saepe impatientiae, saepe vero superbiae culpa
comitatur. Nisi enim gulae deditos immoderata
loquacitas raperet, dives ille qui epulatus
quotidie splendide dicitur in lingua gravius
arderet, dicens: Pater Abraham, miserere mei
et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti
sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia
crucior in hac flamma. Quibus verbis
ostenditur quia epulando quotidie crebrius
in lingua peccaverat, qui cum totus arderet refri-
gerari se praecipue in lingua requirebat. Rursum
quia gulae deditos levitas protinus operis sequitur,
auctoritas sacra testatur: Sedit populus manducare
et bibere et surrexerunt ludere. Plerumque
autem edacitas usque ad luxuriam pertrahit, quia
dum satietate venter extenditur aculei
libidinis excitantur. Unde et hosti callido
qui primi hominis sensum concupiscentia pomi
aperuit, sed in peccati laqueos stringit, divina
voce dicitur: Pectore et ventre repes. Ac si
aperte diceretur: Cogitatione et ingluvie sup-
per humana corda dominaberis. Quia gulae deditos
luxuria sequitur, propheta testatur, dum aperta
narrat, occulta denuntiat, dicens: Princeps
coquorum destruxit muros Ierusalem. Prin-
ceps vero coquorum venter est, cui magna
cura obsequium a coquis impenditur, ut ipse
delectabiliter cibis impleatur. Muri autem Ierusalem
virtutes sunt animae ad desiderium supernae pacis
elevatae. Coquorum igitur princeps muros Ierusalem de-
icit, quia dum venter ingluvie
tenditur, virtutes animae per luxuriam destruuntur.
Quo igitur nisi mentes plerumque plerorumque ab-
stinentium a sinu etc. Quo contra nisi mentes ab-
stinentium plerorumque impatientia a sinu tranquil-
litatis excuteret, nequaquam Petrus cum diceret:
Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem
scientiam, in scientia autem abstinentiam, vigilanter
adiungeret dicens: In abstinentia autem pati-
entiam. Deesse quippe abstinentibus patientiam
praevidit, quam eis ut adesset admonuit.
Rursum nisi cogitationes abstinentium nonnumquam
superbiae culpa transfigeret, Paulus cum dixisset:
Qui non manducat, manducantem non iudicet,
qui rursus ad illos loquens, dum de ab-
stinentiae virtute gloriantium praecepta per-
stringeret, adiunxit: Quae sunt rationem quidem habentia
sapientiae in superstitione et humilitate, non ad parcendum corpori,
non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Ubi
notandum est quod in disputatione sua praedicator egregius
superstitioni speciem humilitatis iungit, quia dum plus
iusto per abstinentiam caro atteritur, humilitas
foris ostenditur, sed de hac ipsa humilitate graviter intus
superbitur. Et nisi aliquando mens ex abstinentiae virtute
intumesceret, nequaquam hanc velud inter magna merita
pharisaeus arrogans studiose commendaret, dicens:
Ieiuno bis in sabbato. Admonendi sunt gulae dediti, ut
in eo quod escarum delectationi inhiant, luxuriae se
mucrone non transfigant, et quanta sibi per esum
loquacitas, quanta mentis levitas insidietur
aspiciant; ne dum ventri molliter serviunt, vitiorum
laqueis crudeliter astringantur. Tanto enim longius
a secundo parente recidimus, quanto per immoderatum usum,
dum manus ad cibum tendimus, parentis primi lapsus
iteramus. At contra admonendi sunt abstinentes, ut
sollicite semper aspiciant ne cum gulae vitium
fugiunt, deteriora sibi vitia ex virtute
generentur; ne dum carnem macerant, ad impa-
tientiam spiritus erumpant, et iam virtus non sit quod
caro vincitur, si spiritus ab ira superatur. Aliquando
autem dum mens abstinentium ab ira se deprimit,
quasi peregrina veniens laetitia corrumpit, et
eo abstinentiae bonum deperit, quo se se a spiritualibus
vitiis minime custodit. Unde recte per prophetam dicitur: In
diebus ieiuniorum vestrorum inveniuntur voluntates
vestrae. Et paulopost: Ad iudicia et rixas ie-
iunatis et percutitis pugnis. Voluntas quippe
ad laetitiam pertinet, pugnus ad iracundiam. Incassum
ergo per abstinentiam corpus atteritur, si voluptatibus inordinatis
dimissa motibus mens vitiis dissipatur.
Rursumque admonendi sunt, ut abstinentiam suam
et semper imminutam custodiant, et numquam
hanc apud occultum iudicem eximiae virtutis
credant, ne si fortasse magni meriti
creditur, cor in elationem sublevetur. Hinc
namque per prophetam dicitur: Numquid tale est ieiu-
nium quod elegi? Sed frange esurienti panem tuum,
et egenos vagosque induc in domum tuam. Qua in
re pensandum est quam parva virtus abstinentiae
pensatur, quae non nisi ex aliis virtutibus
commendatur. Hinc Iohel ait: Sanctificate ie-
iunium. Ieiunium quippe sanctificare est, adiunctis
bonis aliis dignam Deo abstinentiam carnis
ostendere. Admonendi sunt abstinentes ut noverint
quia tunc placitam Deo abstinentiam offerunt,
cum ea quae sibi de alimentis subtrahunt in
indigentibus largiuntur. Sollerter quippe au-
diendum est quod per prophetam Dominus redarguit
dicens: Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto
et in septimo mense per hos septuaginta annos,
numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comederitis
et biberitis, numquid non vobis comeditis et vobismet

bibitis. Non enim deo sed sibi esse ieiunat si ea que ventri ad tempus subtrahit non inopibus tribuit sed ventri postmodum offerenda custodit. Itaque ne aut illos appetitus gule a rigore status deiciat aut istos afflicta caro ex elatione supplantet. Audiant illi ex ore veritatis: Attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius mundi. Ubi utilis quoque pavor adiungitur: Et superveniat in vos repentina dies illa tamquam laqueus. Superveniet enim in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Audiant isti: Non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Audiant illi: Esca ventri et venter escis, deus autem et hunc et has destruet. Et rursum: Non in comessacionibus et ebrietatibus. Et rursum: Esca nos non commendat deo. Audiant isti quia omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum. Audiant illi quorum deus venter est et gloria in confusione eorum. Audiant isti: Discedent quidam a fide, et paulo post: prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum graciarum actione fidelibus et hiis qui cognoverunt veritatem. Audiant illi: Bonum est non manducare carnem neque bibere vinum neque in quo frater tuus scandalizatur. Audiant isti: Modico vino utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates. Quatinus et illi discant cibos carnis inordinate non appetere et isti escam creaturam dei quam non appetunt non audeant contempnere.

Aliter admonendi sunt qui iam sua misericorditer tribuunt atque aliter qui adhuc aliena rapere contendunt. Admonendi namque sunt qui sua misericorditer tribuunt ne cogitacione tumida super eos se quibus terrena largiuntur extollant. Ne idcirco se meliores estiment quia continere ceteros vident. Aliter namque terrene domus dominus familiarum ordines ministeriaque disponens hos ut regant illos vero statuit ut ab aliis regantur. Istos iubet ut congrua necessaria ceteris prebeant, illos ut accepta ab aliis sumant. Et tamen plerumque offendunt qui regunt et in patrisfamilias gracia permanent qui reguntur. Iram merentur qui dispensatores sunt, sine offensione perdurant qui ex aliena dispensacione subsistunt. Admonendi itaque sunt qui iam que possident misericorditer tribuunt ut celesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant et tanto humiliter prebeant quanto et aliena esse intelligunt que dispensant. Cumque in illorum ministerio quibus accepta largiuntur constitutos se esse considerant nequaquam eorum mentes tumor sublevet sed timor premat. Unde et necesse est ut sollicite perpendant ne commissa indigne distribuant, ne quedam quibus nulla, ne nulla quibus quedam, ne multa quibus pauca, ne pauca prebeant quibus impendere multa debuerunt, vel precipitacione hoc quod tribuunt inutiliter spargant, ne tarditate petentes noxie cruciant, ne recipiende hic gracie intencio subrepat, ne dationis lumen laudis transitorie appetitio extinguat, ne oblatum munus comitata tristicia obsideat, ne in bene oblato munere animus plus quam decet hilarescat, ne sibi quicquam cum totum rite impleverint tribuant et simul omnia postquam peregerint perdant. Ne enim sibi virtutem sue liberalitatis ut liberalitatis deputent, audiant quod scriptum est: Si quis administrat tamquam ex virtute quam administrat deus. Ne in benefactis inmoderacius gaudeant, audiant quod scriptum est: Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Ne largitatem tristicia corrumpat, audiant quod scriptum est: Hylarem enim datorem diligit deus. Ne ex impenso munere transitoriam laudem querant, audiant quod scriptum est: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, id est pie dispensacioni nequaquam se gloria vite presentis admisceat sed opus rectitudinis appeticio ignoret favoris. Ne ex impense gracie vicissitudinem requirant, audiant quod scriptum est: Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos tuos neque vicinos divites ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium voca pauperes debiles claudos cecos et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi. Ne que prebenda sunt citius serius prebeant, audiant quod scriptum est: Ne dicas amico tuo: vade et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea que possident inutiliter spargant, audiant quod scriptum est: Sudet elemosina in manu tua. Ne cum multa necessaria sunt pauca largiantur, audiant quod scriptum est: Qui parce seminat parce et metet. Ne cum pauca oportet plura prebeant et qui postmodum minus inopiam tolerant ad impacienciam erumpant, audiant quod scriptum est: Non ut aliis sit remissio vobis autem tribulacio, sed ut ex equalitate vestra habundancia illorum inopiam suppleat ut et illorum habundancia vestre inopie sit supplementum. Cum enim dantis mens ferre inopiam nescit si multa sibi subtrahit occasionem contra se inpaciencie exquirit. Prius quippe parandus est paciencie animus et tunc aut multa sunt aut cuncta largienda, ne dum minus equanimiter inopia irruens fertur et prioris largitatis merces pereat et adhuc mentem deterius murmuratio subsequens perdat. Ne omnino nichil eis prebeant quibus conferre aliquid parum debent, audiant quod scriptum est: Omni petenti te tribue. Ne vel aliquid prebeant quibus omnino conferre nichil debent, audiant quod scriptum est: Da bono et non receperis peccatorem. Benefac humili et non dederis impio. Et rursum: Panem tuum et vinum tuum super sepulturam iusti constitue et

noli ergo mendacitate et dolo cum peccato componere
.i. et veniam sum peccatoribus pro his qui viguis
subsidiis pro eo quod iniqui sunt comparavit. Sunt
et non nulli huius mundi divites cum
fame deficiunt Christi pauperes effusis lar-
gitatibus nutriunt histriones. Qui non in
digenti et peccatori panem suum non quia peccator
sed quia homo est tribuit nimirum non peccatorem
sed pauperem iustum nutrit quia videlicet in illo
non culpam sed naturam diligit. Admonendi
et sunt qui iam sua misericorditer largiuntur
ut sollicite custodire studeant ne cum commissa
peccata elemosinis redimunt adhuc redime-
da committant ne venalem dei iusticiam
estiment. Si cum curant pro peccatis nummos e-
rogare arbitrentur se posse inulte peccare. Quia
plus est namque anima quam esca et corpus quam
vestimentum. Qui ergo escam atque vestimentum
largitur pauperibus sed cum anima vel corpus iniqui-
tate polluitur quod minus est iusticie obtulit
et quod maius est culpe sue cum deo dedit
et se diabolo. Hec igitur admonendi sunt qui adhuc
aliena rapere credunt ut sollicite audiant
quid veniens in iudicio dominus dicat. Esurivi namque
esurivi enim et non dedistis mihi manducare
sitivi et non dedistis mihi potum. Hospes
eram et non collegistis me. Nudus et
non operuistis me. Infirmus et in carcere
et non visitastis me. Quibus et premittit di-
cens: Discedite a me maledicti in ignem
eternum qui paratus est diabolo et angelis
eius. Ecce audiant qui neque rapinas
vel quibus alia violenter commiserunt et tamen eter-
nis iehenne ignis mancipantur. Hinc ergo
colligendum est quanta dampnatione plectendi
sunt qui aliena rapiunt si tanta anima-
dversione feriuntur qui sua indiscrete tenuerunt.
Perpendant quo eos obliget reatu res
rapta si talis subiicit pene non erogata. Per-
pendant quid mereantur iniusta ablata si tan-
ta perditione digna est pietas non impensa.
Qui aliena rapere intendunt audiant
quid scriptum est: Ve ei qui multiplicat non
sua usquequo et aggravat contra se densum lutum.
Avaro quippe densum lutum contra se aggravare
est terrena lucra cum pondere peccati cumulare.
Qui multiplicare largiter habitationis spatia
cupiunt audiant quid scriptum est: Ve qui
coniungitis domum ad domum et agrum agro
copulatis usque ad terminum loci. Numquid habi-
tabitis soli vos in medio terre. Ac si aperte
dicat: Quousque vos extenditis qui non habere
in communi mundo consortes minime potestis. Con-

iunctos quidem premitis sed contra quos valeatis
extendere semper invenitis. Qui augendis pecu-
niis inhiant audiant quod scriptum est: Avarus
non implebitur pecunia et qui amat divitias
fructus non capiet ex eis. Fructus quippe
ex illis caperet si eas bene spargere non amando
voluisset. Quia vero eas diligendo retinet
hic utique sine fructu derelinquit. Cum re-
pleri cunctis simul opibus inardescunt audiant
quod scriptum est: Qui festinat ditari non erit in-
nocens. Profecto enim innocens non est quia cum augeri
opes ambit vitare peccatum negligit et more
avium captus cum escam terrene rei avidius
conspicit quo strangulatur peccati laqueo non
agnoscit. Cum quibuslibet presentis mundi lucra de-
siderant et que de futuro dampna patiuntur igno-
rant audiant quod scriptum est: Hereditas ad quam
festinatur in principio in novissimo benedictione
carebit. Ex hac quippe vita initium ducimus
ut ad benedictionis sortem in novissimo veniamus.
Qui ergo in principio hereditati festinat
sortem sibi in novissimo benedictionis amputat
quia dum per avaritie nequitiam hic multi-
plicari opes appetunt illic eterno patrimo-
nio exheredes fiunt. Cum vel plura ambiunt
vel obtinere cuncta que ambierunt possunt
audiant quod scriptum est: Quid prodest homini
si totum mundum lucretur anime vero sue detri-
mentum patiatur. Ac si aperte veritas dicat:
Quid prodest homini totum quod extra se est
congregat si hoc solum quod ipse est dampnet.
Plerumque autem citius raptorum avaritia cor-
rigitur si mentibus admonentis quam fugitiva
sit presens vita monstretur. Si eorum ad mediam
memoriam deducatur qui ditari in hoc mundo
diu conati sunt et tamen in adeptis divitiis
diu manere nequiverunt. Quibus festina
mors repente et simul abstulit quicquid eorum
nequitia non simul nec repente congregavit.
Qui non solum hic rapta reliquerunt
sed secum ad iudicium causas rapine de-
tulerunt. Horum itaque exempla audiant
quos in mentibus suis procul dubio et ipsi con-
dempnant ut cum post illa ad cor redeunt
imitari saltem quos iudicant erubescant.

Aliter admonendi sunt qui nec aliena appe-
tunt nec sua largiuntur. Atque aliter
qui et ea que habent tribuunt et cum aliena
rapere non desistunt. Admonendi namque sunt
qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur
ut sollicite sciant quod ea de qua sumpti
sunt cunctis hominibus terra communis est. Et ideo

alimenta quoque omnibus communiter profert. Incassum ergo se innocentes putant qui commune Dei munus sibi privatum vendicant qui cum accepta non tribuunt in proximorum nece grassantur quia tot pene cotidie perimunt quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum qualibet necessaria indigentibus ministramus sua illis reddimus non nostra largimur iusticie potius debitum solvimus quam misericordie opera implemus. Unde et ipsa veritas cum de misericordia caute exhibenda loqueretur ait Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. Cui sententie et psalmista concinens dicit Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Nam cum largitatem impensam pauperibus premisisset non hanc vocare misericordiam sed iusticiam maluit. Quia quod a communi Domino tribuitur iustum profecto est ut quicumque accipiunt eo communiter utantur. Hinc et Salomon ait Qui iustus est tribuet et non cessabit. Admonendi sunt ut sollicite attendant quod de ficulnea que fructum non habuit districtus agricola queritur Ut quid et terram occupat. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat cum mens tenentium hoc quod prodesse multis poterat invidendo servat. Terram ficulnea sine fructu occupat quando locum quem alius per solem boni operis excolere valuit stulti presidii umbra premit. Sed hii plerumque dicere solent Concessis utimur aliena non querimus et si digna misericordie retribucione non agimus nulla tamen perversa perpetramus. Quod ideo sentiunt quia videlicet aurem cordis a celestibus verbis claudunt. Dives namque in evangelio qui induebatur purpura et bysso qui epulabatur cotidie splendide non aliena rapuisse sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur eumque post hanc vitam ultrix gehenna suscepit non quia aliquid illicitum gessit sed quia immoderato usu totum se licitis tradidit. Admonendi sunt tenaces ut noverint quod hanc primam Deo iniuriam faciunt quia danti sibi omnia nullam misericordie hostiam reddunt. Hinc etenim psalmista ait Non dabit Deo propiciacionem suam et precium redempcionis anime sue. Precium namque redempcionis dare est bonam operacionem prevenienti nos gracie reddere. Hinc Iohannes exclamabat dicens Iam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem

mittetur. Quia ergo se innoxios quia aliena non rapiunt estimant ictum securis vicine prospiciant et torporem improvide securitatis amittant ne cum fructum boni operis negligunt a presenti vita funditus quasi a viriditate radicis exsecentur. At contra admonendi sunt qui et ea que habent tribuunt et aliena rapere non desistunt ne dum valde munifici videri appetunt et de bonis specie deteriores fiant. Hii etenim ipsa indiscrete tribuentes non ut superius diximus ad impaciencie murmuracionem prorumpunt sed cogente se inopia usque ad avariciam devolvuntur. Quid ergo eorum mentibus infelicius quibus de largitate avaricia nascitur et quasi ex virtute seges peccatorum seminatur. Prius itaque admonendi sunt ut racionabiliter sciant sua tenere et tunc demum ut aliena non ambiant. Si enim radix culpe in ipsa effusione non exuritur numquam per ramos exuberans avaricie spina siccatur. Occasio ergo rapiendi subtrahitur si bene prius ius possidendi disponatur. Tunc autem admoniti audiant quomodo que habent misericorditer tribuant cum nimirum didicerint ut ut bona misericordie rapine nequitia non confundant. Violenter enim exigunt quod misericorditer largiuntur. Sed aliud est pro peccatis misericordiam facere aliud misericordiam facienda peccare que iam nec misericordia vocari potest quia ad dulcem fructum non proficit quia per virus pestifere radicis amarescit. Hinc est enim quod ipsa etiam sacrificia per prophetam reprobat Dominus dicens Ego Dominus diligens iudicium et odio habens rapinam in holocausto. Hinc item dicit Hostie impiorum abhominabiles que offeruntur ex scelere. Qui sepe etiam et indigentibus subtrahunt quod Deo largiuntur. Sed quanta eos animadversione renuat quidam sapiens Dominus demonstrat dicens Qui offert sacrificium ex substancia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Quid namque esse intolerabilius potest quam mors filii ante oculos patris. Hoc itaque sacrificium quanta ira aspiciatur ostenditur quod orbati patris dolori comparatur. Et tamen plerique quanta tribuunt pensant quanta autem rapiunt considerare dissimulant quasi mercedem numerant et pensare culpas recusant. Audiant itaque quod scriptum est Qui mercedes congregavit misit eas in sacculum pertusum. In sacculo quippe pertuso videtur cum pecunia mittitur sed cum amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt sed quanta rapiunt non appendunt in pertuso sacculo mercedes mittunt quia eas in spem sue fiducie intuentes congerunt sed non intuentes perdunt etc.

Aliter ammonendi sunt discordes atque aliter
pacati. Discordes namque ammonendi sunt
ut certissime sciant quod quantislibet virtutibus
polleant spirituales fieri nullatenus possunt si
uniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum
quippe est: Fructus spiritus est caritas gaudium pax. Qui
ergo pacem servare non curat ferre fructum
spiritus recusat. Hinc Paulus ait: Cum sit
inter vos zelus et contentio nonne carnales
estis. Hinc iterum dicit: Pacem sequimini cum
omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit
Deum. Hinc rursum ammonet dicens: Solliciti
servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum
corpus et unus spiritus sicut vocati estis in una spe
vocationis vestre. Ad unam igitur vocationis spem
nequaquam pertingitur si non ad eam unita cum
proximis mente curratur. Sed sepe nonnulli quo
dum quedam specialiter dona percipiunt superbiendo
donum concordie cum proximis amittunt
ut si fortasse pre ceteris carnem gule refre-
nantes domant concordare eis quos su-
perant abstinendo contempnunt. Sed qui absti-
nentiam a concordia separat quid ammoneat
psalmista perpendat qui ait: Laudate
eum in tympano et choro. In tympano namque
sicca et percussa pellis resonat, in choro
autem voces societate concordant. Quisquis ergo
corpus affligit sed concordiam deserit
Deum quidem laudat in tympano sed non lau-
dat in choro. Sepe vero dum quosdam
maior scientia erigit a ceterorum societate dis-
iungit et quasi quo plus sapiunt eo a concor-
die dissipant virtute. Hii eo a concordia
virtute desipiunt. Hii itaque audiant
quod per semetipsam Veritas dicit: Habete
sal in vobis et pacem habete inter vos.
Sal quippe sine pace non virtutis est donum
sed dampnationis argumentum. Quo enim quisque
melius sapit eo deterius delinquit et in-
excusabiliter meretur supplicium quia
prudens si voluisset potuit vitare peccatum.
Quibus recte per Iacobum dicitur: Quod si zelum
amarum habetis et contentiones sunt in cordibus
vestris nolite gloriari et mendaces esse
adversus veritatem. Non est ista sapientia de-
sursum descendens sed terrena animalis
diabolica. Que autem desursum est sapientia
primum quidem pudica est deinde pacifica.
Pudica videlicet quia caste intelligit,
pacifica autem quia per elationem se minime
a proximorum societate disiungit. Am-
monendi discordes ut
noverint quia Deo nullum bonum opus de

sacrificium si violant quamdiu a proximorum
caritate discordant. Scriptum namque est:
Si offero munus tuum ad altare et vade
prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens
offeres munus tuum. Ex qua scilicet preceptione
pensandum est quorum hostia repellitur
quam intolerabilis culpa monstratur. Nam
cum mala cuncta bonis sequentibus diluantur
pensemus quanta sint mala discordie que
nisi extincta funditus sequi bonum ob-
sequi non permittunt. Ammonendi sunt discordes
ut si aures a mandatis celestibus
declinant mentis oculos ad consideranda ea
que in infimis versantur aperiant, quia sepe
aves unius eiusdem generis sese socialiter
volando non deserunt et gregatim
animalia bruta pascuntur. Quia si sollerter
aspicimus concordando sibi irrationalis na-
tura indicat quantum malum per discordiam
rationalis natura committit. Que hec rationis in-
tentione perdit quod illa motu naturali cus-
todit. Et contra ammonendi sunt pacati ne dum
plus quam necesse est pacem quam possident amant
ad perpetuam pervenire non appetant. Plerosque
namque gravius intentiones mentium tranquillitas
temptat ut quo non sunt molesta que tenent
eo minus amabilia fiant que vocant et quo de-
lectant presentia eo non requirantur eterna. Unde
et per semetipsam Veritas loquens cum terrenam
pacem a superna distingueret atque ad venturam
discipulos a presenti provocaret ait: Pacem re-
linquo vobis pacem meam do vobis. Re-
linquo scilicet transitoriam do mansuram.
Si ergo in eam cor figitur que relicta est
numquam ad illam que danda est pervenitur.
Pax ergo et tenenda est ut diligi
debeat et contempni ne si immoderate diligitur
diligentis animus in culpa capiatur. Un-
de et ammonendi sunt pacati ne dum nimis humanam
pacem desiderant pravos hominum mores nequaquam
redarguant et consentiendo perversis ab auc-
toris sui se pace disiungant ne dum foras
humana iurgia metuunt interni federis dis-
cussione feriantur. Quid est enim pax transitoria
nisi quoddam vestigium pacis eterne? Quid
ergo dementius quam vestigia in
pulvere impressa diligere sed ipsum a quo im-
pressa sunt non amare. Hinc David dum se totum
ad federa pacis interne constringeret testatur
se cum malis concordiam non tenuisse dicens
Nonne qui oderunt te Deus oderam et
super inimicos tuos tabescebam? Perfecto

odio oderam illos et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt michi. Inimicos autem Dei perfecto odio odisse est, et quod fuerunt diligere, et quod faciunt increpare; mores pravorum premere, vite prodesse. Pensandum ergo est quod ab increpacione quiescere quanta culpa est cum pessimis pacem tenere, si propheta tantus hoc velud in sacrificium Deo obtulit quod contra se pro Domino pravorum inimicicias excitavit. Hinc est quod Levi tribus assumptis gladiis per castrorum media transiens, quia ferire peccantibus noluit parcere, Deo manus dicta est consecrasse. Hinc Phinees peccancium civium graciam spernens, coeuntes cum Madianitis perculit, et iram Domini ira sua placavit. Hinc per semetipsam Veritas dicit: Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram; non veni pacem mittere, sed gladium. Malorum namque cum incaute amiciciis iungimur, culpis ligamur. Unde Iosaphat, qui tot de anteacta vita preconiis attollitur, de Achab regis amiciciis pene periturus increpatur. Cui a Domino per prophetam dicitur: Impio prebes auxilium, et hiis qui oderunt Dominum amicicia iungeris, et ideo iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim qui summe rectus est, eo ipso iam discrepat quo pravorum amiciciis vita nostra concordat. Ammonendi sunt pacati ne si ad correpcionis verba prosiliant, eandem pacem sibi per hoc formident rumpi. Rursumque ammonendi sunt ut eandem pacem dilectionis integre interius teneant, quam provenientes vocis sibi exhibent. Quod utrumque David provide se custodisse innotuit cum dicit: Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Ecce et loquens impugnabatur, et tamen impugnatus erat pacificus, quia nec insanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus namque discipulos ut pacem cum omnibus haberent, premisit dicens: Si fieri potest, atque subiunxit: quod ex vobis est. Difficile quippe erat ut si male acta corriperent, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in pravorum cordibus correpcione nostra confunditur, necesse est ut in nostro corde inviolata teneatur. Quod recte idem dicit: quod ex vobis est. Ac si aperte nimirum dicat: Quia pax ex

duorum consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur expellitur, integra tamen in mente eius qui corripit servetur. Unde idem rursum discipulos ammonet dicens: Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum illo ut confundatur. Atque illico adiunxit: Et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem. Ac si dicat: Pacem cum eo exteriorem solvite, sed internam de illo in medullis custodite cordis pacem, ut vestra discordia feriat vel peccantis mentes, quatinus pax a vestris cordibus nec negata discedat.

Aliter ammonendi sunt seminantes iurgia, atque aliter pacifici. Ammonendi namque sunt seminantes iurgia ut sentiant cuius sint sequaces. De apostata quippe angelo scriptum est: Cum bona messis zizania superseminata est, Inimicus homo hoc fecit. De cuius etiam membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et in omni tempore iurgia seminat. Ecce quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominavit, quia nisi more superbientis angeli a conspectu conditoris prius interius per elacionem mentis caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non veniret. Qui recte etiam describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia que ordinate exterius membra continet. Qui ergo statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstanciam motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quod nulla interius radice subsistat. Audiant seminatores iurgiorum quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Atque ex diverso colligant quia si Dei vocantur filii qui pacem faciunt, procul dubio sathane sunt filii qui confundunt. Omnes autem qui per discordiam a viriditate dilectionis arescunt, quia etsi boni operis fructus in suis actionibus proferunt, profecto nulli sunt, quia non ex unitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia quam multipliciter peccant, qui dum unam nequiciam perpetrant, ab humanis cordibus cuncta simul virtutis germina eradicant. In uno namque malo innumera peragunt, quia seminando discordiam caritatem, que virtutum mater est, extinguunt. Quia autem nichil est preciosius Deo

virtute dilectionis. Ita nichil desiderabilius est diabolo quam mentes karitate vinculo compositas separando disiungere. Nam quos compunctio humilitatis hosti dei familiarius iunguntur, eo illius contra se nequitia acrius excitatur. Hanc iste bonis vocatis cordibus et subtrahens eis interiore affectionis abscidit. Est quoque amor deitatis propriae nequitiae actionis pondus lenigare. Si memoriam quos fundare patris agnouerant, illam sibi instanti nocent. Si unitatis desit bonis, ita videlicet deo nocentem est. Si non desit malis. Ut quod per eorum nequitiam impleat, impetum prestes cor malis actibus robore angetur. Unde quo sibi in malicia conveniunt congruum eos se robustius bonorum applicationibus alludunt. Hunc namque est quod dampnati illius vasis bene aut per penitentes una voce beati Job diabolus membra corporum eius cohererent sibi sunt sub squamarum species de eius sancttatibus per scelere veteri consentire. Et ne [illegible] patientie videlicet per eas deignantes quippe illius quos ulla mente se discordie adversitate divisit, et in bonorum semel mente glutinarunt. Unde et iniquos pace fovet iniquitati vires administrat quia bonos de lucis destruit quos et unanimitate persequitur. Unde conciliatur eis quando semel phariseorum saduceorum que personarum deprehensus intersecaret ipsos dividere studuit quos contra se bonos sententiis videlicet tu clamavit dicens: Viri fratres ego phariseus sum filius phariseorum de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Cumque saducei spem resurrectionis mortuorum cum denegarent, phariseis quippe sacri eloquii precepta credentibus per inpsetentiam unanimitatem dissensione divisa turba allisus Paulus exit quem unita hunc prius unanimitate pressit. Ad monendi namque sunt qui faciunt pacis studiis occupantur, ut prius interius pure amore diligeant, intrare pacis firmas. Et tunc eis postmodum valeat exterior pax prodesse, ut dum cor eorum in illius conexione suspenditur, nequaquam ad nequitiam exterius precepte rapiatur. Dumque supernam prudenter eternam intuitu ad usum deterior actionis inclinet. Quam videlicet pacem si que queque talis sunt, ut nocere bonis nequeant, etiam si concupiscant, in hac in minore debet eterna pax consistit et primus

quam ab eis valeat superna pax confessi. Ut si quos contra dilectione dei malicia sue impietatis excessum saltem et proximi amore mansuetatem et que emitiuo ad melius transeant ut ad illam que ascendit longe pacis conditoris ascendant et quasi emitiuo ad melius transeant. ¶¶¶¶¶¶¶

Unde aliter ammodi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt atque aliter qui recte intelligunt sed hec humiliter non loquuntur. Et enim aliter.

Admonendi sunt enim qui sacre legis verba non recte intelligunt ut attendant quod sacra saluberrimum divini potus venenum sibi poculum vertunt atque per medicamentum sibi vulnus letale mortalem fecerunt. Unde per hoc unde sanari poterant per quod salubriter abscidere sanciata debuerunt. Admonendi sunt ut perpendant quod scriptura sacra in nocte vite presentis quasi quedam lucerna nobis sit posita. Cum in mirum verba dum non recte intelligunt de lumine tenebrescunt. Quos videlicet ad intellectum pravum intencio perversa non raperet nisi prius superbia inflaret. Dum enim se pre ceteris sapientes arbitratur, sequi aliosque ad melius intellectus desperant. Atque ut apud imperitum vulgus sacre nomine sibi extorqueant student et summopere et ab aliis recte intellecta destruere et sua perversa roborare. Unde bene per prophetam dicitur: Secuerunt pregnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Galaad namque acervus testimonii interpretatur. Et quia cuncta simul congregatio ecclesie per confessionem sui testimonio veritatis non deserit, expresse per Galaad ecclesia que ore cunctorum fidelium de deo quod sit vera testatur. Pregnantes autem dicuntur anime quod intellectum sibi ex divino amore suscipiunt. Si ad perfectum tempus veniant, conceptum opus intelligentiae ostensione pariunt. Terminum vero suum dilatare est opinionis sue nomen extendere. Secuerunt ergo pregnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Quia nimirum heretici mentes fidelium que iam aliquid de veritate intellectu conceperant perversa predicatione perimunt et sacre sibi nomen extendunt perversorum iam de verbi conceptione gravida scindunt erroris gladio et quasi doctrine sibi opinionem faciunt. Hos ergo cum corrigere nitimur, ne perversa sentiat ammonendum prius necesse est

Rem ancem gloriam quaerant. Hinc enim recto
corde abscinditur, consequenter iram primi negligen-
tis arcentur. Admonendi sunt igitur ne erroris
discordias generando legem Dei quae ideo da-
ta est ut sacrificia Sathanae prohibeat, eandem
ipsam in Sathanae sacrificia vertant. Unde
per prophetam Dominus conqueritur dicens: Dedi eis
frumentum, vinum et oleum, et argentum mul-
tiplicavi eis et aurum, quae fecerunt Baal. Fru-
mentum quippe a Domino accipimus cum in dictis
obscurioribus sublato tegmine litterae per
medullam spiritus legis interna sententia cernimus.
Vinum suum nobis Dominus praestat cum Scripturae
suae alta praedicatione nos inebriat. Oleum
quoque suum nobis tribuit cum per praecepta apertioribus
vitam nostram blandiori lenitate disponit.
Argentum multiplicat cum nobis lucis veritate
plena eloquia subministrat. Auro quoque
nos ditat cum cor nostrum intellectu summi
summi splendoris irradiat. Quae cuncta haeretici
Baal offerunt, quia apud auditorum
suorum corda accepta omnia intelligendo per-
vertunt, et de frumento Dei, vino atque oleo,
argento pariter et auro Sathanae sacrificium
immolant, quia ad erroris discordiae verba
pacis inflectunt. Unde admonendi sunt ut per-
pendant quod cum perversa mente de praeceptis pacis
discordiam faciunt, iusto Dei examine ipsi
de verbis vitae moriuntur. At contra admonendi
sunt qui recte quidem verba legis intelligunt, sed
hoc humiliter non loquuntur, ut in divinis sermo-
nibus prius quam eos aliis proferant
semetipsos requirant, ne insequentes aliorum
facta deserant, et cum recte cuncta de sacra Scriptura
sentiunt, hoc solum quod per illam dicitur
non attendant. Imperitus et imperitus
medicus est qui alienum mederi appetit
et ipse vulnus quod patitur nescit. Qui ergo
verba Dei humiliter non loquuntur profecto
admonendi sunt ut cum medicamina aegris
apponunt, prius virus sui pestis aspici-
ant, ne alios medendo ipsi moriantur.
Admonendi debent ut considerent ne a virtute
dicti dicendi qualitate discordent, ne
loquendo aliud et ostendendo aliud praedicent.
Audiant quod scriptum est: Si quis loquitur
quasi sermones Dei. Cur ergo verba quae proferunt
propria non sunt, cur quasi de propriis
tumet? Audiant quod scriptum est: Sicut
ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Ex Deo
coram Deo loquitur qui praedicationis verbum et quod
a Deo accepit intelligit et placere per illud Deo
non hominibus quaerit. Audiant quod scriptum est
per prophetam: Abhominatio Domini est omnis arrogans.
Quia videlicet dum in verbo Dei propriam gloriam quaerit
ius dantis invadit, eumque laudi suae post-
ponere nequaquam metuit a quo hoc ipsum quod
laudatur accepit. Audiant quod praedicatori
per Salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua
et fluenta putei tui, deriventur fontes tui
foras et in plateis aquas divide. Habeto eas
solus nec sint alieni participes tui. Ipse
quippe praedicator de cisterna sua bibit cum ad
cor suum rediens prius audit ipse quod dicit.
Bibit sui fluenta putei si suo irrigatur
infunditur verbi. Unde bene subiungitur: De-
riventur fontes tui foras et in plateis aquas
divide. Recte quippe cum non prius ipse bibat
et tunc praedicando aliis influat, fontes namque
foras derivare est exterius aliis vim praedicationis
infundere. In plateis vero aquas dividere est in
magna audientium amplitudine iuxta uniuscuius-
cumque qualitatem divina eloquia dispensare.
Et quia plerumque inanis gloriae appetitus sur-
ripit, cum sermo Dei ad multorum notitiam currit,
postquam dictum est: In plateis aquas divide,
recte subiungitur: Habeto eas solus nec sint
alieni participes tui. Alienos quippe malignos
spiritus vocat, de quibus per prophetam temptati voce
boni dicitur: Alieni insurrexerunt in me
et fortes quaesierunt animam meam. Ait ergo:
Aquas in plateis divide et tamen solus habe.
Ac si aperte dicat: Sic necesse est ut praedicationem
exterius ministres, ad cor suum rediens prius audiat
ipse quod dicit. Bibit sui fluenta putei quatenus per
elationem te immundis spiritibus tu non coniungas,
ne divini verbi ministerio hostes tuos ad te
participes admittas. Aquas ergo in plateis
dividimus et tamen soli habemus, cum et exterius
late praedicationem fundimus et tamen per eam humanas
laudes assequi minime ambimus.

Quod aliter admonendi sunt qui cum praedicare digne
valeant prae nimia humilitate formidant,
et aliter quos a praedicatione imperfectio vel aetas prohibet,
et tamen praecipitatio impellit. Capitulum [illegible]

Admonendi sunt namque qui cum praedicare bene possint
immoderata tamen humilitate refugiunt, ut
ex minoris consideratione intelligant quantum
in maioribus rebus delinquant. Si enim
indigentibus proximis ipsi quas haberent pecunias

absconderent ad mortes procul dubio accusati
reatu essent. Cum vero isti conspiciant quod
sua iam quod in parvulis silentio verbum
praedicationis subtrahunt, morientibus vitae vitam?
suam absconderunt. Unde bene quidam sapiens
dicit Eccli. xx.: Sapientia absconsa et the-
saurus invisus, quae utilitas in utrisque? Si
populos fames acriter invaderet et occulta ipsi fru-
menta servarent, auctores procul dubio mortis
existerent. Quali igitur plectendi sunt
poena considerent qui cum fame verbi ani-
mae pereant, ipsi panem perceptae gratiae non ministrant.
Unde bene per Salomonem dicitur Prov. xi.: Qui abscon-
dit frumenta maledicetur in populis. Fru-
menta quippe abscondere est praedicationis sanctae
apud se verba retinere. In populis autem ta-
lis quisque maledicitur, quia in solius culpa sile-
ntii pro multorum quos corrigere potuit poena
damnatur. Si medicinalis artis igna-
ri minime secanda vulnera cernerent et tamen secare
recusarent, profecto peccatum fraternae mortis ex
solo torpore committerent. Quanta ergo culpa
involvantur aspiciant qui dum cognoscunt vulnera mentium curare ea
negligunt secare verborum. Unde bene per prophetam
dicitur Ierem. xlviii.: Maledictus qui prohibet gla-
dium suum a sanguine. Gladium quippe a sangui-
ne prohibere est praedicationis verbum a car-
nalis vitae interfectione retinere. De quo rursum
dicitur: Et gladius meus manducabit
carnes. Hi itaque cum apud se sermones prae-
dicationis occultant, divinas contra se sententias terribiliter
audiant, quatenus ab eorum cordibus timore timorem
depellant. Audiant quod talentum qui ero-
gare noluit, cum sententia damnationis amisit.
Audiant quod Paulus eo se a proximorum sangui-
ne mundum credidit, quo ferendis eorum vitiis
non pepercit, dicens Act. xx.: Contestor
vos hodierna die quia mundus sum a sangui-
ne omnium. Non enim subterfugi quominus an-
nuntiarem omne consilium Dei vobis. Audiant
quod voce angelica Iohannes admonetur, cum dicitur:
Qui audit, dicat: Veni, ut cui
se vox interna insinuat, illuc et clamando
alios quo ipse rapitur trahat, ne clausas
fores etiam vocatus inveniat, si vocanti va-
cuus appropinquat. Audiant quod Ysaias, quia
a verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine
magna voce paenitentiae se ipsum reprehendit
dicens: Vae mihi quia tacui. Audiant quod

per Salomonem in illum praedicationis scientia mul-
tiplicanda promittitur, qui eo quo iam obtinet
torporis vitio non tenetur. Ait namque:
Anima quae benedicit impinguabitur,
et qui inebriat ipse quoque inebriabitur. Qui enim
exterius praedicando benedicit interni aug-
menti pinguedinem recipit, et dum vinum
eloquii auditorum mentem inebriare non
desinit, potu multiplicati muneris ebrius
excrescit. Audiant quod David hoc in mu-
nere obtulit, quod praedicationis gratiam quam
acceperat non abscondit, dicens: Ecce labia
mea non prohibebo, Domine, tu cognovisti; iusti-
tiam tuam non abscondi in corde meo,
veritatem tuam et salutare tuum dixi.
Audiant quod sponsi colloquio ad sponsam
dicitur Cant. viii.: Quae habitas in hortis,
amici auscultant, fac me audire vocem
tuam. Ecclesia quippe in hortis habitat, quae
ad viriditatem intimam exculta plant-
aria virtutum servat. Cuius vocem amicos au-
scultare est electos quosque verbum prae-
dicationis illius desiderare. Quam videlicet vocem
sponsus audire desiderat, quia ad praedicationem
illius per electorum suorum animas anhelat. Audiant
quod Moyses cum irascentem Dominum populo cerneret
et assumi ad ulciscendum gladios iuberet,
illos esse ex parte Dei denuntiavit, qui scelera
delinquentium incunctanter feri-
rent, dicens Exod. xxxii.: Si quis est Domini, iungatur
michi; ponat vir gladium super femur suum,
et ite et redite de porta usque ad portam
per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem
suum et amicum et proximum. Gladium quippe
super femur ponere est praedicationis stu-
dium voluptatibus carnis anteferre, ut cum
sancta studet dicere, curet necesse est illicitas
suggestiones edomare. De porta usque ad
portam ire est a vitio usque ad vitium
per quod ad mortem mors ingreditur increpando
discurrere. Per medium vero castrorum transire
est tanta aequalitate intra Ecclesiam vivere, ut
qui delinquentium culpas redarguit in nullo se
debet favore declinare. Unde et recte subiungitur:
Occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum
suum. Fratrem scilicet et amicum et proximum interficit,
qui cum punienda invenerit, ab increpationis
gladio nec eis quos per cognationem dili-
git parcit. Si ergo ille Dei dicitur qui ad ferienda vitia
zelo divini amoris excitatur, esse se Dei
se esse denegat qui in quantum sufficit increpare vitam
carnalium recusat. Sed ecce cum admonentur, hi quos

et predicacionis officio vel ocius vel imperfecto prosilire et tamen precursus impellit ne dum talentum sumus sibi officium preripiat arrogant dum sibi subsequentes melioraque abscindant ut dum arripiunt intempestive quod non valent perdant tunc quod implere quandoque intempestive tempestive potuissent atque sciam quia magis conantur ostendere misere cadant ammissio. Admonendi sunt ut considerent quod pulli avium si ante pennarum perfectionem volare appetunt unde ire in alta cupiunt inde in yma merguntur. Admonendi sunt ut considerent quod structuris recentibus necdum solidatis si lignorum pondus supponitur non habitaculum sed ruina fabricatur. Admonendi sunt ut considerent quod conceptas soboles femine si prius quam plene formentur pariunt neque domos sed tumulos replent. Hinc est enim quod ipsa veritas repente quos vellet roborare potuisset ut exemplum sequentibus daret ne imperfecti predicare presumerent prius quam plene discipulos de virtute predicacionis instruxit. Illico admonet dicens: Vos autem sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto. In civitate quippe sedemus si intra mentium nostrarum claustra nos constringimus ne loquendo exterius evagemur ut cum virtute perfecte divina induimur tunc quasi a nobis metipsis foras et alios instruentes exeamus. Hinc per quemdam sapientem dicitur: Adolescens loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris habeat inicium responsio tua. Hinc est quod idem redemptor noster cum in celis sit conditor et ostensione sue potencie semper doctor angelorum ante tricennale tempus in terra magister fieri noluit hominum ut precipitatis vigorem saluberrimum timorem infunderet. Cumque ipse etatem qui labi non posset perfecte vite graciam non nisi perfecta etate predicavit. Scriptum quippe est: Cum factus esset annorum xii remansit puer Ihesus in Ierusalem, de quo a parentibus requisito paulo post subditur: Invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem. Vigilanti namque consideracione pensandum est quod cum Ihesus annorum xii dicitur in medio doctorum sedens non docens sed interrogans invenitur. Quo exemplo videlicet ostenditur ne infirmus docere quis audeat si ille puer interrogando doceri voluit qui per divinitatis potenciam verbum scientie ipsis doctoribus ministrat suis. Cum vero per Paulum discipulo dicitur: Precipe hec et doce, nemo adolescenciam tuam contempnat. Advertendum nobis est quia in sacro eloquio aliquando adolescencia iuventus vocatur. Quod mox ostenditur si Salomonis verba proferantur qui ait: Letare iuvenis in adolescencia tua. Si nisi enim esse utrumque non diceret quem monebat in adolescencia iuvenem non vocaret.

Aliter admonendi sunt qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur atque aliter qui quidem ea que mundi sunt concupiscunt sed tamen adversitatis labore fatigantur.

Admonendi sunt namque qui in hoc quod cupiunt appetunt prosperantur ne cum ad votum cuncta suppetunt dantem querere negligant, ne in his que dantur animum figant, ne peregrinacionem pro patria diligant, ne subsidia itineris in obstacula perventionis vertant, ne nocturno lunari lumine delectati claritatem solis videre refugiant. Admonendi itaque sunt ut que in hoc mundo sequuntur calamitates solacia non autem premia retribucionis credant sed contra favores mundi mentem erigant ne in eis toto cordis desiderio succumbant. Quisquis enim prosperitatem qua utitur apud iudicium cordis meliore vite amore non reprimit favorem vite transeuntis in mortis perpetue occasionem vertit. Hinc est enim quod sub Idumeorum specie qui vincendo se prosperitati sue relinquunt reliquiarum nimium mundi successibus letantes increpantur cum dicitur: Dederunt terram meam in hereditatem sibi cum gaudio et toto corde et ex animo. Quibus verbis perpenditur quod non solum quia gaudebant sed quia toto corde et ex animo gaudebant districta reprehensione feriuntur. Hinc Salomon ait: Aversio parvulorum interficiet eos et prosperitas stultorum perdet eos. Hinc Paulus admonet dicens: Qui ementes tamquam non possidentes et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur, ut ea scilicet nobis suppetunt exterius serviant quatenus a superne delectacionis studio animum non inflectant ut hec nobis in ... peregrinacionis tempore ea que in exilio posita subsidium prebent et quasi felices nos in tristitia gaudeamus quod ab eternis nos interim miseros cernimus. Hinc namque est quod electorum voce sancta ecclesia dicit: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Sinistram dei prosperitatem scilicet presentis vite quasi sub capite posuit quam intencione summi amoris premit. Dexteram vero dei eam amplexabatur quia sub eterna eius beatitudine tota devocione continetur. Hinc rursum per Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera eius et in sinistra eius divicie et gloria. Divicias itaque et gloriam quali sint habendas docuit que posita in sinistra memorat. Hinc psalmista ait

Salvum me fac in dextera tua. Precedens enim ait
manum scilicet dexteram, sed tamen dexteram dicit quia eter-
nam salutem querens intelligit. Hinc rursum scri-
ptum est: Dextera manus tua Domine confregit inimicos.
Hostes enim Dei et in sinistra eius proficiant, dextera
confringuntur, quia plerumque pravos presens vita elevat,
sed adventus eterne beatitudinis damnat. Admonendi
sunt qui in hoc mundo prosperantur ut sollerter consi-
derent quia prosperitas vite presentis aliquando datur
ut ad meliorem vitam provocet, aliquando vero ut
in eternum plenius damnet. Hinc est enim quod
Israelitice plebi terra Chanaan promittitur, ut aliquando ad
eterna speranda provocetur. Neque enim rudis ille
populus promissionibus Dei in longinquum crederet, si
a promissore suo non etiam e vicino aliquid perce-
pisset. Ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur,
nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad
spem trahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens:
Dedit eis regiones gentium et labores populorum
possederunt, ut custodiant iustificationes eius
et legem eius exquirant. Sed cum largiente
Deo humana mens bonis acceptis non respondet, unde
pie educatur, inde iustius damnatur.
Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: Deiecisti
eos dum allevarentur. Quia reprobi cum recta opera
divinis muneribus non rependunt, cum totos de-
serunt scilicet et affluentibus prosperitatibus de-
mittunt, unde exterius proficiunt, inde ab intimis
cadunt. Hinc est quod in inferno cruciato diviti dicitur:
Recepisti bona in vita tua. Idcirco enim bonus hic re-
cipit et malus, ut illic plenius mala reciperet
qui hic fuerat nec per bona conversus. At contra
admonendi sunt qui ea quidem que mundi sunt non con-
cupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur,
ut sollicite considerent quanta pietate creator et dispo-
sitor rerum quanta super eos vigilat quos
in mundi desideria non relaxat. Eger quippe quem
medicus desperat concedit ut cuncta que appetit
accipiat, illum vero qui sanari posse creditur a mul-
tis que appetit prohibet. Et pueris nummos sub-
trahimus, quibus tota servamus heredibus patrimonia
reservamus. Hinc ergo de spe eterne beatitudinis
gaudium sumant quos adversitas vite temporalis
humiliat, quia nisi salvandos in perpetuum duceret,
erudiendos sub disciplinae regimine divina dispo-
sitio non restringeret. Admonendi sunt itaque qui nihil
que temporalia concupiscunt adversitatis labore
fatigantur ut sollicite considerent quia plerumque et
iustos cum temporalis potentia extollit, velut
in laqueum culpe reprehendit. Nam sicut
in prioribus voluminis prelibavimus, Nam David
David Deo amabilis rectior fuit in servitio quam
cum pervenit ad regnum. Servus namque amore
iustitie deprehensum adversarium ferire
timuit. Rex vero persuasione luxurie devoti
militis etiam studio fraudis extinxit. Quis
ergo opes, quis potentiam, quis gloriam querit
innoxie, si et illi extitere noxia qui hec
non quesivit? Quis inter hec sine magno discri-
mine salvabitur labore, si in his culpa interve-
niente mutatus est qui ad hec eligendus
preparatus? Admonendi sunt ut considerent quod Salomon, qui
post tantam sapientiam usque ad ydolatriam
cecidisse describitur, nil in hoc mundo prius quam ei
de adversitatibus habuisse memoratur, sed concessa
sapientia penitus cor deseruit, quam nulla vel
minima tribulationis disciplina ~~custodivit~~ custo-
divit.

Aliter admonendi sunt coniugiis obligati atque
aliter a coniugiis liberi. Cm xxvij

Admonendi sunt namque coniugiis obligati
ut cum vicissim que sunt alterius cogitant,
sic coniugi quisque placere studeat ut
non displiceat conditori. Sic ea que huius mundi sunt
agant ut tamen appetere que Dei sunt non omittant.
Sic de bonis presentibus gaudeant ut tamen per ti-
morem sollicita mala pertimescant eterna. Sic de malis
temporalibus lugeant ut cum consolatione eterna spe
in bonis et perhennibus figant, quatenus dum transire
cognoscunt esse quod agunt, et in mansione faciant
quod appetunt, nec mala mundi cor frangant
cum spem celestium bonorum roborat, nec bona
presentis vite decipiant cum suspectum sequentis
iudicii mala contristant. Unde Christianorum coniu-
gum et infirmus et stabilis, quia plene cuncta
temporalia despicere non valet, et tamen eternis se per
desiderium coniungere valet. Quamvis in delectatione
carnis interim iaceat, superne spei refectione
convalescat, et si ea que mundi sunt in usu itineris
habet, que Dei sunt in fructu perventionis sperat, nec totum
se ad hoc quod agit conferat, ne ab eo quod robuste
sperare debuit funditus cadat. Quod bene ac
breviter Paulus exprimit dicens: Qui habent
uxores tanquam non habentes sint, et qui flent tanquam
non flentes, et qui gaudent tanquam non gau-
dentes. Uxorem quippe tanquam non habendo
habet, qui sic per illam carnali consolatione utitur, ut ~~nec~~
et tamen numquam ad prava opera a melioris intentionis
rectitudine eius amore flectatur. Uxorem quod non
habendo habet, qui transitoria cuncta esse conspiciens, curam
carnis necessitate tolerat, sed eterna gaudia spe
spiritualis desiderio conspectat. Non flendo autem fle-
re est sic exteriora adversa plangere, ut
tamen noverit eterne spei consolatione gaudere.

et tamquam non gaudentes gaudeant, et sic de istius vite actione ut tamen numquam desinant formidine summa. Ubi aperte et paulo post subdidit: Preterit enim figura huius mundi. Ac si aperte diceret: Nolite constanter mundum diligere, quando non potest ipse quem diligitis stare. In cassum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse quem amatis. Admonendi sunt coniuges, ut ea in quibus sibi displicent alterutrum et patienter invicem tollerent et exhortantes invicem salvent. Scriptum namque est: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi. Lex quippe Christi caritas est, quia ipsa nobis et largiter sua bona contulit et equanimiter mala nostra portavit. Unde et nos secundum legem Christi imitando complemus, quando et bona nostra benigne conferimus et nostrorum mala pie sustinemus. Admonendi sunt quorum ut horum quisque non tam quid ab alio tolleret quam quid ab ipso tolleratur attendat. Qui enim sua que portantur considerat, ea que ab alio sustinet levius portat. Admonendi sunt coniuges ut suscipiende se prolis meminerint causa coniunctos, et cum inmoderate admixtioni servientes propagationis articulum in usum transferunt voluptatis, considerent quod licet extra non exeant, in ipso tamen coniugio coniugii iura transcendunt. Unde necesse est ut crebris orationibus deleant quod pulchram copule speciem admixtis voluptatibus fedant. Hinc est enim quod peritus medicine celestis apostolus non tam sanos instituit quam infirmis medicamenta monstravit, dicens: De quibus autem scripsistis, bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaque suum virum habeat. Qui enim fornicationis metum premisit, non profecto stantibus preceptum consilio, sed ne fortasse in terram ruerent lectum cadentibus ostendit. Unde adhuc infirmantibus adiunxit: Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Cui dum in magna honestate coniugii aliquid de voluptate largiretur, paulo post adiunxit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Culpa quippe esse innuitur quod indulgeri perhibetur, sed que tanto citius relaxatur quanto non per hanc illicitum quid, sed hoc quod est licitum sub moderamine non tenetur. Quod bene Loth in semetipso exprimit, qui ardentem Sodomam fugit, sed tamen Segor inveniens nequaquam mox montana conscendit. Ardentem quippe Sodomam fugere est carnis

incendia declinare. Altitudo vero montium munditia est continentium. Vel certe quasi in monte sunt qui etiam carnali copule inherent, sed tamen suscipiende prolis admixtionem debitam nulla carnis voluptate solvunt. In monte quippe stare est nisi fructum propaginis in carne non querere. In monte quippe stare est carni carnaliter non adherere. Sed quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt, nec tamen in coniugio positi usus solummodo debiti iura conservant, exiit quidem Loth Sodomam, sed tamen mox ad montana non pervenit, quia iam dampnabilis vita relinquitur, sed adhuc celsitudo coniugalis continentie subtiliter non tenetur. Est vero in medio Segor civitas que fugientem salvat infirmum, quia videlicet cum per incontinentiam miscentur coniuges, et lapsus scelerum fugiunt et tamen venia salvantur. Quasi parvam quippe civitatem inveniunt, in qua ab ignibus defendantur, quia coniugalis hec vita non quidem in virtutibus mira est, sed tamen a suppliciis secura. Unde idem Loth ad angelum dixit: Est civitas hec iuxta, ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea. Numquid non modica est, et vivet in ea anima mea? Iuxta ergo dicitur et tamen ad salutem tuta perhibetur, quia coniugalis vita nec a mundo longe divisa est, nec tamen a gaudio salutis aliena. Sed tunc in hac actione vitam coniuges quasi in parva civitate custodiunt, cum se assiduis intercessionibus deprecationibus. Unde et recte per angelum ad eundem Loth dicitur: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Quia videlicet cum Deo deprecatio funditur, nequaquam talis coniugii vita dampnatur. De qua deprecatione etiam Paulus admonet dicens: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Admonendi sunt qui ligati coniugiis non sunt, ut preceptis celestibus eo rectius serviant, quo eos ad curas mundi nequaquam iugum copule carnalis inclinat, ut quos onus licitum coniugii non gravat, nequaquam pondus illicitum terrene sollicitudinis premat, sed eo eos paratiores dies ultimus quo et expeditiores invenit, ne quo meliora agere vacantes possunt, sed tamen negligunt, eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quod Paulus cum quosdam ad celibatus gratiam instrueret, non coniugium sprevit, sed curas mundi ex coniugio nascentes repulit, dicens: Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem prebeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

dus. Ad coniugatos quippe bene sollicitandos
potenti et ideo iugiter gaudeat auditores suos
ad meliora persuasisse ne sollicitudine devinctum
suggerentur. Ad quod celibem curare seculorum in-
pedimentum expedit et coniugio si nequaquam possit
tamen coniugii onera non evasit. Admonendi sunt
celibes ut non sine dampnacionis iudicio mi-
sceri se feminis valeant prout enim eis
paulus fornicationis vicium tot criminibus con-
iunctis inserunt eius sit reatus indicat
dicens: neque fornicatores neque ydolis ser-
vientes neque adulteri neque molles neque
masculorum concubitores neque fures neque a-
vari neque ebriosi neque maledici neque rapa-
ces regnum dei possidebunt. Et rursum for-
nicatores et adulteros iudicabit deus.
Admonendi sunt itaque ut si temptacionum procellas
cum difficultate salutis tollerant coniugii por-
tum petant. Scriptum quippe est melius est nubere
quam uri. Sine culpa quippe ad coniugium ve-
niunt si tamen necdum meliora devoverint.
Alias quisquis bonum maius subire proposuit bonum
minus quod licuit illicitum fecit. Scriptum quippe
est nemo mittens manum suam super aratrum
et respiciens retro aptus est regno celorum. Qui
ergo forcior studio intenderat retro respicit con-
victus si relictis bonis amplioribus ad minora
retorquetur.

Quod aliter admonendi sunt peccatorum carnis conscii aliter
ignari. Capitulum xij.

c. 42

Admonendi sunt nimirum peccatorum carnis
experti ut mare saltem post naufra-
gium metuant et perditionis sue discri-
mina vel cognita perhorrescant ne qui pro-
mali perpetrati servati sunt hec impie
repetentes moriantur. Unde peccanti anime
atque in peccato desinenti dicitur: frons mulieris meretricis facta
est tibi noluisti erubescere. Admonendi itaque sunt
ut studeant quatenus si accepta nature bona
integra servare noluerunt saltem scissa resarciant
quibus nimirum necesse est ut perpendant in tam
magno fidelium numero quam multi se illibatos
custodiunt et alios ab errore convertunt. Quid
ergo isti dicturi sunt si aliis in integritate stan-
tibus ipsi nec post dampnum resipiscant. Quid
dicturi sunt si cum multi se et alios secum ad
regnum deferunt hi expectantem dominum nec se
metipsos reducunt. Admonendi sunt ut perpetrata
commissa considerent et imminentia devitent.
Unde sub iudee specie per prophetam dominus in hoc mundo
corruptis mentibus in flagitia lapsas ad
memoriam reducit culpas dicens: fornicate sunt in
egypto in adolescencia sua fornicate sunt. Ibi subacta
sunt ubera earum et fracte sunt mamme pubertatis
earum. In egypto quippe ubera subiguntur
cum turpi huius mundi desiderio humane mentis
voluntas prosternitur. In egypto pubertatis
mamme franguntur cum naturales sensus adhuc in
semetipsis integri pulsantis concupiscencie corrup-
tione viciantur. Admonendi sunt peccata carnis experti ut
vigilanti cura conspiciant post delicta ad
se redeuntibus deus quanta benivolencia si-
num sue pietatis expandat cum per prophetam
dicat: si dimiserit vir uxorem suam et illa
recedens duxerit virum alium numquid re-
vertetur ad eum ultra numquid non polluta
et contaminata erit illa mulier. Tu autem fornicata
es cum amatoribus multis tamen revertere ad
me dicit dominus. Ecce de fornicante et relicta muliere
argumentum iusticie proponitur et tamen post lapsum
nobis redeuntibus non iusticia sed pietas exhibe-
tur ut hinc nimirum colligamus si nobis delinquen-
tibus tanta pietate parcitur a nobis post delictum
redeuntibus quanta improbitate peccatur vel que ab illo
erit super improbos venia qui non cessat vocare
post culpam. Quod nimirum per prophetam post delictum
vocationis opportunitas aversis hominibus dicitur:
Et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum
et aures tue audient verba post tergum monentis.
Humanum quippe genus dominus in faciem monuit
cum in paradiso condito homini atque in libero arbitrio
stanti quid facere quidve facere non deberet indixit.
Sed homo mox faciei terga dedit cum superbi-
ens eius iussa contempsit. Nec tamen super-
bientem deus deseruit quia ad revocandum
hominem legem dedit exhortantes angelos
misit incarnatione ipse mortalitatis apparuit ergo
post tergum stans nos admonuit quia ad reparationem
nos gratie et contemptus vocavit. Quod ergo generali-
ter potuit dici de cunctis hoc necesse est speciali-
ter sentiri de singulis. Quasi enim coram deo
positus eius verba monitionis percipit
cum prius quam peccata perpetret voluntatem
eius agnoscit. Adhuc enim ante
eius faciem stare est necdum eum peccando
contempnere. Cum vero relicto bono innocencie
iniquitatem eligens appetit terga in eius
faciem mittit. Sed ecce adhuc post tergum
deus subsequens monet quia et post culpam
ad se redire persuadet. Aversum vocat
commissa non respicit redeunti sinum pietatis

expandit. Vocem quoque post signum monet audi-
mus ut ad mundi amorem nos dum valde
post peccati ruinam videamus, quoque perpetrata
carnis erubescere flagitia, volumus erubescere
formident quod tanto horrori implicata exterminii
tum. Contra continentes adhuc valde non
deciderunt. Admoniendi sunt peccata carnis igno-
rantes ut tanto sollicitius praecipitem ruinam
metuant, quanto altius stant. Admonendi
sunt ut sciant quia quo magis stant, eo crebri-
oribus insidiantis sagittis
insidiantis impetuntur. Quia tanto ardentius
solet erigi hostis, quanto se robustius conspicit vinci.
Quanto quod malesuadis dedignatur vinci, quanto
se videt per mentis infirmae carnis claustra
perrupta. Admonendi sunt ut incessanter praemia
sua aspiciant, et libenter procul dubio
temptationum quas tolerant labores calcant.
Si enim attenditur felicitas quae
sine transitu adipiscitur, levis fit quod transeundo
laboratur. Audiant quod per prophetam dicitur: Haec
dicit Dominus eunuchis qui custodierint
sabbata mea, et elegerint quae volui, et te-
nuerint foedus meum, dabo eis in domo
mea et in muris meis locum et nomen melius
a filiis et filiabus. Eunuchi quippe
sunt qui compressis motibus carnis affectum
in se pravi operis abscidunt. Quo autem loco apud
patrem habeantur ostenditur, quia in do-
mo patris, id est in aeterna mansione, et filiis praeferuntur.
Audiant quod per Iohannem dicitur: Hi sunt qui
cum mulieribus non sunt coinquinati; virgi-
nes enim sunt; hi sequuntur agnum quocumque ierit, et
cantant canticum quod nemo poterat dicere
nisi illa centum quadraginta quatuor
milia. Singulariter quippe canticum cum
agno cantare est cum eo in perpetuum prae cunctis
fidelibus etiam de incorruptione carnis gau-
dere. Quod tamen canticum electi ceteri audire
possunt, licet dicere nequeunt, et per caritatem quidem
in illorum celsitudine laeti sunt, quamvis ad illorum
praemia non assurgant. Audiant peccata
carnis ignorantes quod per semetipsam de hac integritate
testatur Veritas, quae dicit: Non omnes capiunt
verbum hoc. Quod in eo in summo innotuit
quod cunctis denegavit, et dum praeconat quod
difficile capiatur, audientibus innuit
capitur cum qua cautela teneatur. Admonendi

sunt itaque peccata carnis ignorantes
ut praeeminere virginitatem coniugiis sciant,
et tamen se super coniuges non extollant, ut
dum et virginitatem praeferant et se postpo-
nant, et illud non deserant quod esse melius aestimant,
et se custodiant quod se inaniter non exaltant.
Admonendi sunt ut considerent quod plerumque actio
carnalium saeculum vitam confundit continen-
tium, cum et illi ultra habitum assumunt opera,
et isti in suo ordine praecipitia non excitant corda.
Unde bene per prophetam dicitur: Erubesce Sidon,
ait mare. Quasi enim per vocem maris
ad verecundiam Sidon adducitur, quando per compa-
rationem vitae saecularium atque in hoc mundo flu-
ctuantium eius qui munitus et quasi
stabilis cernitur vita reprobatur. Saepe enim
nonnulli ad Dominum post carnis peccata re-
deuntes tanto ardentius se in bonis operibus
exhibent, quanto damnabiliores se de malis
vident. Et saepe quidam in carnis integritate
perdurantes, cum minus in se respiciunt
quod defleant, plene sibi sufficere vitae
suae innocentiam putant, et nullos ad fervorem
spiritus ardoris stimulis se in-
flammant. Et sic plerumque Deo gratior
amore ardens vita post culpam quam securitate
torpens innocentia. Unde et voce iudicis
dicitur: Remittuntur ei peccata multa quia dilexit
multum. Et: Gaudium erit in caelo super uno
peccatore paenitentiam agente quam super nonaginta
novem iustos qui non indigent paenitentia.
Quam rem citius ex ipso usu colligimus, si mentis
nostrae iudicia pensamus. Plus namque
eam diligimus quae post spinas exorta
fructus uberes producit quam quae nullas
spinas habuit et tamen sterilem segetem
gignit. Admonendi sunt peccata carnis ignorantes
ne superioris ordinis celsitudine se ceteris
praeferant, cum ab inferioribus quanta se
melius agant ignorant. In examine namque
veritatis meritum mutat actionum qualita-
tis ordinum. Quis enim conspectis rerum
imaginibus nesciat quod in natura gemmarum car-
bunculus praefertur hyacintho? Sed tamen caeru-
lei coloris hyacinthus praefertur pallenti car-
bunculo, quia et illi quod ordo naturae subtrahit
species decoris adiungit, et hunc quem naturalis ordo
praetulerat, coloris qualitas foedat. Sic ergo
in humano genere et quidam in meliori

ordine doctoris sunt et quidam medicos meliores, quia et isti peccatorum comminus vulnera bene vincendo trucidant, et illi superioris loci multum morbus non consequendo diminuunt. [illegible]

Aliter admonendi sunt qui peccata deplorant operum, atque aliter qui cogitationum. [illegible] Capitulum [illegible]

Admonendi sunt qui peccata deplorant operum, ut considerata mala perpetrata diluant lamenta, ne plus adstringantur nexibus perpetrati operis et minimis solvant in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est: Potum dedit nobis in lacrimis in mensura, ut videlicet mens unaquaeque tantum paenitendo compunctionis suae bibat lacrimas, quantum se a Deo meminit aruisse per culpam. Admonendi sunt ut incessanter ante oculos commissa reducant, atque haec ut districtus iudex non videat, videre non desinant. Unde David cum peteret dicens: Averte faciem tuam a peccatis meis, paulo superius intulit: Delictum meum coram me est semper. Ac si diceret: Peccatum meum ne respicias, postulo, quia hoc respicere ipse non cesso. Unde et per prophetam Dominus dicit: Peccatorum tuorum memor non ero, tu autem memor esto. Admonendi sunt ut singula quaeque commissa considerent, et dum per unumquodque errorum suorum inquinationem deflent, simul ad se totos lacrimis mundent. Unde bene per Ieremiam dicitur, cum singula Iudaeae delicta pensarentur: Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Divisiones quippe aquarum oculis deducimus, cum peccatis singulis dispertitas lacrimas damus. Neque enim uno eodemque tempore aeque mens de omnibus dolet, sed dum nunc huius, nunc illius culpae memoria acrius tangitur, simul de omnibus in singulis commota purgatur. Admonendi sunt ut de misericordia quam postulant praesumant, ne vi immoderatae afflictionis intereant. Neque enim pie Dominus ante oculos delinquentium flenda peccata opponeret, si per semetipsum ea districte ferire voluisset. Constat enim quia a iudicio abscondere voluit quos miserando praeveniens semetipsos iudices fecit. Hinc namque scriptum est: Praeveniamus faciem eius in confessione. Hinc per Paulum dicitur: Si nos ipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur. Et rursum admonendi sunt ut sic spei fiduciam habeant, ne tamen incauta securitate torpescant. Plerumque enim hostis callidus mentem quam peccando supplantat, cum de ruina sua affligentem respicit, securitatis perniciosae blandimentis seducit. Quod figuraliter exprimitur cum Dinae historia memoratur. Scriptum quippe est: Egressa est Dina ut videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Emor Evaei, princeps terrae illius, adamavit et rapuit et dormivit cum illa, vi opprimens virginem, et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque blanditiis delinivit. Dina quippe ut mulieres videat regionis externae egreditur, quando quaelibet mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terrae opprimit, quia inventam in curis exterioribus diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius cum ea, quia unitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia cum mens a culpa resipiscit, admissa flere conatur, corruptor autem ante oculos vacuas spes securitatesque revocat, ut utilitatem tristitiae subtrahat, recte illic adiungitur: Tristemque blanditiis delinivit. Modo enim aliorum graviora facta, modo nil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad paenitentiam pollicetur, ut dum per haec mens decepta ducitur, ab intentione paenitentiae suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, et tunc plenius obruatur suppliciis, quae nunc et gaudet in delictis.

Admonendi sunt qui peccata cogitationum deflent, ut sollicite considerent intra mentis arcana vel delectatione tantummodo an et consensu deliquerunt. Plerumque enim temptatur cor et carnis nequitia delectatur, et tamen eidem nequitiae consensu renititur, ut in secreto cogitationis et contristet quod libet et libeat quod contristet. Nonnunquam vero ita mens barathro temptationis absorbetur, ut nullatenus renitatur, sed quod delectatione sequitur, unde quod delectatione pulsatur et si facultas exterior suppetat, vero mox effectibus intus vota consummat. Quae videlicet si iusta animadversione districti iudicis respicitur, non iam cogitationis culpa sed operis est, quia etsi iam vero causas foris peccatum distulit, intus hoc consensionis opere voluntas implevit. In primo autem parente didicimus quia tribus modis omne culpae negotium peragimus: suggestione, delectatione et consensu. Primum vero per hostem, secundum vero per carnem, tertium vero per spiritum perpetratur. Insidiator enim prava suggerit, caro se delectationi subicit, atque ad extremum spiritus victus delectationi consentit. Unde et illic serpens prava suggessit, Eva

animam quasi carnis se delectatione pollueret scilicet
ut quia per suggestionem vel delectationem superati
assensit. Suggestionem namque peccatum agnoscant
delectationem consensum et reatum. Admonendi sunt isti qui
cunctis cogitationis defleant ut sollicite
considerent quanta per mentem ceciderint
etiam in ruinis interius quamvis in se intimis
iniquitatis senciant et interna lamentationis
exigant ne si cogitata mala minime curant
usque ad perpetranda mala opera perducantur.
Hic ita flendi sunt ut tamen minime frangantur.
Saepe enim misericors Deus eo citius peccata cordis
abluit quo hec opere ad opera non permittit
et cogitata nequitia citius solvitur quo effectu
operis arcius non ligatur. Unde recte per psalmistam
dicitur: Dixi pronunciabo adversum me iniusticiam meam Domino et tu remisisti impietatem
cordis mei. Quia enim impietatem cordis prodidit
per cogitationem et iniusticias pronunciare velle
indicavit dummodo ait: Dixi pronunciabo illico
adiunxit et tu remisisti. Qui super hec sic sequitur
venia ondit qui dum se adhuc permittit
petere hoc quod se petere permittebat obtinuit
quod quia usque ad opus non venerat culpa usque
ad cruciatum non venerat pena. Sed et cogitata
afflicta mentem tegit quia nimirum cum
non cogitata iniquitas inquinavit. Capitulum xxx

Aliter admonendi sunt qui admissa plangunt
nec tamen deserunt et aliter qui deserunt nec tamen
plangunt. Capitulum xxx, xxxi (?) Capitulum liiij

Admonendi sunt enim qui admissa plangunt
nec tamen deserunt ut considerare sollicite
sciant quod flendo inaniter
mundant qui vivendo se nequiter inquinant
cum idcirco se lacrimis mundant ut mundi
ad sordes redeant. Hinc enim scriptum est:
Canis reversus ad vomitum suum et sus
lota in volutabro luti. Canis quippe dum vo
mit profecto cibum qui pectus gravabat p
icit, sed cum ad vomitum revertitur, unde
levigatus fuerat rursus oneratur.
Et qui admissa plangunt profecto ne
quiciam de qua male saciati fuerant
et que mentis intima deprimebat confitendo
proiciunt quam post confessionem dum repetunt
resumunt. Sus vero ~~in volutabro~~ in volutabro
~~luti cum lavatur~~ luti cum lavatur sordidior
redditur et qui admissum plangit nec tamen
deserit pene gravioris culpe se subicit
qui et ipsam quam flendo impetrare po
tuit veniam contempnit et quasi in

lutosa aqua semetipsum volvit quia
dum fletibus suis vite munditiam
subtrahit ante Dei oculos sordidas ipse et
lacrimas facit. Hinc rursum scriptum est:
Ne iteres verbum in oratione tua. Verbum
namque in oratione iterare est post fletum committere
quod rursum necesse est flere. Hinc per Ysayam
dicitur: Lavamini, mundi estote. Post lavacrum
etenim mundus esse negligit quisquis post lacri
mas vite innocentiam non custodit. Et
lavantur ergo et nequaquam mundi sunt qui commissa
flere non desinunt sed rursus flenda com
mittunt. Hinc per quendam sapientem dicitur:
Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit
mortuum quid proficit lavatio eius? Baptizatur
quippe a mortuo qui mundatur fletibus a peccato,
sed post baptisma mortuum tangit qui culpas
post lacrimas repetit. Admonendi sunt qui
admissa plangunt nec tamen deserunt ut
ante districti iudicis oculos eis se esse similes
agnoscant qui venientes ad faciem quorundam
hominum magna eis submissione blandiuntur,
recedentes autem inimicicias ac dampna que va
lent atrociter inferunt. Quid est enim culpam
flere nisi humilitatem Deo sue devotionis ostendere?
Et quid est post fletum prava agere nisi superbas
inimicicias contra eum quem rogaverat exercere? Iaco
bo attestante qui ait: Quicumque voluerit esse amicus
huius seculi inimicus Dei constituitur. Admonendi
sunt qui admissa plangunt nec tamen deserunt ut
sollicite considerent ~~quod~~ quod plerumque mali
inutiliter compunguntur ad iusticiam sicut
plerumque boni innoxie temptantur ad culpam.
Fit quippe mira compensationis mensura dispositionis
interna mensura ut et illi dum de bono aliquid
agunt quod tamen non perficiunt superbe in mente
et plenissime perpetrant mala que considerent et
isti dum de malo temptantur cui nequa
quam consenciunt quo pro infirmitate titubant
eo gressus cordis ad iusticiam per humilitatem
~~[illegible]~~ verius figunt. Balaam quippe tabernacula
iustorum respiciens ait: Moriatur
anima mea morte iustorum et fiant novissima
mea horum similia. Sed cum conpunctionis tempus accessit
contra eorum vitam quibus se similem fieri
momento postulaverat consilium prebuit et cum
occasionem avaritie reperit oblitus est
quod sibi de innocentia optavit. Paulus
vero ait: Video legem aliam in membris
meis repugnantem legi mentis mee et

et captivum me ducentem in lege peccati quod in
membris meis. Ex perfecto facto tempori
in mbono robustius corpora infirmantur
cogitare solent. Unde est quod ille con-
gruum et tamen inscitiae non appropinquat. Iste
tempori et tamen cum culpa non inhaeret. Ut
hoc quod apte ordinatur quia nec malos bona in
perfectum innuant nec bonos mala infirmant
corrumpunt. Aliter admonendi sunt qui admissa
deserunt nec tamen plangunt, ne ~~estimen~~-
tas iam relaxatas estiment culpas quas
et si agendo non multiplicant nullis tamen
fletibus mundant. Neque enim scriptor si
a scriptione cessaverit quia alia non addidit et illa
quae scripserat delevit. Neque contumelias irro-
gans si solummodo taceat satisfacit, cum pro-
fecto necesse sit ut verba praemissae superbiae
verbis subsequentis humilitatis impugnet. Nec
debitor absolutus est quia alia non multipli-
cat nisi et illa quae ligaverat solvat. Ita
et cum Deo delinquimus nequaquam satisfacimus si
ab iniquitate cessamus nisi voluptates
quas quoque dileximus e contrario ~~in~~appositis lamentis
insequamur. Si enim nulla in hac vita opera
culpa nos tetigisset, nequaquam nobis hic degen-
tibus adhuc ipsa ad securitatem inno-
centia nobis sufficeret quia illicita multa
cum pulsarent. Unde constat quod securus non est
qui perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est quia
innocens non est. Neque enim Deus nostris cru-
ciatibus pascitur, sed delictorum morbos me-
dicamentis curis medetur ut qui dulcedine vo-
luptatibus discessimus fletibus amaritudinis
redeamus. Et qui per illicita fluendo cecidimus
etiam a licitis nosmetipsos restringentes surga-
mus et cor quod vana laetitia infuderat salu-
bris tristitia comburat. Et quod vulneraverat
elatio superbiae curat abiectio humilis
vitae. Hinc enim scriptum est: Dixi iniquis
nolite inique agere et delinquentibus nolite
exaltare cornu. Cornu quippe delinquen-
tes exaltant si nequaquam se ad poenitentiam ex
cognitione suae humilitatis humiliant. Hinc
rursum dicitur: Cor contritum et humiliatum Deus
non despicies. Quisquis enim peccata plangit
nec tamen deserit cor quidem conterit sed
humiliare contemnit. Quisquis vero peccata iam
deserit nec tamen plangit iam quidem
humiliat sed tamen conterere cor recusat. Hinc

Paulus ait: Et haec quidem fuistis sed abluti
estis sed sanctificati estis, quia nimirum illos ~~sanctifica~~-
~~vit~~ emendatior vita sanctificat quos [illegible]
absolvens afflictio fletuum mundat. Hinc
Petrus cum quosdam terrore malorum suorum con-
[illegible] conspiceret admonuit dicens: Poenitentiam
agite et baptizetur unusquisque vestrum. Baptiza-
turus enim baptismum praemisit primo lamenta ut
prius se aqua suae afflictionis infunderent et
postmodum sacramento baptismatis lavarent. Qua
ratione ergo qui transactas culpas flere ne-
gligunt fiant securi de venia, quando ipse
summus pastor ecclesiae huic et sacro addenda
praemia credidit quae peccata prius compunxerit.
Aliter admonendi sunt qui illicita quae faciunt et
laudant atque aliter qui accusant prava nec
tamen devitant. [illegible] [illegible]

Admonendi sunt qui illicita quae faciunt et lau-
dant ut considerent quod plerumque plus
ore quam opere delinquunt. Opere
namque per semetipsos soli prava perpetrant
ore autem per tot personas operantur quot audientium
mentes iniqua laudantes docent. Admonendi
sunt igitur ut si evellere mala dissimulant sal-
tem seminare pertimescant. Admonendi sunt ut
eis propria perditio sufficiat. Rursumque admo-
nendi sunt ut si mali esse non metuunt erubescant
saltem videri quod sunt. Nam saepe
culpa dum absconditur effugatur
quia dum mens erubescit videri quod tamen esse
non metuit erubescat quandoque esse quod fugit
videri. At cum pravus quisque ~~impudenter~~ in publico
noscitur, quo liberius omne facinus perpetrat
eo et licitum putat, et quod licitum suspicatur
in hoc procul dubio multiplicatus immergitur. Peccatum
suum sicut Sodoma praedicaverunt nec
absconderunt. Si enim Sodoma absconderet adhuc sub
timore peccaret. Sed frena timoris
admiserat quae ad culpas nec tenebras
requirebat. Unde rursum scriptum est: Clamor Sodo-
morum et Gomorrae multiplicatus est. Peccatum
quippe voce est culpa in actione. Peccatum vero
cum clamore est culpa cum libertate. Aliter admonendi
sunt qui accusant prava nec tamen devitant ut
provide pensent quid in districto Dei iudicio
pro sua excusatione dicturi sunt qui de reatu
suorum criminum et sibi iudices
non excusantur. Hi itaque quid aliud quam
praecones sui sunt? Vocem contra culpas proferunt

et secum ipsos operibus nos ... exhibent. Admonendi sunt ut videant quod deceptam iam rebellare est mentem, quod cor mens malum quod perpetrat illuminatur ut videat, sed non conatur ut vincat, vel quo melius videt eo deterius perit, quod et intelligentie lumen percipit et tamen perversa opera tenebras non derelinquit, claritatem tamen acceptam ad adiutorium suum negligunt, habent quod sic in argumentum trahunt dum sibi intelligentie augent supplicium, quod perfecto acceperant ut possent delere peccata. Vere nimirum nequitia cum malum agit quod diiudicat, venturam districtionem degustat, ut cum eternis suppliciis servatur in nequicia sua hic interim examine non sit absoluta, tantoque illic graviora tormenta percipiat quanto hic malum non deseruit et ipsa condempnavit. Hinc enim veritas dicit: Servus sciens voluntatem domini sui et non preparans et non faciens secundum voluntatem eius vapulabit multis. Hinc psalmista ait: Descendant in infernum viventes. Viventes quippe quod circa se aguntur sciunt et sentiunt, mortui autem sentire nichil possunt. Mortui enim in infernum descenderent si mala nescientes perpetrarent. Cum vero sciunt mala et tamen faciunt, in infernum viventes miseri sentientesque descendunt.

Aliter admonendi sunt quos repentina concupiscentia superat, atque aliter qui in culpa consulto ligantur. Capitulum ...

